COMMENTARIA SVPER RITV REGNI SICILIAE, SCRIBENTIVM. QVAE IN CVRIIS,

AD DECISIONEM CAVSARVM NECESSARIA, ante manu ſcripta ab omnibus allegabantur.

QVIPPE QVAE A VIRIS CVM DOCTRINA PERSPICVIS, atq; Clariſſimis; tùm auctoritate Præſtantiſſimis, ac Celeberrimis elaborata.

A MARCELLO CONVERSANO
LEONTINO VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE
diligenter collecta, & in hoc volumen redacta.

OPVS PROFECTO CVNCTIS CAVSIDICIS, ac in Iure verſantibus apprimè vtile, ac neceſſarium.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO RERVM omnium, quæ in ipſo Opere continentur.

AVTHORVM NOMINA, QVIBVS HOC VOLVMEN conficitur, verſa indicabit pagella.

CVM PRIVILEGIO.



PANORMI.

Apud Angelum Orlandi, & Decium Cyrillum. M.DC.XIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

NOMINA AVTHORVM QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR.

ILLVSTRI ADMODVM DOMINO

DON GARSIAE MASTRILLO

IVRISCONSVLTO CELEBERRIMO REGIOQVE IN HOC REGNO SICILIÆ CONSILIARIO.

ANGELVS ORLANDI F.

QVID humano corpore inter cetera corpora pulchrius? quid vtilius cęlo reperias? inde tamen si animum, hinc si proprias singulis orbibus intelligéntias tollas, nihil profectò ibi pulchrum, nihil hìc vtile videas. Et Regiam certè Curiam iure Magnam appellamus, si suus tamen in ea sit vigeatq; ritus: quem sanè meritò animũ ipsius ac mentem dixerim. Quare in ea semper fui sententia, non minimum nos illis debere, qui Ritum Curiarum ordinauère, vel certè ordinatum, lucubrationibus optimis, commentationibusq; confirmauère. Quippe animum Curijs indidisse, certumq; ac ratum illis addidisse motum videntur; quo cùm regerentur ipsæ, tùm Rebusp. vtiles essent. Quis ergo Alphonsum illum Aragonum ac Siciliæ Regem præstantissimum, qui Siciliensium Curiarum Ritum ordinauit; quis ceteros, qui super ea re doctissimè, accuratissimèq; scripserunt, clarissimos viros non iure dilaudet? quis eos ab omni temporis iniuria non vindicet, immortalitatiq; commendet? Atque ea nimirum fuit caussa, cur ego hunc laborem auidissimè, libentissimèq; susceperim, atque vt in vnum volumen redigerentur, Typisque commicterentur tantorum hæc scripta virorum, carauerim, ne qua fortè, dum calamo dumtaxat exarata laterent, non sine magno, & Curiarum, & Reip. damno deperirent. Hunc tu labore æqui bonique consulas. Hoc tu opus qua potuit diligentia confectum accipe benignissimè, decuit profectò sub tuis prodire auspicijs, teque obtinere Patro-

num nobilitate Progenitorum insignem, propriaq, virtute conspicuum, cuius familię ob claritatem, obsequiaq; à te, tuisque Regiæ Coronæ in bello, & in pace præstita, Illustrissimam Matrem tuam D. Aloysiam Mastrilli, & Corbera titulo Marchionatus Tortoreti Chatolica Maiestas D. Nostri Philippi Tertij Regis potentissimi decorauit, quemque Regia Magna Curia, Tribunal item Consistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ, Regiaque Curia Prętoris Vrbis huius Panormi Iudicem lętissima vidit, rerum suarum decus, & ornamentum, & de Republica literaria optimè meritum, plura enim in legali facultate ingenij tui monumenta, summa cum laude, & admiratione per manus, oraque legum professorum, perque Tribunalia circumuolitant, cuius ego semper familiaritatem, necessitudinemq; & amaui maximè, & plurimi feci, à quo non minimum operi, & ornamentum, & munimentum spero. Benè vale. Panormi Kalendis Aprilis M. DC. XIV.

RITYS

RITVS
MAGNAE REGIAE CVRIAE
ET TOTIVS REGNI SICILIAE CVRIARVM
PER ILLVSTREM, ET SERENISS. D.
D. REGEM ALPHONSVM
ORDINATVS,
Et ab omnibus inuiolabiliter obseruandus.

PRIVILEGII INITIVM.

NOS Alphonsus, Dei gratia Rex Aragonũ, Siciliæ: Citra,& vltra Farum, Valentiæ, Hierusalem, Vngariæ, Maioricarum, Sardiniæ,& Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ. Vniuersis, præsentis nostræ constitutionis seriem inspecturis, tam præsentibus, quàm futuris, notum fieri volumus per eandem. Quod, cum intelligeremus ex Ritibus magnæ nostre Curiæ Siciliæ vltra Farum, non paruas sæpe controuersias, propter scripti ambiguitatem, contrarietatem ac similitudinem, nasci solere: vt pote, qui neque à sapientibus vllis conditi sunt, neque à mandato, aut voluntate, cuiusquam Regis profecti, quorum est propria huiuscemodi rerum compositio, sed tantum a causidicis quibusdã imperitis traditi. Quos illi quorundam Iuris doctorum, haud satis præstantium sententia in scripta retulerunt. Cumque etiam plerosque Rituum ipsorum superuacuos cerneremus: vt qui nihil à iure communi differunt: quæ res causarum A actitationes dubias efficiebant, Iudicesq; ob eas causas contraria persæpe iudicia interlocutoria ferre cõtingingeret: quod graue erat subditis nostris: quorum causæ agebantur in commodum. Volentes populorum nostrorum vtiliati consulere, quod ad boni Regis officium pertinere scimus, infrascripta instituta, correcta, ac reformata consilij nostri matura, consultatione, sublata omni ambigui- B tate, contrarietate, & similitudine scriptorum, amputatisque præterea his, quæ superflua visa sunt, de mandato nostro pluribus quoque dispersis in vnum locũ collatis: quo facilius reperiri possint, vsitari, seruarique: post hac decreuimus sancimusque in ipsa Magna Curia nostra Siciliæ, quæ aliarum caput, & veluti exemplar est, atque adeo reliquis Regni curijs, omnibus quæ obstare viderentur C huic constitutioni nostræ, prorsus amotis: quorum institutorum, & Rituum tenor talis est: vt sequitur.

CAP. XCVI.

TRactaturi de iudiciorum Ritu, a citatione, a qua iudicium incipit, inchoandum esse censemus. Litteræ citatoriæ, à Magna Curia impetratę, infra

a termi-

terminum quadraginta dierum, infra quem pars citari possit, tantum efficaciam habeant, & non vltra.

CAP. XCVII.

Citatus, si peremptorio elapso non comparet, si realiter agitur, actor in possessionem rei petitæ, seruandæ rei causa, mittendus est. Si vero personaliter pro mensura debiti declarati, docto tamen de debito saltim summariæ, vt tędio affectus, responsurus veniat: verumtamen, si postea comparet, refectis expensis actori, possessio reo restituenda est: qui, ratione contumaciæ, augustale vnum ærario exsoluat. Quod augustale Actor, cum in possessionem mittitur, ærario soluere consueuit. Et postea purgata contumacia, vna cum expensis, à reo consequitur. Si vero reus in contumacia perseuerauerit, ius cõmune seruetur.

CAP. XCVIII.

Pendente causa in Magna Curia, à sex mensibus infra, si pars Aduocatum, & procuratorem habeat, non est citatione opus, neque ad concludendum, neque ad audiendum sententiam: à sex vero mensibus supra, Aduocato, & procuratore licet præsente, ad concludendum & audiendum sententiam citari partem oportet.

CAP. XCIX.

IN Magna Curia quinque modis principaliter procedi consueuit: via scilicet Executiua: per modum çedulæ: Summariæ, Ordinariæ, & Via informationis. In primo enim agendi modo ab extrema parte, hoc est ab executione, Iudicium incipit. Et hic modus in certis casibus, contentis in infrascripto capitulo, Cum varia à diuæ memoriæ Rege Federico Panhormi edito, sub anno domini 1322. die mensis Septembris, anni sextæ Indictionis, super executionibus debitorum, ac eiusdem capituli interpretatione per nos edita, tantum locum habet.

CAP. C.

CVm varia rerum natura nouum cõtinuo procreet, quod rationabili indiget sanctione. Iccirco noua iuris propago dilucide, & correctionis lima reformet; quod licet antiquitus pro bono

A fuerit introductum, ab experto nuper repertum est, ad cauillationis, & frustrationis materiam fuisse reductum: & ob hoc nihil veterum, & communium legum auctoritati detrahitur. Si, vnde cauillationis materia videatur oriri, per Maiestatem Regiæ dignitatis: vt legis viuæ, floridæ corrigat: quæ solet continuo cõtra abusus veteres noua consilia, & remedia reperire, cauillosa namque debitorum improbitas cõmunis iuris frustrationes amplectitur, & debitorum solutio

B nes, cum dispendijs creditorum dilatat. Circa quod dum sacra Maiestas Regia voluntarios labores appetens, volendo dictorum debitorum fraudibus obuiare, de communi consilio procerum, & consiliariorum suorum consulte prouidit, & suo decreto, perpetuo valituro, firmauit, quæ inferius continetur: non obstantibus legibus, iuribus, constitutionibus, seu consuetudinibus his aduersantibus quibuscunque eis de expressa, & propria eius conscientia abrogando.

C

CAP. CI.

QVicunque igitur creditor ostendat coram Iudice competẽte, videlicet coram Magistro Iustitiario, & Iudicibus Magnæ Curiæ, seu Prætore, & Iudicibus felicis vrbis Panhormi, vel Straticoto, & Iudicibus Nobilis Ciuitatis Messanæ, instrumentum publicum, & in publica forma redactum, confectum in Si-

D cilia, & omni iuris solemnitate completum, quod de iure probet obligationem expressam, & præsentem: scilicet petitionis tempore inducat, quod non egeat probatione extrinseca: citato; præsente, vel contumace debitore: non audita excusatione absentiæ, ponatur incontinenti in possessionem bonorum ipsius, ad minus duplum valentium, quam debitũ ipsum consistat: data fideiussione de duplo soluendo, prout inferius particulariter cõtinetur. in qua possessione missus,

E ipse per quindecim dies stet, eis transactis procedatur ad distractionem bonorum, & satisfiat ipsi creditori: nisi debitor causa rei publicæ absfuerit: in quo casu, pro vt de iure fuerit, procedatur.

AAP. CII.

ET hoc intelligitur, de instrumentis mutui, commodati, depositi pecuniæ, & rerum datarum ad negotiandum, ac venditionis mercium, & de inuenta-

rijs

rijs bonorum pupilli, ex quibus instrumentis A obligatio, & petitio incipit competere ab annis decem proxime præteritis citra, vel quæ spatio ipsorum decem annorum competit tempore petitionis in iudicio proponendæ: in alijs vero instrumentis vel de iure communi, vel secundum antiquum Ritum, pro vt pars actrix eliget, procedatur.

CAP. CIII.

ET, si obligatio non in personam B petentium vel personam petitorum contracta fuerit, sed in persona, vel contra personam eorum, quibus succeditur, siue creditor, siue debitor, vel ambo inueniantur defuncti, quicunque hæredes existant, siue filij, siue extranei, vsque ad primos & secundos hæredes summatim, præsente vel vt supra contumace impetito, probata morte, & successione, vel amborum vel alterius, vt eueniet: procedat executio supradicta. Et si inuenitur emptor bonorum ipsorum distrahen- C dorum, procedat venditio, alias sit pingue (vt dictum est) tradatur res in duplū valens insolutum creditori, cum termino infra menses quatuor redimendi.

CAP. CIIII.

PRædicta quidem fideiussio contineat duplum quantitatis petitæ debere restitui debitori, si de debito apparuerit satisfactum. Si vero satisfactum non asseritur, sed ex alijs petitionibus mutuis D debitum compensari, vel pacto vel alio iure debiti petitionem suspendi, vel non cōpetere creditori, denunciato hoc ipsi creditori, eo in petitione perseuerante, procedat dupli petitio, vt in satisfactionis casu.

CAP. CV.

CReditore quidem in pacifica possessione posito, liceat debitori in continenti si elegerit vel postea, duplum re- E petere à creditore prædicto, summarie, vel scilicet per termini dationē: &, quatenus creditor cōdemnatus fuerit ratione dupli, executionem fieri siue contra ipsum creditorem, siue contra fideiussorem, pro vt debitor elegerit, quæ causa, scilicet petitionis, executionis, & dupli vtraque procedat: omni appellationis, supplicationis, & restitutionis, post sententiam beneficio denegato.

CAP. CVI.

ET, si infra prædictos quindecim dies vel postea, antequam scilicet procedatur ad venditionem, siue petendo duplum, siue restitutionem possessionis ratione dissolutæ obligationis ob quam facta est executio, pars debitoris clare & perfecte intentionem suam lucidauerit, pro lucidato restituatur possessio: & tantumdem, quātum fuerit exsolutum, prædictus vero creditor tempore petitionis prædictæ, teneatur procuratorem in iudicio dimittere ad respondendum debitori suo, super dupli petitione: quem si non reliquerit, nec concedatur sibi missio, &, si concessa fuerit, reuocetur, restituendo expensas debitori.

CAP. CVII.

PEtente vero duplum debitore secundum eius petionem & locorū distantiam, competēs dilatio tribuatur ad probandum intentionem, eiusdem: & ea gaudeat creditor, qui iam in possessionem missus est.

CAP. CVIII.

AD petitionem vero creditoris, qui iam secundum Ritum in possessionem missus est, non minor dilatio in ipsa quæstione dupli, quàm quindecim dierum, detur.

CAP. CIX.

SI vero creditorem debitor de possessione eruat, in qua, vt supra, per Curiam positus fuerat, vel ipsum in ea aliter turbet, vel alius rationabiliter se opponat, vt creditor ipsam possessionem pacifice habere non possit, non audiatur debitor super petitione dupli, nec alia currant tempora creditori: quousque sibi pacifica possessio dimittatur.

Interpretatio noua prædicti Capituli Cum varia.

CAP. CX. & CXI.

AD tollendam omnem dubitationē, quæ circa prædicti capituli practicam oriri solet, addendo, statuendoque, prouidemus, quòd, si creditor in iudicio Magnæ Regiæ Curiæ, vel coram Prætore

tore & Iudicibus felicis Vrbis Panhormi
vel Straticoto nobilis Ciuitatis Messanę,
vel Capitaneo, Patricio, & Iudicibus
Ciuitatis Cathaniæ, vel coram Capita-
neis, Iudicibus, & alijs officialibus loco-
rum demanij huiusmodi iurisdictionem
exercentibus, producit instrumentum
confectum in Regno Siciliæ, vel insulis
Regno coadiacentibus vel in portubus
& carica torijs Regni, & Insularum coa-
diacentium, vel per viginti miliaria infra
mare prope Regnum, vel Insulas prædi-
ctas, quod sit in publicam formam reda-
ctum, & omni iuris solennitate comple-
tum, vel prothocollum notarij, in quo
est contractus debiti descriptus: vel con-
tractus cum subscriptione notarij non in
forma publica & auctentica, sed in carta
bombicina. Si tamē sit factus in loco vbi
Curia residet, vel prope per duas dietas,
& litera cōtractus sit nota Iudicibus, vel
in promptu possit constare, quòd est scri-
pta manu notarij in contractu subscripti,
vel extra Regnum, confectum in Regia
tamen ditione. In forma publica cum
literis testimonialibus approbantibus fi-
dem notarij illius loci, vbi cōtractus ce-
lebratus est: & sit de casibus, & probet
obligationem expressam, & præsentem
petitionem inducat: & sit confectus in-
fra decennium, quod tātum currit à tem-
pore, quo (vt prædictum est) debiti pe-
titio competit, quo casu currit pupillo,
absenti etiam causa reipublicę, & vnicui-
que: cum Ritus hic sit cōtra ius commu-
ne, debitore, vel fideiussore citato ad
domum, vel in personam, eo præsente
& debitum prædictum negante, vel cō-
fitente: sed statim soluere nequeunte, vel
nolente, vel se opponente, vel eo con-
tumace, vel eo non citato, non audita
excusatione absentiæ, ponatur creditor
incontinenti in possessionem bonorum
debitoris, seu fideiussoris, valentium
pingue debitum prædictum.

CAP. CXII.

ET, data prius per dictum creditorē
fideiussione de duplo, idest, soluen-
do duplum debiti, in quo probauerit de-
bitor se soluisse, & posito creditore in
possessionem ab vncijs v. infra, fiat no-
tatio apud acta. Ab vncijs vero v. supra,
fiat notatio primi decreti, qua missa par-
ti, & consimili redacta apud acta, extunc
habeat debitor quindenam ad se oppo-
nendum, infra quàm bona, in quibus
processit executio, banniantur. Et, si

A debitor se nō opposuerit, elapsis xv. die-
bus prædicta bona distrahantur, & satis-
fiat creditori. Si vero se opposuerit prę-
cedente subhastatione bonorum, super-
sedeatur indistractione bonorum prædi-
ctorum vsque ad sententiam ferendam
inclusiue in causa oppositoria: Ita, quòd,
auditis probationibus vtriusque partis,
vnica sentētia vtraque causa terminetur.
Et, si debitor succubuerit, eo casu pro-
cedatur ad distractionem bonorum effe-
ctiuam: & satisfiat creditori de debito,
B interesse, & expensis iudicialibus, & nō
iudicialibus, si sint promissæ in cōtractu:
si distrahātur bona stabilia ante ipsorum
alienationem fiat secūdum decretum. Si
vero sint mobilia, describatur alienatio
apud acta curiæ: reseruato nihilominus
debitori ad redimendum bona stabilia
quadrimestri tempore: & bona mobilia
termino dierum xv. prout hactenus con-
sueuit. Si vero non reperiretur emptor
bonorum prædictorum, vel si reperire-
tur, & non daret pro bonis prædictis
C pretium condecens: eo casu prædicta
bona, si stabilia sint, dentur creditori in-
solutum ad pingue valens: videlicet quar
ta pars eius, pro quo procedit executio.
Vt, si sit executio in vncijs quadraginta,
pingue valens erit decem. Si vero sint
mobilia pars octaua, nisi fuerit aurum,
vel argentum in missa, seu in materia,
vel lapilli, & perulæ: vltra tamen debi-
tum, quod debetur ratione expensarum,
damnorum, & interesse: liquidatorum
fructus tamen præceptos ex rebus adiu-
D dicatis, post alienationem earundem in-
fra quadrimestre tempus sibi lucrifaciat
emptor: vel creditor, cui data sunt inso-
lutum: ex quo per talem alienationem
fuit effectus dominus: & ad eum spectat
periculum dictorum bonorum.

CAP. CXIII.

ITem, quòd diximus supra, vt bona
dentur ad pingue valens, non habet
locum, quando est concursus creditorū,
E & bona non essent suffectura ad satisfa-
ctionem omnium creditorum, si ad pin-
gue valens darentur: quo casu dentur in-
solutum creditoribus pro mēsura debiti,
præcedente æstimatione, secundū quòd
bona ipsa valerent iusto pretio: si vero
pretium bonorum excederet summam
debitam creditoribus: quatenus excedit,
illud plus detur ad pingue valēs: pro quo
plure habeat debitor tempus quadrime-
stre ad redimendum stabilia, & mobilia
dierum

dierum quindecim: pro bonis vero datis insolutum iuxta æstimationem detur debitori redimendi facultas, In stabilibus, tempus mensium duorum; In mobilibus vero, dierum octo: nec mirum, si hoc in casu ex æquitate quadam minor detur dilatio, cum creditor in nihilo releuetur.

CAP. CXIIII.

ITem prædicta locum habere volumus in contractibus mutui, commodati, depositi, venditionis quorumcunque bonorum, siue stabilium, siue mobilium, societatis, & inuentarijs factis per Baylos, tutores, vel curatores, vel orphanotrophos, & similes, in quibus confitentur ad se peruenisse aliquid de bonis pupilli, adolescentis, furiosi, prodigi: & similium personarum, & hospitalium, ecclesiarum: necnon in testamento, & codicillis, incontractibus dotalibus, & in dicta banci, vel scriptura, vt contra bancherium, contra se scribentem, possit fieri executio: & pro litteris cambij possit executio procedere super quibuscunque bonis, etiam feudalibus, tanquam tacite obligatis: & idem pro dicta, vel scriptura banci contra bancherium, contra se scribentem: & in casibus, vbi ex pacto est adiectum in contractibus, quòd fiat executio breui manu, ac si esset de casibus supra narratis.

CAP. CXV.

ITem ĩ causa oppositoria restitutiones ordinariæ ex causa primæ & secundæ personis restituibilibus non conceduntur: restitutiones vero extraordinariæ ex vrgenti, & iusta causa aliquando concedi solent.

CAP. CXVI.

ITem, si, lata sententia in causa oppositoria, debitor, aut creditor senserit se grauatum, liceat succumbenti à Curijs inferioribus ad Magnam Curiam appellare, & aduersus eam in integrum restitutionem petere, vbi à iure communi permittitur. Ita tamen, quòd debitor, qui succubuit in ciuitatibus Panhormi, Messanæ, Drepani, Cathaniæ, in quibus est iurisperitorum copia, & verisimiliter sententiæ debent esse iuste latæ, satisfaciat incontinenti post latam sententiam, manualiter, vel per distractionem bonorum, vt supra, creditori de debito suo: ita, quòd satisfactio prædicta non impediatur propter appellationem, vel restitutionem in integrum: præstito nihilominus per creditorem idonee vt bãchus de restituendo petitionem, & interesse solutum: in casu, quo succubuerit, in aliquo ex remedijs prædictis.

CAP. CXVII.

SI vero sit facta executio in persona debitoris, & debitor in oppositionibus suis succubuerit, & senserit se grauatum, & clare appareat eum non habere, nec possidere bona, vnde possit soluere creditori, eodem debitore remanente in carceribus, possit vti aduersus sententiam prædictam beneficio appellationis, vel in integrum restitutionis. In alijs vero curijs inferioribus aliorum locorum demanij, si ab earum sententijs fuerit appellatum ad magnam Regiam Curiam, vel in integrum restitutio petita, supersedeatur in executione, pendente in magna Curia appellatione, vel in integrum restitutione.

CAP. CXVIII.

SI vero executio fuerit facta in magna Curia, &, lata sententia, aliqua partium senserit se grauatam, liceat parti grauatæ ab eadem sententia supplicare ab vncijs quinque supra, & non infra: propter præeminentiam magnæ Regiæ Curiæ. Ita tamen, quòd teneatur prius creditori satisfacere secundum formam capituli præcedentis: in integrum vero restitutione concedenda Ius commune seruetur.

CAP. CXIX.

ITem, quod diximus in casibus supra narratis, vt fiat executio breui manu, si debitum est liquidum, idem volumus obseruari in casibus prædictis si debitum non est liquidum, sed in promptu potest liquidari: vt puta, si quis tenetur ad x. salmas frumenti, & in defectu ad pretiũ facta in promptu probatione: prius de pretio procedat executio, aduersus quã liquidationem debitor possit facere oppositionem facta executione, infra quindenam & non ante: & ita de pretio aliarum rerum debitarum in cõtractibus depositi, ac comandæ, & alijs omnibus, vt supra, enarratis: interesse autem, non nisi parte præsente, vel citatæ, & contumace,

tumace, poterit liquidari: &, liquidato, A erit locus executioni.

CAP. CXX.

ITem, si creditor fecerit executionem, debitore non citato, & postea facta executione, & peruento hoc ad notitiā debitoris, si infra eundem diem veniat debitor cū sacculo parato, vel cum alia re debita in promptu, & satisfaciat creditori, vel si præsentauerit pecuniam in iudicio, vbi facta est executio, si ibi præsens est, vel si absens, in iudicio, vbi reperitur, nullæ expensæ creditori reficiātur. Si vero non venerit cum sacculo parato, vel præsentauerit in iudicio, vt supra, sed opponit exceptionem guidatici vel moratoriç, vel alias dilatorias, de quibus creditor non habeat notitiam, de quo sacramento suo stetur, eo casu debito teneatur reficere expensas executionis, & alias iudiciales legitime factas, nec alias possint huiusmodi exceptiones dilatoriæ sibi opitulari, nisi prius, & incōtinenti reficiantur expensæ prædictæ.

CAP. CXXI.

ITem, quòd possit fieri executio breui manu, discussis bonis mobilibus, & stabilibus debitoris & fideiussoris, contra nomen debitoris, vel fideiussoris obligati ex contractu, etiam si debitor debitoris, vel fideiussoris contra tenorem contractus per eum facti neget se fore debitorem debitoris, vel fideiussoris.

CAP. CXXII.

ITem, si heredes debitoris, vel fideiussoris adiuerint hereditatem cum beneficio inuentarij, vel sint infra tempora, quæ possint inuentarium conficere, vel post, beneficio restitutionis in integrum inuentarium conficiendo, dando bona defuncti, quæ ad eos peruenerint, non procedit executio in bonis heredum.

CAP. CXXIII.

ITem, licet debitor defunctus fuerit obligatus de persona, in contractu, tamen non potest fieri executio in personā heredum: nisi bona occultarentur, vel inuentarium non fuisset confectum per heredem: quo casu carcerabitur ex sui dolo.

CAP. CXXIIII.

ITem, si fit executio, in casibus supra declaratis ad petitionem credtioris, seu eius heredis, vel habentium iurium cessionem ab eis, & fuerit facta in persona debitoris, vt quia est expressum in cōtractu, quòd est obligatus de persona, vel quia fit executio virtute literæ cābij, vel occultauerit bona, in quibus debet fieri executio, eo casu debitor carcere-B tur, nisi dederit pignora aurea, argentea, vel iocalia, vel bancum soluturum infra quindecim dies, quod mentiri nō soleat: &, si habiliter nō possit dare bancum, det tales personas approbatæ fidei, & sufficientes ad soluendum: quæ incontinenti ad primum mandatum Iudicum satisfaciant creditori: alias eis non soluendi fit in electione creditoris vendi facere bona quæcunque mobilia debitoris, vel fideiussoris ad discursum: mandato Curiç infra dies octo dato tempore ad redi-C mendum, vt supra. Stabilia vero, iuxta formam Ritus anterioris, vel eorum alterum carcerari facere, vt tam diu stet in carceribus, quàm diu soluat integrum debitum, expensas, & interesse.

CAP. CXXV.

ITem, quòd ab vneia vna infra, etiam si fuerit de casibus, & obligatus de persona, cum iuramento si non occultauerit bona, vel processerit ex baractaria, D & non sit obligatus ad factum, neque ad opera, & seruitia personæ suæ, non carceretur.

CAP. CXXVI.

ITem obligatus in contractu propter iuramentum in eodem cōtractu adiectum, si specifice non est dictum, quod fiat executio in persona, non carceretur, nisi defectum bonorum.

E

CAP. CXXVII.

ITem si fuerit facta executio contra aliquem in casibus prædictis, & habuerit effectum in personam, liceat creditori redire ad bona pro toto debito ipsius. Et si redierit ad bona pro toto debito, excarceretur debitor: facta prius satisfactione debiti ex bonis prædictis. Si vero creditor primo elegerit bona, quç sufficiant ad satisfationem totius debiti,

biti, & expensarum, & interesse, non liceat ei amplius redire ad personam: secus, si bona non sufficiant, vel non essent expedita: quo casu quatenus sufficerent, & essent expedita, fiat adiudicatio bonorum: quatenus vero non sufficerent, vel non essent expedita, pro eo quòd restat, possit redire ad personam, dum tamen non sit infra vnciam, vt supra.

CAP. CXXVIII.

ITem, si fuerit facta executio contra fideiussorem, virtute noui Ritus prædicti incontinenti non expectata satisfactione, nec sententia, possit fideiussor ipse facere executionem contra debitorem: pro quo fideiussit in eius bonis, seu persona. Si tamen personaliter obligetur, ad electionem ipsius fideiussoris, seu eius hæredum, nec eo casu debitor cedendo bonis liberetur.

CAP. CXXIX.

ITem, quòd debitor ita demum potest petere a creditore fideiussionē de duplo, si debiti solutionem, & satisfactionem alleget.

CAP. CXXX.

ITem, heres creditoris cum succedat in Ius alterius, & habeat iustam causam ignorantiæ, si suo iuramento firmauerit de oppositis sibi per debitorem nullam habere notitiam, non tenetur de duplo præstare.

CAP. CXXXI.

ITem, liceat debitori, incontinenti facta executione contra eum, in eodem processu infra quindenam, infra quam se opponit opponendo se duplum petere, vel in alio processu, etiam ex interuallo, annum vnum post latam sententiam in causa oppositionis repetere à creditore, vel à fideiussore, vel eorum heredibus duplum prædictum. Et, si condemnatus fuerit creditor, seu eius heres, vel fideiussor, & heres fideiussoris, fiat executio sententię latæ in Magna Curia, vel in Ciuitatibus Panhormi, Messanæ, Cathaniæ, vel Drepani, contra aliquam personam prædictarum ad duplum: &, si contigerit appellari, supplicari, vel in integrum restitutionem peti, facta satisfactione condemnationis obseruētur ea,

A que dicta sunt, quando sententia lata est pro creditore contra debitorem.

De modo procedendi per viam cedulæ.

CAP. CXXXII.

PEr viam cedulæ proceditur, quando quis est debitor ex instrumento publico, & non est de casibus, vel est de casibus, & transactum decennium: vel quia agitur actione in factum vigore rei
B iudicatæ post annum: vel, si debitor fuerit confessus debitum in iudicio: licet aliquid separatum opponat: quare soluere non tenetur, quibus casibus fit cedula, & narratur factum, cum quis teneatur, & pluries fuerit, & sit requisitus. Iccirco Magna Curia prouidit, & determinauit, quòd, nisi probet exceptiones,& defensiones suas, infra quindecim dies, quòd soluere debeat: & mittitur cedula vna parti, & altera Iudici cum instrumento, vel sententia: in fine autem cedulæ adij-
C ci solet, quòd infra eundem terminum si quæ sibi desunt, possit creditor probare.

De modo procedendi in summarijs, & primo in Ciuilibus.

CAP. CXXXIII.

PEr prius causas summarias intelligere oportet, antequam modum, & procedendi ordinem ingrediantur. Sum-
D marie igitur causæ sunt hę, videlicet, causæ breuiores vnciarum.v. infra, vbi proceditur ad litis ingressum: Causæ alimentorum futurorum: Causæ possessoriæ: Causæ, in quibus agitur de aliquo officio habendo: Causæ iurisdictionum inter officiales Regios: Causæ seruitutum: Causæ Iuris prothomiseos: Cum agitur ad duplum contra creditorem secundum formam capituli, Cum varia. Causæ status, & filiationis: Causæ salariorum, & mercedum: Causæ mercantiarum ab vn-
E cijs.x. infra. Quæ autem mercantibiles sint, stetur mercatorum arbitrio: Cum agitur de dote promissa sine scriptura. Causæ redditus, ad ministrationis, tutelæ procurationis, negotiorum gestoris, & cuiuscūque administrationis vsque ad vncias viginti, & non vltra: quæstiones etiā miserabilium personarum Ecclesiarum, Hospitalium, pupillorum, & viduarum.

CAP.

CAP. CXXXIIII.

IN summarijs causis ciuilibus talis ordo seruetur:offeruntur enim per actorem Capitula: cui detur facultas probandi, fundandiq; iura sua; infra certam dilationem iudicis arbitrio terminandam: infra quam si nihil fecerit, & causa non est appellabilis, eo casu detur sibi breuis restitutio. Et si in ea nihil fecerit, concludatur in causa. Si vero fuerit appellabilis, nulla data restitutione fiat couclusum: & procedatur ad expeditionẽ causæ. Si vero actor infra terminũ suas probationes fecerit, cum primum expleuerit, fiat apertura: & facta apertura, detur reo terminus ad defendendum, & reprobandum simul, & semel dierum duodecim: quem terminum, si reus velit, potest diuidere: alterum capiendo, videlicet dies octo ad defendendum, & reprobandum quatuor: nec cogatur prædictum terminum capere, nisi actor proprius probare expleuerit: & si infra eundem terminum reus nihil fecerit, vel se coarctauerit ad finem termini, si est persona restituibilis: vt quia minor mulier, vel Ecclesia:detur restitutio ex causa primæ, & secundæ, quæ eis hactenus concedi consueuere: vel si non iusta causa restituendi subest, detur sibi restitutio extraordinaria, loci, temporis, & causarũ qualitate attenta. Et si infra hanc extra ordinariam restitutionem nihil actũ extiterit, fiat conclusum, vel si prope vltimum diem termini præsentauerit Iura sua,tunc detur restitutio: infra quam ambæ partes possint facere omnia. Modus iste procedendi in causis omnibus summarijs regulariter locum habet.

CAP. CXXXV.

IN causa autem spolij aliter obseruari consueuit. Cum enim agitur de spolio, infra bimestre tempus perpetrato, constito antequam audiatur aduersarius in defensionibus suis fit restitutio: & postea audiatur. Si vero post bimestre tempus ageretur, non fit restitutio, nisi auditis defensionibus, & probationibus vtriusque partis: quod bimestre tempus currere intelligatur à die scientiæ spolij.

CAP. CXXXVI.

ITem prædictus agendi Ritus in summarijs Iudicijs prĩcipalibus locum habet. Si vero causa summaria deuoluatur

A via appellationis ad Magnam Curiam, præsentato processu, detur vtrique parti terminus. Si in ciuitate, dierum duodecim. Si vero extra, in iudicis arbitrio sit: dum tamen dies quindecim non excedat: quo elapso, si aliquid infra terminum actum sit, detur terminus ad reprobandum: infra quem possit facere omnia dierum quatuor: quibus terminis elapsis, si aduocatus venerit paratus, si Iudici videbitur, detur à Iudice extraordinaria restitutio suo arbitrio. Ita quòd de cetero

B nullatenus concedatur, nisi rationabilis, & euidens causa aliud suaderet.

CAP. CXXXVII.

ITem processus, qui fiũt ad litis ingressum, debeant expediri, & terminari infra menses duos ad altius: quibus elapsis ipso iure omni exceptione, & excusatione, vel impedimento remotis, intelligatur peremptus: & sine aliqua alia sententiæ dictæ exceptiones ad causarum

C merita reseruentur: & ipsa principalis quæstio possit initiari: exceptiones autẽ ad litis ingressum infra dies octo tantum proponantur.

CAP. CXXXVIII.

ITem, quòd à sententijs latis in magna Curia super exceptionibus, seu informationibus oppositis, ad impediendum litis ingressum, ne dum non potest appellari, verum etiam neque supplicari, quoties via agendi aperitur. Si vero præcluditur, possit tantum processus per eadem

D acta reuideri ad petitionem vtriusque partis.

CAP. CXXXIX.

ITem, si proceditur in Magna Curia summariè, & fortius si per viam confessionis, iniunctionis, cedulæ, vel ex scripturarum visione, vel exarbrupto, à Magna Curia non appellatur: & hoc siue

E primum iudiciũ in Magna Curia inchoatum, siue ad Magnam Curiam via appellationis, vel alio modo deuolutum fuerit.

CAP. CXL.

SI vero deberet procedi via ordinaria, licet aduocatus dixerit ĩ iuribus suis quòd procedatur summariæ:nihilominus appellatur: cum de sui natura causa sit appellabilis.

De cau-

De causis criminalibus, in quibus summariè proceditur.

CAP. CXLI.

IN causis verò criminalibus, quando delictum est recens, idest infra duos menses, numerandos à tempore scientiæ delicti, & delinquentis, proceditur summariè, & non intitulatur nomen procuratoris in libello, sed nomina ipsorum accusatoris, & accusati. Et accusatus primo loco carceratur, vel præstat, nisi in crimine hęresis, vel lęsæ Maiestatis, secundum formam constitutionis Regni: accusator verò habet facultatem infra dies octo tantum à die præstitæ fideiussionis, nisi locorũ distantia, vel alia causa legitima aliud suaderet, probandi intentionem suam: infra quam dilationẽ dierum octo, accusatus possit simul, & semel se defendere: etiam si Magna Curia non fuerit in discursu. Quo termino elapso, vel ante, si ante expleuerit, fiet apertura: qua facta nõ possit denegari copia productorum reo, nisi prius ante aper turã fuerint missi testes Iudici, ad effectũ carcerationis: quo casu, si non steterit per partem, sed per Iudicem, tunc pars non habeat copiam, donec super carceratione fuerit prouisum: quibus testibus visis, si cõstiterit Iudici de maleficio plenè, vel semiplenè, in tantum, quòd sit locus torturis, tunc fiet apertura, & carceratur reus: quo carcerato, datur sibi terminus ad defendendum, & reprobandum, & defendat se in carceribus. Si vero plenè, nec semiplenè constiterit de delicto, fiet apertura: & non defendat se accusatus in carceribus, sed accipiet terminum ad probandum exceptiones suas tãtum. Nam, si ad reprobandum acciperet, quia esset signum, quòd testes in aliquo morderent, carceretur, nisi tamen testes visi fuerint per Iudicem: & interlocutum, quòd non sit locus carcerationi: quo casu, etiam si ceperit terminum ad reprobãdũ pro purgatione, & maiori dilucidatione eius infamiæ, nõ debeat carcerari.

CAP. CXLII.

IN causis criminalibus non recentibus, ordinariè ꝓceditur, hoc videlicet modo: in ciuitate, vel loco vbi est Curia, & partes sũt præsentes, datur terminus dierum duodecim: extra vero probandi, & venie̅di, pro locorum distantia. Ita quòd terminus non excedat dies viginti: quo

A casu, cum ordinariè proceditur secundũ Ritum hactenus obseruatum in Magna Curia, licet capiatur terminus ad reprobandum, vel in tantum constiterit, quòd sit locus torturæ, nihilominus nõ potest accusatus carcerari, nisi cõcluso ꝓcessu.

CAP. CXLIII.

B ITem in causa criminali, cum testes sint visi per Iudicem, & accusatus est carceratus, habeantur pro publicatis.

CAP. CXLIII.

ITem in causis criminalibus in Magna Curia restitutiones ordinarię partibus etiam restituibilibus non consueuerunt concedi: extraordinariæ verò ex clausula generali si qua iusta nihilominus causa esse videbitur secus: vt quia reperiuntur nouæ probationes, etiam post conclusionem causæ super nouis capitulis, tam ad defendendum, quàm offendendum: quo C casu daretur restitutio: super capitulis vero alias præsentatis, si pars non habuerit copiam productorum, & testes essent de nouo reperti, & essent tales, in quibus clare non caderet suspicio subornationis, locus esset restitutioni: & multo fortius hoc posset facere Iudex ex suo officio. Et aduerte, quòd quando datur terminus restitutorius, talis terminus ita demum est communis, si ille, cui concedituer, vtitur eo aliquid faciẽdo: & nõ aliter.

D *Interpretatio Capituli Optantes.*

CAP. CXLIV.

QVia declaratio, facta per olim Vicereges, qui in Regno pręerant, super Capitulo Optantes, edito à Rege Federico, persæpè in practica per Capitaneos locorũ Regni deducitur, potissimè in causis minimis, & extrauagans est, de facili posset ignorari: eam hic de verbo adverbum inseri fecimus, cuius te- E nor talis est. In causis arduis, siue minimis, elapsis duobus mensibus, procedatur per termini dationem, infra duos mẽses verò procedatur sũmariè. Arduæ verò causæ dicuntur, vbi venerit pœna imponenda à relegatione supra exclusiuè. In quibus causis arduis eo ipso, quòd præposita est accusatio, per accusatorẽ, præsente accusato, vel per cõtumaciam absentem, est acquisitum ius Curiæ, adeò, quòd partes non possunt interse

b concor-

concordare, & non obstante eorum concordia, in causis arduis prædictis possit Curia subintrare, & accusationes propositas prosequi, & finire. In causis vero minimis à relegatione infra inclusiuè, recipiantur accusationes, quæ tantũ proponũtur ad petitionem partium, quarum interest: etiam ad petionem ipsarum fiat rubrica, & præsentetur per aduocatum partis in plena Curia ad petitionem ipsarum partium accusantium: etiam recipiãtur testes, & in plena Curia, receptis testibus, fiat publicatio, seu apertura: similiter ad petitionem accusatorum, ita quòd, vsque ad dictam publicationem, seu aperturam inclusiuè, ad petitionem curiæ in nullo procedatur: & licitum sit partibus se ad inuicem cõcordare, vsque ad publicationem, vel aperturam inclusiuè, nec curia possit subintrare, & causas easdem prosequi, & finire: in quibus vero causis minimis, si constiterit, liceat curiæ accusatos carcerare.

CAP. CXLVI.

SI tamen ipsi accusati præstiterint de parendo sententiæ, liberentur, & extra carceres se defendant: & si tempore sententiæ ferendę in tantum constiterit, quòd veniant carcerandi, possint capi, & carcerari: & lata sententia, via grauaminis audiantur in appellatione. Ita quòd processus expediatur per eadem acta. Si vero accusati nõ pręstiterint de parendo sententiæ, sed fuerint carcerati, vt supra: lata sententia audiantur appellantes via ordinaria. Ita quòd in causa appellationis possit impĩguare, facere quod velint.

CAP. CXLVII.

ITem in causis arduis, licet præposita fuerit accusatio, si partes nõ cõcordãt se, Curia non subintrat, sed omnia fiant ad petitionem accusantium: & si accusantes sint personæ miserabiles, Curia prosequenti parti potest assistere.

CAP. CXLVIII.

ITem, si delictum committitur in re, & criminaliter agitur, potest peti ex officio rei ablatæ restitutio.

CAP. CXLIX.

ITem omnia delicta publica in hoc Regno secundũ Ritum antiquum sunt redacta ad instar priuatorum: & tantum illi

A admittuntur ad accusandum: & denunciandnm quorum inter est, fallit in criminibus hæresis, læsę maiestatis, in quibus, secundum formam constitutionum Regni, proceditur, & nefandi: in quibus accusator subscribit se ad pœnam talionis, etiam fallit in blasphemijs contra Deum, & beatam Virginem Mariam, & in crimine artis Mathematicæ: & si aliquis fuerit inculpatus de homicidio commisso contra aliquem exterum à Regno, casu, quo occisus non habeat consanguineos, qui eius iniuriam per iustitiam vindicent. B Item in crimine falsæ monetæ, & incisionis carlenorum, & iniuria facta cõtra moniales, & ipsarum monasteria, & contra celebrantes Diuina officia in ecclesia, & incendiarijs proijcientibus ignẽ tempore prohibito: quibus casibus supradictis, quilibet de populo ad accusandũ admittitur: & si delinquentes per officiales infragranti crimine comprehensi fuerint, vel coram eis crimen fateantur, poterunt per officiales, etiam nullo comparente accusatore, puniri: & si officialis sit C talis, quòd non possit de huiusmodi delictis proposita accusatione cognoscere, capiat delinquentem, & maiestati Regię, vel in Regno præsidentibus, vel Magnę Curiæ scribat: & ad commissionem ei factam poterit processum conficere: quo confecto, processus, vna cum delinquente bene custodito, ad Magnam Regiam Curiam trasmittatur, ibi decidendus: & de commoditatibus inde prouẽturis Capitaneus & eius Curia, vbi processus est D confectus, quartam partem habeat, & consequatur.

CAP. CL.

ITem, cũ fiunt reaccusationes, reaccusatus pręstat, sed supersedetur in reaccusatione vsque ad aperturam: verum, si Iudici videbitur dilatandi, aut calumniãdi animo: reaccusatus tunc non teneatur E præstare, nisi cum constiterit, de delicto, si delictum est antiquum. Si vero fuerit recens, carceretur: pro vt de eo, qui principaliter accusatur, superius dictum est.

CAP. CLI.

ITem, si aliquis fuerit accusatus de delicto, vbi non venit imponenda pœna corporis afflictiua, sed pœna pecuniaria, eo casu præstando de parendo sententiæ

non

non carceratur. Et præstito de parendo, si fuerit condemnatus, & voluerit appellare, vel processum reuideri in Magna Curia, non auditur. In curijs vero inferioribus admittatur reuisio tantum via grauaminis. Ita quòd processus expediatur per eadem acta: & interim supersedeatur in executione, nisi probationes de nouo superuenerint ad eius notitiam post sententiam: quo casu erit locus appellationi.

CAP. CLII.

ITem, si aliquis fuerit accusatus de spreta pœna defensæ, non teneatur præstare de quantitate pœnæ impositæ: sed de non baractandis, vel alienandis bonis suis, & de ipsis bonis præsentandis.

CAP. CLIII.

ITem, si aliquis fuerit accusatus de spreta pœna, qui citatus fuerit cōtumax in non comparendo, si est soluendo, non banniatur: sed mittatur Curia in possessionē, causa rei seruandæ pro pœna, per constitutiones Regni statuta, attēta qualitate facti, & non pro quantitate pœnæ impositæ. Si vero accusatus non esset soluendo, ex quo venit in corpore puniendus, possit banniri, & procedi contra eum, sicut proceditur contra alios criminosos.

CAP. CLIV.

ITem, quòd pœna adiecta in contractu alio, quàm in contractu cōpromissi nō exigatur etiam si sit renūciatum cum iuramento generali consuetudini Regni: quæ pœnæ adiectæ in cōtractu non exiguntur: ac etiā si sit huic ordinationi renunciatum: cum eadem facilitate, qua inducuntur ad contrahendum, inducuntur ad pœnarum promissiones, & renunciationes. Si vero pœnæ sint adiectæ in contractu compromissi, tunc Ius commune seruetur.

CAP. CLV.

ITem, si aliquis accusatur de insultu cū extractione armorum, & partes concordant se, in casu remissibili secundum capitulum Optantes, curia nō ptest procedere ad pœnam portationis, aut extractionis armorum, nisi per officiales seu seruiētes curiæ fuerit inuentus, & captus in fraganti cum armis: & si non est locus

A remissioni, & constiterit de delicto cum armis, cum totum censeatur vnum delictum vnica pœna debet puniri: ita quòd, si non est deprehensus vt supra, non habet locum pœna portationis armorum.

CAP. CLVI.

ITem, si aliquis fuerit interrogatus super capitulis, post litem contestatam, etiam si deierauerit, non possit de periurio intercipi: idem si sit interrogatus su-
B per interrogatorio oblato ante litem cōtestatam super aliquo casu, nō ex casibus contentis, nec declaratis per Glos. & Doctores in rubrica de interrogatorijs actionibus: & idem si interrogatorium sit oblatum post litem cōtestatam in aliquo ex casibus notatis in dicta rubrica: si vero interrogatorium offeratur ī aliquo ex dictis casibus ante litem contestatam, si interrogatus deierauerit, poterit de periurio accusari.

C

CAP. CLVII.

ITem, si aliquis interrogatus ante litem contestatam super aliquo ex dictis casibus declaratis in dicta rubrica per Glosam, & Doctores, & pars aduersa velit eum accusare de periurio, & habeat testes in promptu in iudicio, & vult incontinenti conuincere eum de periurio, in cancello audiatur: nec est necessaria cedula: sed constito in promptu Iudex ex officio poterit deierātem punire: ex quo
D deierans eius aures offendit. Si vero accusator nō habeat testes in promptu, eo casu teneatur mittere cedulam, vt accusatus abstineat de periurio, in qua fiat mentio specificāta de capitulis, & confessionibus, in quibus dicitur accusatum deierasse: & in eadem cedula eidem accusato iniungatur, quòd inde ad tres dies abstineat, & eius confessionem reformet secundum veritatem: quòd si accusatus fecerit, non procedatur in accusatione periurij: alias secus.

E

CAP. CLVIII.

ITem, si aliquis iurauerit obseruare cōtenta in contractu, & contraueniat, nō possit de periurio accusari, aut per iudicem puniri: sed solum Deum vltorem habeat.

CAP. CLIX.

ITem, si aliquis fuerit accusatus de aliquo delicto, vt puta de percussione, si in prōptu appareat de sanguine, & delin-

quens citatus non compareat, incontinenti, non expectato triduo, bannitur: nulla excusatione admissa: nisi aliquis pręstaret de eum præsentãdo infra triduum. Si vero nõ apparet sanguis, citato delinquente, & incusata contumacia, post triduũ lata sententia banni bannitur. Sed ad sententiã foriiudicationis post lapsum anni ita demum proceditur, si venit imponenda pęna mortis, deportationis, vel mutilationis mẽbri. Si vero venit imponenda alia pęna minor, nõ foriiudicetur, sed patiatur pęnam, quam debet pati per bannum, secundum constitutiones, & capitula Regni: & si venerit infra duos mẽses, præstito de se præsentando, quousque constiterit contra eum, etiam si delictum sit de recenti, scilicet infra duos menses, non carceretur. Si vero fuerit captus infra duos mẽses, vel venerit post duos menses, carceretur, & in carceribus se defendat. In suis tamen defensionibus non audiatur, nisi purgato banno: & in omnibus prædictis, vbi non habet locum sententia foriiudicationis, ne tale delictũ transeat impunitum, propter contumaciam delinquentis, elapso bimestri tempore, dato curatore aliquo ex cõsanguineis accusati, vel alio, si non supersint cõsanguinei, procedatur contra accusatos prædictos, eos puniendo, secundũ quòd delicti qualitas exegerit, iuxta iuris dispositionem. Et si accusator in his casibus, in quibus non posset fieri sententia foriiudicationis, sed veniret imponenda pœna à relegatione infra noluerit expectare bimestre tempus, poterit interim quantum attinet ad interesse suum procedere.

CAP. CLX.

ITem fideiussor, qui fideiussit in causa criminali de præsentãdo sub certa pęna, si non præsentet infra terminum sibi iniunctum statuendum iudicis arbitrio, vel citatus non comparet, non bannitur: sed fit executio pro pęna promissa in bonis fideiussoris: vbi in fideiussione non est certa pœna expressa, fiat executio in bonis fideiussoris: prout in similibus delictis similis pœna consueuit apponi. Si vero fideiussor nõ præsentet reum, nec habeat bona pro exsoluẽdo pœnam, tunc carceratur: & tam diu stet ĩ carceribus, quousque reum præsentet, vel soluat pœnam: quo reo principaliter præsentato quãdocunque, fideiussor liberatur à carceribus. Quod autẽ dicitur, fideiussorem nõ præsentantem debere carcerari, est verum, si apparuerit, quòd principalis propter timorem delicti se absentauerit, vel occultauerit: quod in dubio præsumitur. Non autem in casu quo accusator fuerit negligẽs in procedendo: & reus pro suis negotijs peragẽdis se (sine dolo) absentauerit.

CAP. CLXI.

ITem in casibus, in quibus reus veniret pecunialiter, & non corporaliter puniendus, si fideiussor præsentãdo requisitus reum non præsentauerit, si velit in se iudicium rei assumere, ei facultatem cõcedimus, & impartimur.

CAP. CLXII.

ITem, si reus accusatus, pro quo aliquis intercesserit, si deuenerit semel in posse Curiæ, licet non ad petitionem fideiussoris, quòd eo casu fideiussor intelligatur liberatus, licet reus exinde aufugerit à carceribus.

CAP. CLXIII.

ITem, si reus accusatus, pro quo aliquis fideiussit de præsentando, præsentauerit se coram Rege, vel vice Rege, non possit molestari fideiussor: nec reus principalis dicatur esse in fuga: cũ maiori tribunali se præsentauerit: & per consequens eius fideiussor molestari nõ possit, si Regem, vel vice Regem certiorauerit de fuga sua.

CAP. CLXIV.

ITem, si dictus fideiussor steterit per sex menses in fideiussione, & voluerit præsentare reum, & se eximere à fideiussione, quòd curia teneatur reum illum accusatum recipere, & fideiussorem liberare à fideiussione: etiam si procederetur in causa.

CAP. CLXV.

ITem, licet dicatur in fideiussione, toties quoties, quòd fideiussor ne sæpius vexetur, non possit interpellari ad præsentandũ reum: nisi tribus vicibus tãtum: durante instantia accusati prædicti.

CAP. CLXVI.

ITem, si committitur stuprum, sine raptu, & violentia, punitur maleficus ad relegationem in quinquennium: qui per passam

passam voluntariæ non possit accusari, sed per alios, quorum interest: scilicet, per parentes, & collaterales vsque ad septimum gradum, secundum formam Iuris Ciuilis. Si vero committatur cum raptu, & violentia, punitur pœna vltimi supplicij.

CAP. CLXVII.

ITem, quia super intellectu constitutionis Regni, quæ incipit: legum asperitate lenita, in titulo de adulterijs, variæ sunt opiniones: propterea per Maiestatē nostram, Panhormi degentem, xvij. Nouembris. xiij. Ind. 1435. ad consultationem Magnæ Curiæ super dubio tunc in Magna Curia vertente, fuit interpretata: quam interpretationem, vt magis de facili omnibus innotescat, in hoc procedēdi modo, in quo de criminalibus agitur, inseri fecimus: Cuius tenor talis est, quòd dicta constitutio locum habeat tam in adultero, quàm in adultera: verum, si adulter habuerit filios legitimos, quòd tūc & eo casu puniatur arbitrio iudicis, & non publicationis bonorum.

CAP. CLXVIII.

ITem in causis criminalibus, etiam assistēte procuratore fisci, reficiantur omnes expensæ, etiam viaticæ, nisi pars, nō fouens iustam causam cesserit liti, seu accusationi, cum primum scire potuit, se iustam causam non fouere. Si vero cesserit ex interuallo, postquam potuerit scire se non habere iustam causam, vt supra, teneatur ad expensas, factas ab eo tempore, quo scilicet scire potuit citra: non obstante eius cessione postea facta: idem seruetur in causis ciuilibus, vt, si actor vel accusator ab initio calumniosè tentauerit causam, vel accusationem, ad omnes expensas, etiam viaticas, factas ab initio teneatur: quæ omnia etiam locum habeant cōtra denunciatorem: licet solum denunciauerit causam, & eam non fuerit prosecutus.

CAP. CLXIX.

A Sententijs latis in Magna Curia in criminalibus causis, si delictum est notoriū notorietate facti, vel delinquens est confessus & conuictus, procedatur ad sententiam cum effectiua executione. Si vero delictum non est notorium, vel delinquens sit conuictus, & non confessus,

A vel econtra, Iudices Magnæ Curiæ, antequam concludant causam, examinent delinquentem, si habet defensiones alias vltra defensiones per eum iam deductas in processu: Et si asserit se habere, detur sibi terminus restitutorius: & si demùm fuerit condemnatus, fiat executio, nec ī huiusmodi causis criminalibus à Magna Curia admittatur appellatio: Iudices tamen Magnæ Curiæ non procedant ad sententiam in causis capitalibus, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel

B mutilationis membri, & reus non est cōfessus, vel conuictus, nisi facta prius relatione in consilio, præsentibus aduocatis, & viso processu huiusmodi causarum Capitalium ad minus per tres ex iudicibus prædictis.

CAP. CLXX.

QVia accedentes ad montes barcharum cum mercantijs à longissimo tempore, cuius memoria homi-

C num in contrarium non existit, consueuerunt apportare vnum ensem, & hastas duas sine ferro ensenij causa, nec aliter quicquam eis venderetur: nunc vero percepimus, quòd abutentes hac consuetudine, sacros canones & ciuiles leges paruifacientes, huius consuetudinis prætextu, enses, & lanceas plures numero, aliaque etiam arma, pro eorum voluntate, deferunt: propterea nos, dictam consuetudinem non approbantes, neque reprobantes, attento reipublicæ huius Regni

D beneficio quod ex mercantijs ibidem delatis resultat, nec tam lōgo tempore per ecclesiam, ad cuius notitiam verisimiliter debuit peruenisse, aliter fuerit prouisum: rerum etiam modicitate, tantum ensem vnum, & hastas duas sine ferro, conniuentibus oculis, ferri permittimus. Si quid vero vltra attulerint pœnis legalibus subiaceant.

De modo procedendi in causis ordinarijs.

E

CAP. CLXXI.

IN causis ordinarijs Ciuilibus proceditur per termini dationem, pro rei qualitate. Si enim est quęstio super rebus feudalibus, datur terminus mensis vnius. Si vero super alijs rebus in Ciuitate, vbi Curiam moram trahit, datur terminus dierum duodecim. Si vero extra, in arbitrio iudicis sit. Ita quòd non excedat dies viginti: qui terminus est cōmunis vtrique

parti: & eo elapso, fiet publicatio. Et nihilominus, si partes sint in continua, expectentur arbitrio iudicantium: & deinde si personæ litigantes sint restituibiles, vt puta mulieres, pupilli, & fiscus, dabitur terminus ex causa primæ dierum sex, & eodem modo ex causa secundæ. Si vero nō sint personæ restituibiles, & subsit iusta causa restitutionis, restituantur ad terminum, Iudicis arbitrio statuendum, pro locorum distantia, & demum detur terminus ad reprobandum, infra quem alia pars possit etiam approbare. Terminus autē, nec restitutio aliqua ad reprobandum reprobantes, ne lites immortales fiant, nullo modo dari consueit. Si vero probationes sint extra Regnum faciēdæ, expectentur per sex menses, infra quos lis suo marte decurrat. Et non expectato termino prædicto, concludatur, & expediatur causa: & si actor obtinuerit, præstito de restituendo. In casu quo venerit sententia reuocanda, per attestationes vltra marinas, fiat executio quibus aduenientibus, siue causa sit appellabilis, siue non, Iudex principalis iudicij testes admittat: non obstante sententia, dato termino alteri parti ad defendēdū, & reprobandum dictas probationes, sub arbitrio statuendo: deinde, concluso iterum processu, si sententia veniet reuocanda vna cum executione, reuocetur.

CAP. CLXXII.

ITem in causis ciuilibus post aperta pūcta non dantur restitutiones, nisi tāntum personis restituibilibus: & si cum eisdem personis restituibilibus concurrerent personæ non restituibiles, si causa est diuidua, restitutio concessa personis restituibilibus non prodest personis non restituibilibus. Si vero est indiuidua, restitutio concessa vni prodest omnibus.

CAP. CLXXIII.

ITem, cum datur terminus simpliciter ad reprobandum, intelligitur datus ad reprobandum testes, instrumenta, & acta omnia.

CAP. CLXXIV.

ITem, cum in termino nihil actum est quouis modo agatur nunquam fiat publicatio.

A *De modo procedendi per viam informationis.*

CAP. CLXXV.

PEr viam informationis proceditur, quando cōtra aliquem principaliter non agitur, sed fit ad informationem curiæ: vt puta, Volo informare Iudices me tenere, & possidere rem aliquam: vel pauperem fore: vel casum aliquem euenisse, vt moratoriæ locus foret, vel extrinseca aliqua, ad effectum executionis

B fiendæ: & fit memoriale, hoc videlicet modo: Recipiantur testes ad informationem Curiæ super capitulis, & articulis infrascriptis.

De quæstionibus pauperum.

CAP. CLXXVI.

QVestiones pauperum gratis pro Deo expediantur: nihilque aduocatis, & procuratoribus, pro iuribus e-

C tiam actorum, & Iudicum, exsoluatur.

De non extrahendis à domicilio.

CAP. CLXXVII.

ITem, quòd nullus extrahatur ab eius domicilio pro causis criminalibus, pro quibus Capitanei locorū possunt cognoscere ad litigandum in Magna Curia: nec etiā pro causis ciuilibus à x. vncijs infra, priuilegijs tamen Ciuitatum & locorum Regni semper saluis, nisi tamen per offi-

D ciales Regni extraheretur, secundum Regni constitutiones. Item, quòd Magna Curia, existens in loco, possit de quibuscunque causis, ciuilibus, & criminalibus, cognoscere: & si recedente Magna Curia à loco processus criminales, & etiam ciuiles ab vncijs. x. infra, de quibus officiales loci possunt cognoscere, vt supra, non sunt expediti per Magnam Curiam, non extrahantur, nisi essent in Magna Curia conclusi: sed remaneant in loco prædicto decidendi per officiales

E loci, ad quos spectet, licet in Magna Curia causæ ipsæ fuerint inchoatæ, priuilegijs tamen localibus semper saluis.

De non auocandis causis per Magnam Curiam.

CAP. CLXXVIII.

ITem, quòd processus: pendentes in aliquo iudicio, nō possunt per Magnā Curiam, etiam existentem in loco, vel

alios

alios officiales nostros ad se auocari: nisi officiales, coram quibus processus pendent, negligentes fuerint in expeditione ipsorum per duos menses, iuxta Regni ordinationem, vel ex aliqua iusta causa fuerint suspecti: vel nisi causæ eri minales tales forent, de quibus Iudices ipsi non possent iudicare: quibus casibus Magna Curia possit ad se tales processus auocare.

De exequendis sententijs arbitrorum.

CAP. CLXXIX.

ITem, quòd Iudices Magnæ Curiæ exequantur sententias arbitrorum, arbitratorum, & amicabilium cōpositorū, si tamen fuerint in loco, vbi talis executio petitur. Si vero in loco non fuerint, sit in electione petenti executionem, vel in Magna Curia, vel coram ordinario loci petere.

Quando via grauaminis ad Magnam Curiam appellatur.

CAP. CLXXX.

ITem à curijs inferioribus à tarenis quindecim vsque ad vnciam appellatur via grauaminis ad Magnam Curiam: & processus expeditur per eadē acta. Ab vncia vero vna supra, appellatur via ordinaria: & fiunt noua acta, nisi locorum priuilegia, respectu summæ petitæ, aliter statuant: à tarenis vero quindecim infra, non reuideatur processus, nisi per Magnam Curiam, quando erit in loco: & per alios commissarios, vices Magnę Curiæ habentes.

De sententijs Iuratorum.

CAP. CLXXXI.

ITem, à sententijs Iuratorum, si causæ, ad eorum iurisdictionem spectantes, expediātur per inspectionem oculorum, non appellatur. Ita tamen, quòd tres ex Iuratis ad minus intersint. Si vero expediantur confecto processu, admittatur appellatio, seruato tenore Capituli præcedentis.

An appellationi locus fuerit, Magnæ Curia est cognitio.

CAP. CLXXXII.

CVm à sententia lata in Magna Curia appellatur, & sit hæsitatio, an appellatio admitti debeat, vel ne: Magnæ Cu- A riæ, & non Iudicis, ad quem, cognitio est: secundum Ritum antiquum hactenus obseruatum.

Vt infra quinquaginta dies processus appellationum expediantur.

CAP. CLXXXIII.

ITem, si fuerit appellatum à sententijs latis in curijs inferioribus, vel in Magna Curia, appellans teneatur infra de-
B cem dies, computandos à tempore sententiæ, non autem cedulæ, dare chartā, & tertiam partem pecuniæ, debitam pro expeditione processus: & infra alios decem dies proxime sequētes teneatur dare aliam tertiam partem pecuniæ debitā pro expeditione processus eiusdem: & infra alios decem dies proxime futuros teneatur dare magistro notario actorū, ad quē spectat processum scribi & expediri facere, totum restans pecuniæ, quod debet pro expeditione ipsius processus
C soluere. Et teneatur etiam interdum post dictos triginta dies solicitare dictū magistrum Notarium, aut Notarium actorum, vt faciat ipsum processum expediri, taliter, quòd possit pars appellās ipsum processum, perfectum, & expeditum infra quinquaginta dies, numerandos à tempore appellationis interiectæ, habere: vt ex inde valeat Iudici appellationis præsentare. Et si pars appellās defecerit in præmissis, vel in præmissorum aliquo, nisi fuerit infirmitatis, vel alio iu-
D sto impedimento detentus, appellatio habeatur pro deserta. Si vero fuerit iusto impedimento impeditus, cessante impedimēto teneatur prosequi expeditionē, & præsentationem dicti processus, vt supra: alias appellatio habeatur pro deserta. Si vero magister Notarius, seu Notarius actorum, ad quem spectat dictum processum scribi, & expediri facere, fuerit negligens in prædictis, ita quòd propter eius negligentiam nō potuerit processus infra dictos quinquaginta dies ex-
E pediri, & compleri: eo casu, non imputetur parti appellanti, nec appellatio habeatur pro deserta, sed magister Notarius seu actorum Notarius in pœnam suę negligentiæ teneatur restituere parti appellanti quicquid habuerit pro scriptura, & expeditione dicti processus: & nihilominus teneatur processum ipsum expediri facere ipse magister Notarius, seu actorū notarius incōtinēti infra alios. x. dies sumptibus suis: & ipsum parti appellanti

lanti consignare. Item, appellans præsentato processu coram Iudice ad quem non constituerit aduocatum & procuratorem in curia, qui pro eo respondeat, vel non apportauerit literas de præsentatione processus cum clausula de citãda parte, appellatio habeatur pro deserta.

Ne causæ appellationum, & principales conclusæ transeant in hermoditium.

CAP. CLXXXIV.

Item volumus, quòd causæ appellationis, post præsentationem processus in Magna Curia, non transeant in hermoditium: nec etiam principales, in Magna Curia inchoatæ, si infra terminum, secũdum Ritum antiquum hactenus obseruatum, concludantur.

De effectu primi decreti.

CAP. CLXXXV.

Item effectus primi decreti durat per annum tantum, & non vltra.

De secundo decreto.

CAP. CLXXXVI.

Item secũdum decretum infra annum habet executionem paratam, sicut sententia: post verò, actione in factum pars se dirigat.

De sententijs Consulum.

CAP. CLXXXVII.

Item est de Ritu diu obtẽto, & obseruato, quòd, si fuerit lata sententia à Cõsulibus Cathalanorum, Ianuensium, & aliarum nationum habentium Consulem in Regno, & apparuerit per acta in eadẽ causa facta, vel, si non fuerint facta acta, per depositionem interuenietium in determinationem causæ prædictæ, de euidenti iniquitate sententiæ: eo casu, licet secundum formam eorum priuilegiorum à sententijs Consulum nõ appelletur, neque supplicetur, nihilominus causa eadẽ per Vicereges in Regno solet committi mercatoribus non suspectis, per ipsos decidenda, facta prius relatione in consilio de euidenti iniquitate prædicta: non obstantibus priuilegijs in contrarium emanatis: quibus persæpe Consules abutũtur.

A *De reuisione sententiarum.*

CAP. CLXXXVIII.

Item, cum petitur sententiam aliquam reuideri, licet fuerit locus reuisioni, nõ aliter supplicãs admittitur, nisi pars prius debitum soluerit, & expensas legitimè taxatas: præstito tamen per recipientem solutionem secundum formam auctenticæ. Quæ supplicatio: verùm, si clarè cõstiterit eum non habere, neque possidere bona, vnde soluere valeat, & velit stare
B carceratus in publicis carceribus, donec reuideatur causa admittatur: & si succubuerit in causa reuisionis, non excarceretur, nisi soluerit debitum, & expensas etiam reuisionis.

De interusurio dotium.

CAP. CLXXXIX.

Item, quòd in casu, quo pro dote non soluta post mortem viri deberetur interusurium, tunc quantitas interusurij
C intelligatur taxata ad rationem de v. pro quolibet centinario.

De cessione bonorum.

CAP. CXC.

Item, volentes cedere bonis, ita demũ in cedendo admittãtur, si debitum nõ descendat ex delicto, vel non occultauerint bona, vel nisi fuerit obligatus ad opera, & seruitia personalia: verum, cum in cedendo admittitur, tenetur iurare de
D soluendo, deducto tamen, ne egeat, cum ad pinguiorem peruenerit fortunã. Cessiones tamen huiusmodi non concedantur, nisi citata parte, si Magna Curia est in loco, vbi petitur cessionem fieri. Si vero non sit in loco, committatur magistratu i illius loci, quòd, citata parte iuxta formã prædictam, cessionem concedat, vel Magnam Curiam informet: pro vt Magnæ Curiæ opportunum videbitur.

De pedagijs cõmissariorũ, & seruientium.

E CAP. CXCI.

Item, si aliquis ex Iudicibus, seu cõmissarijs, vel seruiẽtibus mittatur per Magnã Curiam ad aliquem locũ cũ diuersis cõmissionibus, vnũ pedagium tantũ habeat, quòd sibi exsoluatur ab omnibus, qui in eisdem commissionibus tangũtur: habita cõsideratione ad qualitatem causæ, & personæ: non autem possit tot pedagia accipere quot sunt causæ.

De ma-

De manus Iniectione.

A

CAP. CXCII.

ITem, si vendenti res suas ad credentiã non fuerit satisfactum de pretio, venditor ipse, facta discussione contra principalem debitorem, rem suam possit habere, etiã si ambulauerit per plures manus:& in eadem præferatur creditoribus omnibus anterioribus, & etiam priuilegiatis: quam rem consequi valeat, etiam si non reseruauerit in contractu manus Iniectionem, pro eo pretio, quo valuerit tempore, quo rem ipsam recuperauerit: Idem, si pecunia propria creditoris extaret, vt in ea creditor alijs præferendus sit, si de hoc clare constare poterit: Idem censendum est, cum ex pecunia creditoris sit empta aliqua res, quæ extet:vt in tali re creditor alijs præferatur, constito tamen, quòd pecunia fuerit mutuata ad illam rem emendam specificè.

B

De Rato promittente.

CAP. CXCIII.

ITem promittens de Rato aut promissionem impleat, aut carceretur.

De Iure prothomiseos.

CAP. CXCIV.

SI res in solutum detur, Ius prothomiseos locum habeat.

CAP. CXCV.

ITem, si plura corpora contigua vendantur, & consanguineus, seu vicinus veniat ad recuperationẽ vnius, vel duorum ex eis, Iure prothomiseos pretium pro rata venditionis consignans non auditur: nisi totum integrum pretium cõsignet,& omnia corpora recuperare velit.

CAP. CXCVI.

ITem in recuperatione facienda Iure prothomiseos totũ integrũ pretiũ deponi, & cõsignari debet: & iustæ etiã expensæ (si de eis liquet) alias præstet idonee de soluendo illas expensas post liquidationem: nec antea tradatur possessio, quàm expensæ liquidẽtur, & exsoluãtur.

CAP. CXCVII.

ITem recuperans rem Iure prothomiseos, necessarias expensas reficere debet,ac etiam vtiles, vel voluntarias,secũdum formam Iuris.

CAP. CXCVIII.

ITem, si fuerit quæstio de pretio inter emptorem, & eum, qui venit ad recuperãdum rem venditam Iure prothomiseos, statur iuramento venditoris, & emptoris, licet instrumentum maius pretium contineat.

CAP. CXCIX.

ITem, si prædio, ob cuius vicinitatem Iure prothomiseos agitur, prædium alterius sit intermedium, ius prothomiseos non competit. id idem,si via publica intermedia fuerit, censendum est.

CAP. CC.

ITem,si prædium vẽdatur, quod adhæreat plus prædio vnius,quàm alterius, & similiter ad recuperationem prædij venditi veniant Iure prothomiseos, seu recuperandi,qui pro maiori parte prędij, aut domus, contiguitatem habet, alteri præferatur.

C

CAP. CCI.

ITem,si aliqui, habentes ius prothomiseos, taceant, & vnus vicinus vel consanguineus in remotiori gradu cõsanguinitatis venditori existens,recuperare velit, potest: veluti hereditas, quæ cum propinquioribus defertur,& illis tacentibus agnoscẽti accrescit,verum licet, qui potior est, in recuperando taceat, debet tamen ei dari breuis dilatio, Iudicis arbitrio statuenda, vt recuperet. Et eo non non curante, poterit alius, licet remotior, recuperare.alias autem, si remotior haberet integrum recuperandi tempus expectare, reperiretur delusus, cum simul & semel præscriptio recuperandi currat vtrique.

D

CAP. CCII.

ITem, quòd prædicta capitula de iure prothomiseos in omnibus terris,& locis Regni locũ habeant,nisi in ijs, in quibus essent consuetudines incontrarium obtentæ obseruatæ, & ad obuiandum malitijs, quæ fieri solent in fraudem eorum, qui possunt ad recuperandum venire, consuetudinem Panhormitanam, super fraudibus huiusmodi tollendis editam, obseruari volumus, & iubemus.

E

De Notarijs examinandis.

CAP. CCIII.

QVia ex imperitia notariorũ patrocinantium clientuli multa damna, & incõmoda persæpè patiuntur, & partes in eorũ iustitia frustrantur: statuimus, quòd notarij ĩ Ciuitatibus, & terris Regni huius insignibus, Panhormi scilicet & Messanæ, Cathaniæ, Syracusarum, & Drepani, quibus habetur Doctorum, & peritorum copia, non antea patrocinentur, quàm per Prothonotarium existentem in loco, vel, eo absente, per loci ordinarium, coram quo debent patrocinari, super Ritibus his potissimè habiti fuerint. Contrarium verò præsumentes, per annum neque patrocinari, neque contrahere queant.

CAP. CCIV.

ITem quòd prædicti Ritus per omnes curias, & magistratus totius Regni seruentur priuilegijs tamen Ciuitatum, terrarum, & locorum Regni in eorum robore permanentibus.

Conclusio priuilegij.

CAP. CCV.

QVamobrem mãdamus de certa nostra scientia, & expressè Magnifico, nobilibus, & dilectis Cõsiliarijs nostris in dicto Regno Siciliæ vltra Farũ, Vice Regi, Magistro Iustitiario: eiusque locumtenenti, & Iudicibus Magnæ Re-
A giæ Curiæ, ac Iudici Sacræ conscientiæ, Magistris Rationalibus, Prothonotario, Magistro secreto, Thesaurario, & Conseruatori nostri Patrimonij, Aduocato quoque, & Procuratoribus fiscalibus, Straticoto, Prætori, Patritio, Senatoribus, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, Iuratis, Commissarijs quibuscunque, Aduocatis, & Procuratoribus omnibus, ceterisq; vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris, maioribus, & minoribus, quocunq; nomine & officio fungẽtibus,
B tam præsentibus, quàm futuris, quatenus, forma præscriptorum Rituum, & vniuscuiusq; ipsorum per eos, & quemlibet eorum diligenter attenta, & inuiolabiliter obseruata, illam purè, & sine aliqua sinistra interpretatione de cetero cũctis futuris temporibus teneant firmiter, & obseruent, teneriq; & obseruari faciãt, atque mandent, sine aliqua diminutione, & contra nõ faciant, seu veniant: aut aliquem directè, vel indirectè cõtrafacere, seu venire permittant, quauis ratione,
C seu causa pro quãto gratiam nostrã charam habent: Iramque, & indignationem, ac pœnam aliam grauissimam nostro arbitrio reseruatam cupiunt non subire, cũ sit omnino ex certa nostra scientia, ac deliberate, & consulte obseruari volumus, & iubemus. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, nostro sigillo secreto in pede munitas. Datum in nostris felicibus castris, apud Maczonũ Rosarum, prope hospitalettum. Die vicesimo tertio mensis Octobris, decimæ
D Indictionis: Anno domini Millesimo quadrigentesimo quadragesimo sexto.

REX ALPHONSVS.

Dominus Rex mandauit mihi.	vidit Baptista vicecancellarius.
Ioanni Olzina vidit eam.	vidit Goffridus.
Baptista vice. Adam de Asmundo	vidit Adam.
Leonardus Prothonotarius.	vidit Christophorus.
Goffridus Rizari, & Christophorus de Benedictis	vidit Leonardus Protonotarius.

REGISTRATA.

In commune Siciliæ. xxv. nihil soluat, mandato Regio.

FINIS.

APOSTIL-

APOSTILLAE
CLARISSIMORVM I. CC.
ANTONII, ET BLASCI LANCEAE
SVPER RITV REGNI SICILIAE.

CAP. XCVI.

ANT. LANC. In tex. ibi *A citatione* In hoc Ritus est cõsonus iuri cõi. Nã etiã de Iure cõmuni Iudicium incipit à citatione §. fin. Instit. de pęn. temer. litig. & per totum tit. ff. de in Ius voc. facit text. in l. de vnoquoq; ff. de re iudic. & in l. nam & ita diuus ff. de adopt.

In tex. ibi *Literę citatorię* Idem dicendum de literis citatorijs à curijs inferioribus impetratis & multo fortius quia M.C. in Regno est magistra vt habetur per Andr. in costit. ad defensam.

In tex. ibi *Infra terminum* Ex isto textu colligitur quod quando lex statuit terminum alicui facto, vltra procedendo & inhibendo. Quod non fiat termino elapso, si fit nullum est l. scire opportet. §. consequens ff. de excusat. tutorum & l. properandum in princ. C. de iudic. & not. quod Ritus iste exorbitat à iure communi nam de iure communi literę citatorię durant triennio quantũ durat instantia, vt not. in d. l. properandum Spec. in tit. de fid. inst. & propterea extra Regnum quia seruatur ius commune non expirant vires literarum citatorialium. Item talis terminus si consideratur dispositio iuris communis inciperet currere à die præsentationis literarum per Glos. in in c. de causis extra de offic. deleg. ita tamẽ quod nõ malitiose differatur pręsentatio. tamen longe vidi aliter obseri Ritum istũ, vt terminus hic; præscriptus incipiat currere a die impetratę.

CAP. XCVII.

A ANT. LANC. In tex. *Citatus, si peremptorio elapso.* De iure cõi erat necesse exprimere, alias debebat fieri trina citatio l. ad perẽptoriũ, cũ multis sequent. ff. de iudic. & l. tres citationes C. quom. & quan. iud. sed hodie seruatur, quod sufficiat vna citatio, vt hic, pręsertim ĩ Regno isto. Sic citatio iudicis est perẽptoria, vt voluit Gl. in c. cõsuluit extra de offic. deleg. & est text. in
B l. cessante C. quo. & quam. iud. Et dicitur terminus perẽptorius, quia perimit, & destruit alios duos terminos. Nã, vt dixi hodie sufficit vnus terminus.

ADDITIO *Sed certe iste tex. non probat hoc, immo potius arridet iuri cõmuni. Nã dicit, lapso peremptorio, quod in citatorio fuit appositum, vel aliter fuit facta citatio, per equipolleus de iure communi, vt not. Glos. Bart. & DD.*
C *in l. 2. C. quom. & quan. iud.* Blasc. Lanc.

Ibi. *Si realiter agitur* Procedit hoc etiam de iure communi, vt est tex. in c. quoniã frequenter vt lite nõ cõt. l. Fulcinius ff. ex quibus caus. in poss. eat. Item quatenus dicit de actione personali, quod missio fit per mensura debiti, hoc etiam est de iure cõmuni aut. ei qui C. de bon. aut. iud. poss. habetur in l. 1. ff. de dam. inf. & l. pleriq, vbi Glos. & Bart. ff.
D eod. & l. properãdum §. fin autem reus C. de iudic. & in l. consentaneum, vbi per Bart. C. quo. & quan. iud. Quando vero dicatur agi personaliter, & quando realiter habes per tex. Glos. & scrib. Inst. de act. §. 1.

ADDITIO. *Et iste Ritus procedit, quando missio fit per contumaciam ante sententiam, sed quid si fiat post senten-*

tiam, & quid in actione personali in qua petatur certa species, non quantitas, vide Bart. in dict. leg. consentaneum. Blasc. Lanc.

Ibi *Docto &c.* Intellige per iuramentū partis, vel per vnū testē ita not. dicit Bart. in extr. ad reprimendum in ver. summarie per tex. in l. thesauros ff. ad exhib. & in terminis voluit ipsemet in l. cum proponas C. de bon. auct. iud. poss. & in l. Fulcinius §. 1. ff. ex quibus caus. maior. Et ratio est, quia tractatur de modico prçiuditio, quia ideo fit talis immissio, vt reus veniat respōsurus. & ista possessio dicitur Asinina, vt not. in l. 3. §. fin. ff. de acquir. poss. alias non admitteretur talis probatio. Quia vox vnius vox nullius l. iusiurandi C. de testibus, & c. cum à nobis extra eod. quia in ore duorū &c. l. vbi numerus ff. de testibus & c. cum esses & c. relatum de testam.

Ibi *Veruntamen.* Cyn. in d. l. consentaneum dicit, quod tunc sit missio in possessionem rei petitę, quando agitur realiter semper, ac indistincte, & dñs rediens. infra annū recuperat possessionem refectis expensis, & ita intelligitur litera ista quoad tempus, licet nihil dicat expresse de anno. Sed ego ita interpretor, Nam quoties lex nouissima prout est Rit. iste in Regno similiter loquitur de terminis legis antiquę, intelligenda est secundum cōsonantiam iuris cōmunis l. serui vestri C. de noxal. l. vt gradatim §. sed mācipia ff. de mun. & hon. tex. est cum Glos. in l. sciendū ff. qui satisd. cag. iuncta Aut. offeratur C. de lit. cont. & quod not. in l. omnes populi ff de iust. & iure & l. sed & posteriores ff. de legib. & ita procul dubio debet intelligi litera, attento maxime, quod in fine dicit *Ius commune seruetur.* Et sic iuncto fine litterę verba videntur istam interpretationē pati, vt infra annum reus veniens possit recuperare possessionem, refectis expensis, vt in d. l. consentaneum & l. Fulcinius, alias, si perseuerauerit in contumacia post annum audiretur solū modo de proprietate.

Ibi *Ius commune seruetur.* Quo cautetur quod super re stabili fiat secūdū decretum, & fiat bannitio, seu subhastatio in re mobili, si transiuerint certi dies fiat adiudicatio, & vt hodie seruatur erit spatium quindecim dierum secundum DD. in aut. ei qui C. de bon. auct. iud. poss. Sed dubitatur de iure cōmuni quantum debet esse tēpus inter

A primum, & secundum decretum & ibi dixerunt conclusiue DD. quod annus debet esse. Sed Bart. per l. si finita §. Iulianus ff. de dam. inf. dicit, quod est arbitrarium, tamen iudex non debet esse nimis breuis in arbitrando, & conclusiue tenet Bar. in d. auct. ei qui quod alias per nimiam breuem dilationem pars potest iuste quęrelari & appellare c. 1. extra de dilat.

CAP. XCVIII.

B

ANT. LANC. Ibi *Citari partem* An requiratur citatio personalis, vel ad domum vide Alex. cōs. 50. in 3. vol. Bar. & DD. in l. 4. §. prętor ait ff. de dam. inf. & in l. 1. §. permittitur ff. de lib. agn. Bal. in l. vt perfectius C. de ann. excep.

CAP. XCIX.

C ANT. LANC. In tex. ibi *Executiua* In quantum Ritus iste dicit, posse procedi via exequutiua, exorbitat a iure cōmuni. Nam de iure communi non incipitur ab extrema parte iudicij. l. 1. C. de exec. rei iud. & l. cum nulla ff. de re iudic.

In text. ibi *Summarie* Not. quod quando proceditur summarie, nihilominus est opus libello, & litis contestatione, & audiri partes, vt not. Bar. in l. necquidquam § de plano ff. de off. proconf. & in extrau. ad reprimendum

D in ver. summarie, pro quo vide tex. in l. ligni cum multis similib. ff. ad exiben. nihilominus abbreuiātur termini, quia non ita late proceditur, sicut quando ordinarie, & sic quoad sollemnitatem Iuditiariam non refert, nisi quoad alterationem terminorum, nisi esset dictū, quod procederetur summarie, siue strepitu, & figura iuditij. vide text. in cle. sępe de ver. signific. Bart. in locis alleg. Nam figura iuditij hoc importat, vt offeratur libellus, & lis contestetur vide

E in d. clem. sępe & Bart. in loco allegat. Et, quatenus dicitur hic de via exequutiua, solet oriri dubium, An instantia sit perpetua, an vero triennio ermodicietur, & sic habeat locum in exequutiuis l. properandum C. de iudic. Et conclusiue dic, quod licet Bar. in l. litibus C. de agr. & cens. lib. 10. cōcludat, quod in exequutiuis, ex quo summarie proceditur, & siue tela iudicij, quia incipitur ab extrema parte, non

contra-

contrahatur herodicium per trienniũ sed instantia perpetuo duret, nam l. properandum secundum eum loquitur in casibus, in quibus fit litis cōtestatio; sed in exequutiuis nō fit litis contestatio, igitur non conuenientibus verbis legis, nō cōuenit eius dispositio. l. quod constitutum ff. de test. mil. & l. constitutionibus ff. ad municip. nihilominus eius opinio est damnata per posteros communiter, maxime per Bal. in l. si caussam C. de exec. rei iudic. & ĩ l. 2. C. de iuram. cal. per Ang. in l. si seruus ff. de his qui not. infam. & communiter DD. in d. l. properandum in princ. Et mouentur quia, licet instantia initium sumiat à litis contestatione, tamen, vbicunq; lis nō cōtestatur de natura caussę statim, quod iudex incipit tractare de meritis, etiã resultat idem effectus, sicut si fuisset lis contestata. per tex. in l. nulla C. de proc. Ex hoc itaq; licet in exequutiuis non soleat fieri litis contestatio, tamen instantia incipit inchoari, statim quod iudex incipit tractare de meritis, videlicet, quod facta est exequutio cōtra aliquē virtute alicuius cõtractus, ille contra quem est facta exequutio opponit se aduersus merita cōtractus, & tunc incipiet inchoari instãtia. Quia ille actus tractãdi merita eundem effectum induit, quem vera litis contestatio, & oportet, quod talis actus concernat merita secundum intellectum Bal. si bene pōderetur in d. l. 1. C. de iuram. cal. & quia quotidianum est tene menti, vbi dicit ex illo tex. dũ dicitur in eo quod iuramētum calumnię introductum est, vt cōtentiosa litigantium instantia compescatur, & sic ibi tex. loquitur ante litem contestatã, propterea dicit ipse referendo Azon. quod quilibet articulus caussę propriã habet instantiam, & ibi dicit quod vbicunque est cōtradictio ibi est instantia, sed respectu totius caussę, & vt possit ad diffinitionem venire non dicitur instantia, nisi prius lite contestata, vbi exigitur litis contestatio, allegat. l. properandum C. de iudic. & inducit ad statutum loquens de instantia summaria per lapsum duorum mensium, numquid habeat locum quãdo petitur executio instrumenti, contra quod opponuntur exceptiones & ventilatur lis, refert antiquos aduocatos illius citatis dicere quod non. quia istud instrumentum ęquiperatur sentētię ex forma statuti, & post sententiam non est instan-

A tia, ita executio ista non habeat instantiam, tamē in cōtrariũ dicit esse casum ibi, vbi in iuramēto calumnię vbi ventilatur lis per contradictionem partis est instantia.

CAP. CI.

ANT. LANC. Ibi *Instrumentum publicum* Super hoc quęro, An ex cędula priuata possit fieri executio, si ex pacto dictum est, vt solet

B sępe fieri, Et dico ex littera ista, quod non dum requirit, quod sit instrumentum publicum, & sit confectum manu publica, scilicet tabellionis. Nam respectu personę cōdentis dicitur publicum, vt not. in l. 1. §. ius publicum ff. de iust. & iure; & hoc est exorbitans a iure communi, & propterea non est extendendum extra terminos suos tanquam stricti iuris, & sic strictè intelligendum. l. quidquid astringēdę ff. verb. oblig. & l. 3. §. hæc verba ff. de negot.

C gest. l. quod constitutum ff. de test. mil. l. constat ff. ad munic.

ADDITIO. *Tu Dic, quod non potest fieri consensu partium, quod scriptura priuata habeat vim publicę. Quia ex hoc sequeretur, quod priuati facerent tabelliones, quod eis non permititur. Et hoc est dictum sing. Innoc. in c. cum P. tabellio de fide instrum. licet priuatorum pacto fieri possit, quod talis scriptura faciat plenam fidem, sicut potest etiã fieri, quod stetur dicto unius*

D *testis, secundum D. Alex. in l. 1. §. fin. in princ. ff. de verb. oblig. & hoc decidit idem Alex. cons. 85. in caussa & lite vertente in fin. vol. 1.* Blasc. Lanc.

Ibi *Expressam, & pręsentem.* Ex hoc sequitur, quod non posset fieri executio, si debitum esset conditionatum. Quia conditio nihil ponit in esse. l. cędere diem ff. de verb. signif. cum simil. Quero an Notarius possit esse sacerdos, & an Comes, vel Baro possit creare notarium. Et quoad sacerdotem vi-

E de tex. & DD. in cap. sicut ne cler. vel mon. vbi habetur quod nō potest exercere officium notariatus, licet possit stipulari alteri in his, quę pertinent ad eius officium, vt not. in l. 1. §. ius publicum ff. de iust. & iure. Quoad Comitē, vel Baronem an possit creare notariũ, vt habeat potestatē cōficiēdi instrumētaque vbiq; faciant fidem, vide Andr. in tit. quę sint regal. in vsibus feud. vbi dicit, quod sicut creare notarios taliter,

vt ĩ toto orbe habeãt poteſtatẽ eſt prĩcipis, & in regno eſt Regis, qui habetur loco principis in Regno ſuo; ita in Comitatu eſt Comitis; & in Baronia eſt Baronis. Quęro, quid ſi ſacerdos confecit cędulam ſeu inſtrumentum, an habeat executionem paratam; ego dicerem quod non. Quia Ritus requirit, quod ſit Notarius, & ſacerdos non poteſt eſſe notarius, vt ſupra dixi ergo & cet.

Ibi *Probatione extrinſeca* Intellige hunc Ritum ſane,& ſubaudi ęque principali. Secus in acceſſoria, & declaratiua vt in c. item quod diximus .ĩ. eod. Nam declaratio nõ poteſt dici extrinſeca, immo intrinſeca ab inſtrumento fundata, & declarata per aliquod extrinſecum, vt forte per teſtes. ad quod vide quæſt.diſputatam per Bal.in l.fin. C. de fideic. & Bart.poſt Iac.Butrig. in l. certi conditio ff. ſi cert. pet. & ibi D. m. Iaſon.

Ibi *De duplo* Videtur quod de iure communi aliter puniatur, vt habetur in l. 1. C. de plus petit. & per Doct. in §. tripli. Inſt.de Act. Vel dic, quod illę leges loquuntur in plus petente, Ritus iſte in bis petente,& ſic in diuerſo caſu.

ADDITIO. *Ego Credo quod illę leges habent locum, & in plus petente & in bis petente. Nam plus petit is cui nihil debetur. Et Ritus loquitur in iterum petente tantum, vt in ſeqq. capitulis declaratur.* Blaſc. Lancea.

Ibi *Procedatur* De iure cõmuni contra abſentem cauſſa Reip. non proceditur, quoniam nõ poteſt conueniri niſi cõueniat, per l.2.§.legatis ff. iudic. Intellige tamẽ in cauſſis inchoandis,ſecus in inchoatis per tex.in l. pen. ff. de legationibus Gloſ.tamen ibi vult,quod detur reſtitutio in cauſſis nõ inchoatis vbi vide.

ADDITIO. *Ad materiam adde Ang.in §.rurſus.Inſtit.de act. Sed quęro an iſta exceptio trahatur ad caſus ſimiles, ſcilicet in omni abſentia probabili & neceſſaria, vel probabili tantum, vel neceſſaria tantum,vide not.per Gl.& DD.in l.fin.ff. de in int. reſt. & Salic. in l.illud C. de Sacr.eccl.* Blaſc. Lanc.

CAP. CII.

ANT. LANC. Not. quod contractus habent executionem paratam, & propterea Rit. iſte, quatenus loquitur de alijs contractibus, quam de contractu depoſiti, eſt exorbitans a

A iure communi. Quia de iure communi nõn datur virtus iſta exequendi contractus, vel publica inſtrumenta, vt habetur in l. minor 25.annis cum ſimil. ff.de minor.& iſta virtus certis tantum caſibus tribuitur de iure communi vt contractui depoſiti,ſecundum Bart. in l. ſi quis C. depoſ. licet Bald. contracontrarium tenuerit. Eſt & alius caſus in l.fin. C. de edicto diui Andr.toll.vbi viſo teſtamento executiue proceditur.

B Quoad alios caſus, ſeu contractus de iure communi non proceditur executiue: ſed ex diſpoſitione Ritus aliter obſeruatur, vt hic, ibi certis contractibus tribuitur vis exequutionis, reliquis vero ita demum tribuitur, ſi ex pacto actum ſit,& ſic quoad reliqua inſtrumenta non expreſſata per Ritum ſeruatur ius commune, vel Ritus antiquus prout pars elegerit vt hic ibi *In alijs vero inſtrumentis &c.*

Ibi *Ab annis decem* Nota, quod pręſcriptio decennalis, vt tollatur via exe-

C cutiua incipit currere a tempore quo competit ius petendi l. cum acutiſſimi C. de pręſcript.30. ann. nam non valẽtibus agere nõ currit pręſcriptio l.1. in fin. C.de ann.excep.aut.niſi C.de bon. mater. Et ſic, ſi inſtrumentum eſſet cõditionatum, ex quo ex illo agi non poteſt, decennium non currit niſi a die purificatę conditionis. Quia conditio nihil ponit in eſſe, nec antea competit petitio l.1.§. fin. autem C. de cad.toll. l. poſt mortem C. de fideic. l. 1. ff. de

D condit. & demonſtr.cum ibi not.quod patet etiam per cap. pręcedens, dum requirit pręſẽtem obligationem, quod expone.i.puram,vbi nec dies,nec conditio eſt adiecta. d. l. 1. ff. de condit.& demonſtr. Et circa iſtum Ritum ſolet quęri, quid ſi obligatio eſt annua, an decennium labatur a tempore primę ſolutionis fiendę a qua fuit ceſſatum, ita vt abinde vſq; ad decennium incluſiue poſſit fieri executio, an vero a ſe-

E cundo anno excludendo primum, vt dicatur ab inde in antea incipere aliud decennium. Gloſ.& Bart.in l. cum notiſſimi §. in his C. de pręſcript.30.ann. dicunt,quod ſi obligatio eſt vnica,licet ſolutio ſit annuatim,vt eſt in ſtipulatione annua; tunc ab anno quo ceſſatum eſt currit pręſcriptio, etiam pro annis ſequentibus: ſecus eſt in ſolutione annua, quę continet tot obligationes quot ſunt ſummę, vt eſt in legato, vt not. in l.ſingulis ff. de ann.leg. & iſtud com-

communiter tenetur in d.§. in his,& in l. si Stichum §. stipulatio ff. de verb. oblig. tangit Bart. in l. de pupillo §. si in pluribus ff. de noui oper. nũc. Sed aliud puto, quando ageretur de ipsa solutione annua nam pręscriptio incipit currere a tempore, quo fuit cessatum a solutione, non a tempore quo fuit confectus contractus. l. si quis emptionis §. fin. C. de pręscrip. 30. ann. Nam aliud est si præscriptio concernit ipsam annualem solutionem; aliud si ipsum ius vniuersale, secundum Salic. in d.§. in his. ex quo dicto concludendum est, quod in ritu isto præscriptio decennalis currit cuilibet pręstationi annali, ex quo nõ cõcernit ius ipsum principale, sed singulas obligationes, & ita seruatur & vide in c. 132. in verbo decẽniũ.

CAP. CIII.

ANT. LANC. Ibi *Probata morte* Probatur mors per vnum testem, qui viderit aliquem sepelliri, aut mori, & spiritum exalantem, & per famam publicam, vt habetur in aut. hodie C. de repud. Sed fama publica, aut rumor solus non sufficeret. Quia nõnunquam fallit. l. fin. ff. de hered. inst. & vide de alijs modis per Bart. in l. 2. ff. quemad. test. aper. & in l. si cõstante ff. sol. matr.

Ibi *Secundos hęredes* Nota, quod omnes hęredes post primos dicũtur secundi per Glos. in l. 1. ff. de vulg. & pupil. sicut dicuntur secundę nuptię, etiã si numerus ignoretur, vt in tit. de secund. nupt.

CAP. CIIII.

ANT. LANC. Ibi *Compensari* Intelligas, dũmodo debita ambo sint liquida, & clara. Nam alias nõ procedit compensatio. Quia de liquido ad non liquidum non admittitur. Vnde, si creditor dicit nõ est liquidum creditũ debitoris, non procedit compensatio, vt habeat locum c. istud. quia negatio reddit rem dubiam Glos. in l. 1. ff. de transa. & in l. 3. C. quibus ad libert. procl. non lic.

BLASC. LANC. Ibi *Duplum*, Nota, quod in duplo. continetur simplum quemadmodum dicimus in furto manifesto in quo venit quadruplum & in eo includitur simplum, scilicet estimatio rei ablatæ, vt in §. tripli inst. de act. Et nota, quod de iure communi idẽ

A bis petens potest puniri crimine stellionatus. l. si fideiussor. §. in omnibus ff. mand.

Ibi *Si de debito apparuerit satisfactũ* Vt ergo locum habeãt istud cap. oportet, quod concurrant saltim ista separata, quia soluerit suo creditori, vel liberauerit per Aquilianam stipulationẽ, & acceptilationem. & istis duobus casibus non requiritur denuntiatio creditori, sed sufficit quod sequatur probatio. In alijs vero casibus, qui sequuntur

B requiritur, quod fiat denuntiatio creditori, & eo perseuerante datur dupli petitio; alias competeret tantum simplum, vt littera sonat.

Ibi *Vel non competere, &c.* Puta quia non est hęres, vel procurator creditoris secundum aliquos, quod non placet quia primo est opus, vt legitimetur persona in iudicijs quantumuis exequutiuis, vt in l. quæratur ff. de testam. & l. fin. C. de ed. diui Adr. toll. & ibi not. Dic

C ergo non competere, ex pacto, vel alio iure obligationis elisiuo, vt not. in l. si vnus §. pactus ff. de pact. Et ex hoc habes, quod quando quis petit ante tempus, & debitor ei denuntiauit ne petat, quia adhuc non cessit dies, si ipse creditor perseuerat vsq; quo exigat debitum, tenetur ad duplum. Et in hoc corrigitur ius commune, vt habes Inst. de act. §. pen. & hoc contingit propter maiorem contumaciam suam; quia fuit sibi denuntiatum, & exegit debitum.

D Sed quãdo nõ esset denuntiatum, vel non exigeret, staretur pęnę iuris communis, vt duplicentur inducię. Sed quomodo potest petere ante tempus cum appareat ex dispositione instrumenti. Dic, quod forte creditor fecit aliud pactum extra instrumentum, vt non peteret vsque ad certum tempus ideo instrumentum habeat effectum suum exequutionis. Et de hac fideiussione vide tex. in Aut. de execut. §. 1. & Aret. in §. tripli. Instit. de act.

E Ibi *Perseuerante* Nota, quod perseuerãtia in perfidia punitur concor. l. alia cum concor. C. de his quibus vt indig. & l. qui cum natu maior §. accusasse ff. de bon. liber. & l. si quis inficiatus ff. depos. Et potest ad ritum istum assignari ratio, quia negãdo solutionem videtur quasi furtum cõmittere. l. inficiando ff. de furt. ideo statuit de duplo. Sed ista ratio est generalis ad omnes casus istius Ritus non ad casum solutionis tantum. Et vide. ĩ. c. 129. per quod c. declaratur,

tur, quod creditor non tenetur pręstare nisi in casu solutionis, & satisfactionis oppositę & ita fuit per M. C. sępius declaratum sed rectius illud cap. debet intelligi secundum istud. l. nam & posteriores ff. de legib.

CAP. CV.

ANT. LANC. Ibi *Incontinenti* i. antequam soluatur creditori. Ibi *Duplum repetere*. Intellige vna cũ possessione ab ipso recuperata a creditore, quod non puto verum quia in isto duplo simplum continetur, vt supra dictum est Ergo duplum, si referas ad primum dictum dicas in quo simplum tãtum datur a creditore aliud simplum habet ex recuperatione possessionis: si vero ad secundum stat proprie. Nec mirum si verbum ad diuersa subauditum diuersimode interpretatur, vt not. in l. 2. ff. de offic. proconf. & in aut. cessante C. de suis & legit. & clare patet in cap. sequenti.

Ibi *Summaria .i.* Sine termini datione, & ita accipitur hic de quo vide Bar. in extrauagan. ad reprimendum.

Ibi *Denegato*. Not. quod restitutio ista conceditur minoribus, ecclesijs, & maioribus Reip. caussa absentib. De ecclesia habes in c. I. de in integr. restit. De vltimo habes in l. item hi qui reip. & l. fin. ff. ex quibus caus. mai. nam resp. & ecclesia pari passu ambulant, & pari priuilegio lętantur. l. fin. C. de sacr. eccl.

CAP. CVI.

ANT. LANC. Ibi *Antequam procedatur ad venditionem*. Videtur, quod non restituatur possessio post venditionem. nam quod in vno permittitur in alio prohibetur. l. cum prætor. ff. de iudic. quod secundum Glos. ibi procedit nisi sit eadem ratio prohibiti, & permissi. facit etiam text. in l. Pedius ff. de arbit. in princ. Et not. quod quindena ad se opponendum datur in executiuis antequam soluatur. Nisi sit appositum pactum, quod non possit se opponere, nec defendere. Nam tunc propter huiusmodi pactum est sublatum etiam officium iudicis, secundum Bart. in l. plane col. fin. ff. de pet. hęred. facit quod not. idem Bar. in l. 1. §. & parui ff. quod ui aut clam. vide plene D. Bened. de Barz. in suo tract. de guarent. vbi materia. Et hoc quotidie seruatur, & nihi-

A lominus, dato quod esset tale pactum nõ propterea tolleretur quin pars possit compelli ad subeundum, & interrogandum passiue, saltim oretenus si debitum est solutum, vel ne. Nam, licet aduersus pręsumptionẽ iuris, & de iure omnis tollatur probatio, nihilominus non tollitur confessio partis. Glos. & DD. in aut. sed cum necesse C. de donat. ante nup. Salic. in l. siue possidetis C. de prob. Nam confessio partis est pręiudicialior omni probatione,

B licet videatur Gl. in contrarium in l. in cõtractib. §. illo C. de nõ num. pec. vbi est Gl. mag. dum ibi dicit quod non tenetur iubire in iudicio, nec iurare nihilominus illa Gl. non seruatur si pars altera velit iuramentum partis.

ADDITIO. *Salua pace D. mei Gl. illa in l. in contractibus loquitur in præsumptione iuris & de iure, quę in casu nostro non est, ideo impertinẽter allegatur.* Blasc. Lanc.

C Et nota quod ista quindena ad se opponendum nõ currit debitori nisi prius creditor pręstiterit de duplo, & ex tunc incipit currere, & hoc iure vtimur. Intellige parte petente.

CAP. CX.

ANT. LAN. Ibi *Vel in prõptu, &c.* Nota quod debet cõstare in prõtu simile dicitur de iure cõmuni per Iac. de Rau. & Pet. quod quos refert Fulg. in l. fin. C. de ed. diui Adr. toll. ne de-

D tur materia de facili fabricandi falsa instrumenta, quod dicunt fallere in casu illius legis, quando agitur pro testamento possessorio summarijssimo, vt p DD. ibi, qui allegãt Gl. in ver. depositionib.

CAP. CXI.

ANT. LANC. Ibi *Expressam*. Debet ergo esse talis, vt legatur ad litteram oculis corporeis, nec sufficeret, si esset tacita, & perciperetur

E dumtaxat intellectu, vide Moder. maxime Barbat. in l. cum acutissimi col. 9. C. de fideic. Sed quid si esset expressa saltim verbis generalibus, puta si refers ad aliud. Puto hoc instrumentum gaudere beneficio huius Ritus arg. l. lucius ff. de vulg. & ibi gl. & DD. & not. in l. precibus & ibi DD. C. de impub. & aleg. subst.

Ibi *Infra decennium*. Quęro quid si debitor promisit dare omnem requisitionem

tionem creditoris an tempus incipiat currere a tempore requisitionis, an vero a tẽpore cotractus. Iste Ritus facit, quod a tempore quo potuit peti, & cõfirmatur quia, quoties facultas agendi confertur in alterum ex cõtrahentibus, a die quo potest cõmittitur stipulatio. l. si quis arbitratu Et ibi Bart. ff. de verb. oblig. & l. labeo scribit si mihi bibliothecam ff. de contract. empt. Adde D. meum in c. sanctorum patrum & c. vigilanti de prescript. vbi all. Ludou. Ego dico quod obligatio facta cum petiero est idem quod obligatio pura quia semper intelligitur, si petiero, Vt not. DD. in l. si pacto quo pęnam C. de pact. & est tex. in l. si decem cum petiero ff. de verb. oblig. ergo non operatur expressio eorum quę tacite insunt. l. 3. ff. de legat. 1. l. non recte C. de fideiuss.

Ibi *Pupillo* Prescriptio ergo statutaria currit pupillo vt not. in l. fin. C. ex quibus caus. in int. rest. non est necess. & in triennio instantiæ, & tempore appellationis prosequendę vide DD. in l. properandum §. fin. C. de indic.

Ibi *Vel se opponente*. Quid, si opponat de solutione per aliud instrumentum ęque publicum. puto quod sic arg. l. generaliter C. de non num. pec. & idem puto, si probaret per quinque testes, ex quo parem vim habet. l. testium, & ibi Salic. C. de testibus adde Ang. Perus. consl. 234. vbi plene de hoc.

Ibi *Valentium pingue* Ad mensuram tamẽ debiti declarati vt in Aut. de exib. reis §. si vero. Non omnium bonorum vt olim per l. Fulcinius §. 1. vbi est expressum ff. ex quibus caus. in poss. eat. Quod intellige in psonali actione, aliud in hypothecaria etiam hodie secundum Gl. in l. eũ qui C. de procur. & per Ang. Aret. Inst. de succ. ab int. Et idem si latitat reus Bart. in l. si prius col. 6. ff. de nou. oper. nunt. & in l. si finita §. Iulianus col. 7. ff. de dam. inf. & Ludouic. sing. 6. creditor.

BLASC. LANC. Ibi *Petitionem expressam, & præsentem* Per ista verba tollitur dubiũ ortũ inter Ang. & Imm. in l. fin. §. 1. ff. de vulg. scilicet, si statutũ dictet, quod instrumentum purum mãdetur executioni & inueniatur instrumẽtum, in quo est purificata conditio, an comprehẽdatur sub tali statuto, nam Ritus iste requirit quod habeat puram obligationem tempore petitionis merito tale instrumentum comprehenditur sub Ritu isto. pro quo allego theoricam

A Alex. in l. in illa stipulatione 2. col. ff. de verbor. obligat. dum concordat opiniones.

CAP. CXII.

ANT. LANC. Ibi *Notatio* Innuit, quod exequutio debet scribi. Ad quod facit c. quoniam contra de probat. & l. emancipatione C. de fid. instrum. & quod not. Salic. in l. fin. col. vlt. C. de re iud. vbi quod acta iudicialia B debent scribi. facit, etiam const. Regni lite legitime tit. de process. iud.

Ibi *Ex tunc habeat debitor quindenã* Quindena ergo ad opponendum incipit currere, debitori a die interpositi decreti, vel solutionis, quãdo extat pactum, quod non possit se opponere, vel a die prestitę cautionis de duplo vt sup. c. 101. & hoc iure vtimur.

Ibi *Condecens* Idem est de iure communi l. a diuo Pio §. si pignora cum Gl. ff. de re iudic. & dicitur forte non con-C decens si debitor lęderetur vltra quartam, vel octauam, vt videtur de mente huius Ritus.

Ibi *Ad pingue* Secus in re ecclesiastica vt in Ant. hoc ius porrectum C. de sacr. eccl. & dicit Io. de Plat. in §. fin. Inst. de donat. vbi quod si res valet decem datur per vndecim.

Ibi *Quarta pars* Quæ deducitur habito respectu ad debitum nõ ad ęstimationẽ, vt si debitũ est 40. & ęstimatio 50. facta per expertos, qui in eorum ęstima-D tione nullam fecerũt deductionem sed æstimauerunt simpliciter iusto valore tũc ĩ 2. decreto fiet deductio habito respectu ad 40. & sic ad debitum secus si deduxissent experti in ęstimando. quia tunc secundum decretum diceretur nullum quæ omnino not. in practica 2. decreti ne erres.

CAP. CXIII.

E ANT. LANC. Ibi *Concursus* Ergo loquitur de creditoribus paris priuilegij, quia in simul admittuntur, iuxta not. in l. si debitor cum simul. ff. de pignor.

CAP. CXIV.

ANT. LANC. Ibi *In testamento* Idem de iure communi l. fin. C. de edi. diuer. Adr. toll. Sed cõtra puto per tex. meliorẽ de iure in l. minor 25. ann.

cui per fideicom.ff. de min. & l.ait prętor §.si iudex & ibi DD.maxime Alex. ff. de re iud.& ad d.l.fin.dico, quod ibi non operatur virtus testamenti, sed natura possessorij, licet dicatur publice interesse testamentum executioni mãdari.l.vel negare ff. quemad. test. aper. secundum Bald. & Paul. post Glos.in l. Gallus §. quid si is ff.de liber.& post.& in d.§. si iudex.vbi D.Alex.videtur cõcordare opinion.

Ibi *In contractibus dotalibus*. An iste Ritus habeat locum non solum in veris, sed etiam in putatiuis contractibus dotalibus, vide Bal.in l.1.C.de condit. ob causs. Alex.in l. si cum dotem §. fin. 1.col. ff.sol.matr.

CAP. CXVII.

ANT. LANC. Appellatio in caussa oppositoria nõ suspendit pronuntiatum. i.exequutionem, etiam si fuerit lata in Curijs inferioribus, dummodo a Iurisper. per c.37.reg. Ioan.quod no.

Ibi *In carceribus* Implementum percarcerationem in earente bonis proficit etiam lata sententia, quod non puto stante pacto de non opponendo.

CAP. CXVIII.

ANT. LANC. Ibi *Supplicari* Et hoc quando proceditur via executiua, sed quid si summarie, vel per viam cedulę, vide si liceat appellare a M.C. Inf. in tit.de app.in caus.summ.

CAP. CXIX.

ANT. LANC. Ibi *Si debitum est liquidum* Ista conditio est necessaria.Quia in dubio statutum, vel ius cõmune non priuilegiat non liquida.l.fin. C. de comp. Et talis liquidatio potest fieri per omne genus probationis, ex quo venit ad declarationem instrumẽti, vt not.Bar.in l.2.ff.de legat.1. & dicit Bal.in l.2.C.de exec.rei iudic. & facit quod not. Bart. & Iac. Butrig. in l. certi conditio §. quoniam ff.si cert.pet. & omnino vide Ang. Aret. in §. curare Inst.de act.in 7.col. Nam instrumẽtum non liquidum continet obligationem, licet velatam quæ potest detegi tam testibus, quàm instrumẽtis c. sicut a nobis de re iudic. Bald.in d.l.2. vbi subdit quòd, licet ex forma statuti, vel pacti nõ possit quis se opponere aduersus instrumentum, poterit tamen se opponere antequam liquidetur, nisi aliud in instrumento promiserit. Vnde tale sta- A tutum, vel pactum non afficit liquidationem, dummodo exceptio non sit talis quæ impugnet, & eneruet ipsum instrumentum, sed tantum obstet liquidationi. Nam si liquidari nõ potest, obstante liquidatione, non erit debitum l. vel obligatus ff.de liber.causs.l.1.§. hęc verba ff. ve vis fiat ei. Si ergo liquidari non potest ergo nec exequi. Statutum enim, vel pactum non dicit, quod non possit excipi aduersus liquidationẽ, ergo quoad liquidationem stãdum est iu- B ri communi. Quia instrumenta conditionalia, vel incerta, dum liquidantur non gaudent beneficio statuti.Sed post quam interloquutum est ea fore liquidata, tunc statutum, vel pactum de exequendo incipit habere vires. Ex quibus infero in liquidatione esse partem citandam; quia requiritur caussæ cognitio, ista sunt verba Bald. in d.l.2. vbi vide.

Ibi *Interesse* Ex isto tex. habes, quod postquam interesse est liquidatum inci- C pit esse pars contractus, & de contentis, & inclusis in eo.Quinimmo tale interesse diciter intrinsecum, quod idem est quod ipsa res debita, vt tradit Bart. in l. vn. in 6. & 8. col. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Alioquin si esset extrinsecum non esset locus executioni virtute Ritus.Est ergo intrinsecum per l. vinum ff. si cer.pet.& l. ratio §. si per venditorem & l. si sterilis §. per venditorem ff. de act. emp. Vnde postquã, est liquidatum tale instrumẽtum mere- D tur beneficium statuti, & non ante, ita dicit Bal.in l.2. C. exec. rei iud. Et dicitur liquidatum post conclusum,vt in c.significauerũt in ver.liquet & ibi not. de test.Itẽ postquam iudex pronũtiauit illud instrumentum fore liquidum. Bal. in d.l. 2.

Ibi *Facta executione*. Ecce ergo, quod quindena currit ab executione sortis, & non ante. Fit ergo executio primo loco ad speciem, in cuius defe- E ctu ad precium, & ad interesse in confuso,& propterea liquidatur infra quindenam.

CAP. CXX.

ANT. LANC. Ibi *Non citato* Et ideo solet debitor citari, licet de iure sufficeret sola monitio extraiudicialis, secundum Ludou. sing. suis ver. citatio de honestate est. Immo si tẽpus erat determinatum citatio fiebat ex

vrbanita-

vrbanitate, vt not. in l. magnam. C. de contrah. stip.

Ibi *Eundem diem* Sed de iure communi videtur latius temperamentum dari, vt l. quod dicitur ff. de solut. & Inst. de verb. oblig. §. in diem in Gl. quod tempus non inest obligationi, quia tunc ante diem frustra egisset, sed miserationis gratia indulgetur solutioni, secundum Bart. in l. ita stipulatus, 21. col. ff. de verbor. oblig. Sed certe in illis legibus conceditur tempus, vt possit soluere misericorditer, non vt non teneatur ad expensas. Sic & in Ritu isto. Nam dantur quindecim dies, sed elapso primo die tenetur ad expensas, quod de iure communi non conceditur, sed statim comittitur pęna, vt in l. magnam C. de contr. stip. sed hic ad purgandam moram conceditur vnus dies.

Ibi *Sacramento* Hoc intellige in subsidium, si aliter veritas haberi non potest Gl. est sing. in c. statutum §. cum vero in ver. faltē de rescr. in 6. & per Bart. Ang. & DD. in l. 1. ff. de iureiur. & Ang. in l. si vacantia C. de bon. vacan. lib. 10.

CAP. CXXI.

ANT. LANC. Ibi *Discussis* hęc discussio nō est necessaria in omnibus sed in sola hypotheca, & actionibus reuocatorijs, secundum Bart. in l. nomē C. quæ res pign. oblig. poss. Sed quid, si ipse creditor sit etiam debitor, & faciat executionem ad id, quod idem debet, an sit opus excussione. Et puto, quod non fauore proprię liberationis, cum omnis ordinata charitas &c. l. pręses C. de seru. & aq. nec debeat extra quęrere quod intus habet, arg. l. facere posse, & ibi Ang. & Paul. ff. sol. mat. Nam quædam inhoneste petuntur quæ honeste retinentur. l. ancillarum ff. de pet. hęred. l. 1 §. proinde ff. de var. & extr. cogn. facit l. quærebatur ff. ad l. Falc. & quod not. Bart. in l. si finita §. Iulianus 7. col. vers. sed tempore quo ipsemet possidet ff. de dam. inf. In cōtrariū tamen facit. Bart. in l. Aristo col. 1. ff. quæ res pign. oblig. poss. Sed omnia ista procedunt, quando non admitteretur compensatio, alias si compensatio admitteretur iuxta not. in l. fin. C. de compens. & Inst. de act. §. in benefidei, non esset tractandum de hoc, quia hinc inde obligatio, & actio ipso iure essent sublatę, ita quod soluens posset petere per conditionem indebiti. tex. est not. & ibi Gl. & DD. in l. qui inuitum ff. de cōd. indeb.

A Sed quid si debitor sponte velit dare nomina debitorum in solutum, an cogatur creditor recipere, vide Bart. Paul. & DD. in l. si maritus ff. sol. matr.

ADDITIO. *Ad practicam interponendi primum, & secundum decretum in nominibus debitorum, vide Glos. in l. 1. C. de pręt. pign. Bart. in d. l. si finita §. de vectigalibus 3. col. Et ad materiam adde per DD. in l. a diuo Pio § sic quoq; vbi Alex. in vlt. add. ff. de re iudic. Vide etiā ad materiam istius Ritus Aret. in §. item*

B *Seruiana col. antep. Inst. de act. vbi multa.* Blasc. Lanc.

CAP. CXXV.

ANT. LANC. Ibi *Nec ad operas* Ergo, si esset obligatus ad seruitia carceratur, vel impleat, secundum hunc Ritum, secundum quem quis cogitur pręcise ad factum, quod est secus de iure. l. stipulationes non diuiduntur & ibi per DD. ff. de verb. oblig. nisi hunc Ri-

C tum intelligas secundum distinctionem Ang. in l. fin. ff. si quis in ius voc. non ier. cogita.

ADDITIO. *Sed ego intelligo istum ritum, quod non astringat ad factum pręcise, sed quod hoc casu remittat in dispositione iuris communi, vt etiam pro vnica vntia possit carcerari, quando est obligatus de persona, vel in casu quo non cedit bonis, iuxta not. per Angel. in l. nemo carcerem C. de exact. trib. lib. 10. per Bal. Salic. & DD. in l. 1. C. qui bon. ced.*

D *poss.* Blasc. Lanc.

CAP. CXXVI.

ANT. LANC. Ibi *Defectu bonorum* In hoc iste Rit. est conformis iuri communi secundum quod debitor numquam carceratur, nisi duobus concurrentibus, scilicet quod debitum sit liquidum, & quod non sit soluendo s. facta prius discussione bonorum secundnm

E Bart. in l. cum ex eo ff. ad l. Iul. pecul. & in l. Titio centum §. 2. ff. de condition. & dem. & dicit Paul. in l. alia §. eleganter ff. sol. matr. Et intelligas quod non soluendo carceretur, si non vult cedere bonis, quod beneficium ad euitandum carcerem fuit adinuentum l. prima, & ibi not. C. qui bon. ced poss. & hoc modo intelligo Rit. istum, vt defectu bonorum cedat bonis, vel carceretur vt d. l. prima.

Et an pro debito ciuili de iure quis possit carcerari vide per Ang. in l. nemo

carcerem C. de exact. tribut. lib. x. & in d. l. prima, & per Aret. Insti. de act. §. fin.

CAP. CXXVII.

ANT. LANC. Ibi *In personam*. Etiã si fuerit diues, & in hoc exorbitat à iure, vt superioribus apostillis, sed an iste diues cedendo bonis possit excarcerari iuxta l. primam C. qui bon. ced. poss. Dic vt per Paul. in l. alia §. eleganter in fin. verbis ff. sol. matr.

Ibi *Ad personam* In hoc exorbitat à Iure communi, quia electa qualibet via potest variare ad aliam, vt not. Bart. in l. consentaneũ C. quom. & quando iud.

CAP. CXXVIII.

ANT. LANC. Ibi *In continenti* Idest eadem cohertione secundum Bartol. in l. prima ff. iud. sol. fine nouo processu.

CAP. CXXX.

ANT. LANC. Ibi *Suo iuramẽto*. Sed quęro, an poterit probari contrarium. Dic quod sic, vt l. optimam C. de contrah. stipul. & l. prima cum ibi not. C. de re iud. & plene per Ang. Imol. & DD. in l. qui bona §. damni ff. de dam. infect. & Ang. Aret. Instit. de inutilib. stip. §. item verborum, & idem Instit. de verb. oblig. §. fin. col. 3. & per eumdem melius in tract. malef. in ver. nec non ad denunciationem in 2. col.

CAP. CXXXI.

ANT. LANC. Quæro an creditor cedẽdo petitioni euitet pęnam dupli, & vsq; ad quod tempus, vel terminũ Instantię, sit locus pœnitẽtiæ, vide in l. 1. C. de plus pet. & Inst. de actionib. §. tripli, vbi Ang. vid alleg. per D. Alex. de Imol. in l. quamuis ff. de in ius voc.

CAP. CXXXII.

ANT. LANC. Ibi *Per viam cedulæ*. Et nota, quod quãdo proceditur sic non datur conuento terminus ad defendendum, sed ad reprobandum.

Ibi *Publico*. Per cap. cum varia hoc erat relictum dispositioni iuris communis, & sic iste Rit. in hoc comprehendit ius commune.

Ibi *De casibus* Et sic generaliter loqui-

A tur comprehendendo omnes casus non priuilegiatos, & etiam priuilegiatos elapso decennio, & eodem modo quando pactitatum, quod possit fieri exequutio ac si esset de casibus, quia etiam & hic casus comprehenditur, & sic videtur hic Rit. derogare omni instrumento exequutiuo & per hoc confunditur opquorumdam dicentium, quod hic Rit. tantum tollit viam exequutiuam statutariam, non autem exequutionẽ, quam fortem haberet instrumentum de iure com-

B muni, vel per iuramentum delatum coram Notario habẽte ad hoc auctoritatẽ, iuxta doctr. Bart. in l. 2. ff. de iureiur. in fin. & ibi Alex. & moder.

Vel quia esset confessionatum, & guarentigiatũ, iuxta sententiã Ang. & Alex. in l. ait prętor. §. si quis iudex ff. de re iud. quia loquitur hic Rit. derogatiuè ad omnem actum executiuum, Nec obstat iuramentum in forma specifica seruãdum, quia ita seruabitur, si defensiones non erant iustę. Vel dic, quod non plus de-

C bet operari iuramentũ quam contractus ipse principalis post decẽnium. arg. l. fin. C. de non num. pec. & quia accessorium naturam sui principalis sequitur c. accessorium de reg. iur. lib. 6. cum simil.

Ibid. *Decennium* Ista pręscriptio non opponitur obligationi, & eius radici qa tunc vnicum decennium caussam tolleret, & adducitur l. Stichum §. stipulatio ff. de verb. oblig. sed solutioni, & modo exigendi, sed si solutiones essent annuę, quælibet haberet præscriptionẽ decen-

D nalem per se, & tot pręscriptiones essẽt, quot solutiones, nam, si præscriptio currit modo exigendi, sequitur quod donec competat modus exigendi nõ currat sibi pręscriptio l. 1. ĩ fin. C. de anni except. & ista adde ad ea quæ dixi supra eod. c. 102. & hoc intelligitur in ver. ex quib. Sed quando præscriptio currit obligationi & obligatio est vnica incipit currere à tempore cessatę solutionis ipsi obligationi & in consequentiam pręstationi annuæ, ideo vnica præscriptio, si-

E cut vnica obligatio, secundum Bart. in l. cũ notissimi §. in his C. de præscript. 30. annor.

Ibi *Rei iudicatę post annum* Aduerte quod hic Rit. limitat tempus anni infra quod possit res iudicata mandari exequutioni. Tamen hoc de iure nõ inuenitur cautum in sẽtẽtia ordinarij sed bene in sententia delegati hoc erat c. conquerenti de offic. deleg.

Ibi *In iudicio*: Et sic confessio facta in iudicio,

iudicio, & debitũ confessionatũ non habet exequutionem paratam, quod de iure cõmuni est secus in l. prima de confess. & sic Rit. ipse loquitur derogatiue ad ius cõmune, & corrigit duo de ęquiperatis per legem antiquam l. post rem iudicatam ff. de re iud. ergo talis correctio etiam amplectitur tertium ęquiperatum, scilicet iusiurandum appositum in contractu iuxta notata per Bart. in l. 2. in fin. ff. de iureiur. Et iuramentum decisiuum habet exequutionem paratam per d. l. 2. & l. actui C. eod. tit. per doctr. Glos. Bart. & DD. in l. si quis seruo C. de furt. & Ang. Instit. de capit. dimin. §. fin.

ADDITIO. *Adde, quod dum Rit. iste loquitur de cõfessione in iudicio, quod non detur parata exequutio intelligitur post annum, & sic clausula posita in sententia supra posita intelligitur repetita in confessione, & eodem modo per extensionem passiuam istius statuti, intelligas de iuramento, vt post annũ non habeat exequutionem paratam, & ita intelligatur op. Domini mei.* Blasc. Lanc.

A Ibi *Exceptiones* Sed quid si cõtractus est talis, quod ante decennium non admittebat aliquas exceptiones an post decennium tales exceptiones admittãtur vide D. meum, qui arguit ad partes, & deniq; determinat, qđ sic, quia tales exceptiones ante decẽnium nõ admittuntur propter executionem paratam, quæ nõ recipit oppugnationes, vt hic in Rit. Sed post decenniũ cessat ista ratio ergo, & iuris disp. l. adigere §. quãuis ff. de iur. patr. & cap. cum cessante de app. & c. si pauper de prebẽd. in 6. Sed tu aduerte, quod illud dictum procedit in exceptionibus, quæ non admittuntur in principio exequutionis, & illo modo militãt rationes prędictę. Sed exceptiones, quę ante decennium nõ admittebãtur ex natura cõtractuum, vt puta, nõ numeratę pecunię, & non numeratę dotis, & similes etiam post decennium non admittuntur; quia tempus non alterat naturam actus arg. l. obligationum fere §. fere ff. de act. & oblig. l. pater §. fin. ff. de castr. pecul. & l. sancimus C. de testam. & quia actus ipse cum sit idem transit de vno tempore ad aliud tempus cum sua caussa, & qualitatibus in secundo tẽpore post decenniũ l. Titio §. idem de verb. oblig. l. quemadmodum §. fin. ff. ad l. Aquil. & l. Seię §. Caię ff. de fund. instr. & Instit. ad legem §. illud palam, & isto modo militant argumenta contraria.

Sed cõtra istam determinationem oppono, quod exceptio debet esse de terminis regulę, l. in his, & ibi not. ff. de ll. Cum ergo exceptio posita in isto capitulo, scilicet vt post x. an. non agatur via exequutiua, referatur ad c. cum varia, & ad eius limitationem veniat, sequitur quod non limitat instrumenta guarentigiata aliunde priuilegiata, & sic instrumentum continens pactum de nõ opponendo iuramento firmatum debet habere execut onem paratam post decẽniũ,

B quia nec sub reg. permissiua comprehenditur, quia nõ loquitur de his instrumẽtis vt patet ad litteram, nec sub negatiua istius c. quod venit ad illius cap. cum varia limitationem, ergo tamquam casus omissus iudicari debet secundũ ius cõmune l. si viro §. de viro ff. sol. matr. Sed solue, quod istud cap. non tantũ venit ad limitationem pręcedentium, sed iuris cõmunis, quia non tantum dat formam instrumentis, quæ sunt de casibus compre-

C tis in Rit. sed etiam alijs, quæ sunt ex dispone iuris communis, & etiam confessioni iudiciali rei iudicatæ, & iureiurando, vt dixi in apostilla in verb. In iudicio, de quibus in alijs cap. non dixerat, ergo non tantũ à regula Rit. sed etiã à casibus iuris communis excipit hunc casum, nisi lapsum sit decennium, nec potest ab ipso Rit. accipi pars, videlicet missio cedulę, & omitti reliquum, quia lex, quæ dat formam in iudicijs non potest seruire pro parte, & pro parte nõ, vt not. in l. in hoc iudicio ff. fam. hercisc.

D Ideò admittitur facultas defensionum, potissimè, quia elapso decẽnio incipitur, a probatione, & instrumentũ interuenit per viam potestati, ergo, vt in iudicijs seruetur ęqualitas, non debet reo negari, quod actori conceditur, vt in reg. iuris, Nec obstat pactum quia suas habebit vires, cũ incipitur ab exequutione, nõ quãdo à probatione; Vnde tanquam qualitas exequutionis tollitur, sublata exequutione. l. corruptionem C. de vsur. cum simil.

E Ibi *Probare* Ergo creditor incipit ap probatione, & instrumento vtitur per viam potestati, & sic creditor dat caussam edicto, hoc est facultati probationũ, ideò nõ debet reo negari, quod actori cõceditur cũ seruetur ęqualitas in iudicio, Et sic pactũ de nõ opponẽdo nõ prodest actori, quo minus reus se defendat, quoniã pactũ tunc operatur quando incipitur ab exequutione, cum modo suos terminos excedat, quia non ab exequu-

tione, merito pars se posset opponere, vt supra dixi, & hoc seruat practica.

CAP. CXXXI.

ANTON. LANC. Ibi *Adlitis ingressum.* Alioquin si litem non ingrediuntur non possent, nec summariè dici, vel expone, quia etiam vbi opponitur ad litis ingressum agitur summariè.

Ibi *Caussa possessoriæ.* Per hoc c. iunctis sequen. dum dicunt in summarijs posse appellari practicatur hodie, quod ĩ curijs inferioribus semper appellatur etiam in caussis possessorijs, prçterquam à M. C. & sic non habet locum hodie l. prima C. si de mom. poss. fuer. app. & sic vtimur, vt accepi ab expertis, & caussidicis, sed hoc non est firmum, & obtinui contrarium quia Rit. nõ derogat priuilegijs iuris communis, probo, nam vbi agitur ad duplũ cõtra creditores est summaria vt hic, & tamẽ ẽt in curijs inferioribus, vbi cum voto Doctoris sententiam fertur appellatio non suspendit, vt in vltimo cap. quoniã executiuè proceditur, igitur cap. vbi cauetur à summarijs posse appellari non dicit, quod appellatio suspendit iudicatum vbi est contrarium prouisum de iure communi, vel ex alio c. Rit. quia leges posteriores distinguuntur, & limitantur per anteriores l. nam & posteriores cum simil. ff. de ll.

Ibi *Vnc. quinq;* An si sint quinque cõpletę caussa sit summaria. quod sic l. si quis dixerit ff. de verb. sign. & l. quicquid astringẽdæ in fin. ff. de verb. oblig. l. prima §. quod diximus de success. edict. & Glos. in const. instrumentum in verb. infra libram de fid. instrum.

Ibi *Sine scriptura.* Sed an hic Rit. comprehendat quasi dotem .i. dotem putatitiuam, Bal. quod sic in l. 1. C. de cond. ob caus. quem refert, & sequitur Paul. de Castr. in l. si cum dotem §. fin. ff. sol. matrim.

Ibi *Administrationis.* Idem contra gabellotos, & passagerios, & portinarios, vt in constit. Regni authoritate in tit. de summar. cognit. contra gabellot. facend. in primo lib.

CAP. CXXXIIII.

ANT. LANC. Ibi *Arctauerit* De iure cõtra se arctãtem ad finem termini habes tex. in l. 2. §. si quis ff. si quis caut. & l. 2. §. fin. C. de temp. app. & ibi

A Bart. & per d. meum in l. ex quacumq; in fin. ff. si quis in ius voc. nõ ier. & aliquid per Bart. in l. qui ante calẽdas in fin. col. de verb. oblig. & l. nemo C. de tẽp. app.

CAP. CXXXV.

ANT. LANC. Ibi *De spolio*: Et hoc siue spolium sit admissum à priuato, siue Iudice. l. meminerint C. vnd. vi, & solet allegari Glos. in l. minor ff. de euict. & dicit dom. meus in c. admisisti

B de accusat.

Ibi *Audiantur* Allegationes iuris possunt audiri, defensiones facti nullo modo, sed in beneficialibus clericus nõ solum debet probare spolium, sed etiam debet aliquod adducere ad colorandũ titulum possessionis vide canon. & dom. Abb. in c. consultationibus de off. deleg. & dom. Alex. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend. poss. & eumdem D. Abb. in cap. in his post Innoc. de restit. spoliat Solet tamen in hoc spo-

C lio citari pars, & lis contestari, & formari capitula per actorem, & reus non prçsentat exceptiones suas, sed primo loco restituit, & restitutione facta in eadẽ tela iudicij præsentat sine noua contestatione, & ita practicatur in M. C. Sed si pars actrix non præsentat capitula tũc reo prouidebitur per viam cedulę iactãtiæ. probatur hoc per reg. l. diffamari C. de ingen. man. & in terminis per tex. in c. frequens cum Glos. magistrali de restitut. spol.

D BLASC. LANC. Ibi *Spolij*: An iste Rit. sit seruandus in iure canonico, & in beneficialibus, & quid differat à iure cõmuni iude per D. Petr. in c. 1. in 2. cart. extra de restitut. spol. & aliquas quæst. per eumdem in d. c. primo in 4. cart. Et adde quod testes probantes spolium debent esse idonei cap. 2. & ibi per canon. de rest. spol. & per D. meum in 6. col. in princip.

Ibi *A die scientiæ.* Hæc autem scientia, vel ignorantia probatur iuramento

E spoliati, vt in simili habetur per text. cum Glossa in lege si cui §. ijsdem ff. de accusat. & Glos. Institut. de act. §. aliç. Et intellige hunc Rit. quando intentatur æquè principaliter, secus si incidenter iuxta l. qui interdum §. si furem ff. de furt. & l. qui nomen de fals. quia sic non posset habere locum hic Rit. vt restitutio fiat ante omnia, quoniam articulus restitutionis non posset expediri ante principalẽ, iuxta not. in l. prima C. de

ord. iu-

ord. iudic. Item limita hunc Rit. procedere ĩ simplici spolio, secus in mixto, vt, si de spolio & crimine furti, vel violentiæ equè prĩcipaliter agatur, vel simul iuxta ea quod habentur per Bart. in l. 2. §. hoc edicto ff. de vi bon. rapt. & l. interdũ §. per modum ff. de publi. iud. vel ordine successiuo arg. l. 2. §. prius ff. de vulg. & pupill. quo casu, cum hic Rit. exorbitet à regulis, loquens in simplici non cõprehendit mixtum, arg. l. vim passam §. prescriptione ff. de adult. & habetur, & not. in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. & ita fuit de facto determinatum his diebus.

Ite limita & tertio non procedere in iusto spolio, secundum Bart. in l. si diui ff. de iudic. Quod autem est dictum, ignorãtiam probari per iuramentum, limita per c. vt area, & c. nulli, & not. per Glos. & DD. de elect. in 6. & per Bart. in l. si cui §. is de accus. & in l. is potest in 5. col. vers. nunc videamus ff de acquir. hered.

CAP. CXXXVI.

ANT. LANC. Ibi *Reprobandum* Quia ad defendendum in caussa appellationis non datur, & nota in practica, quod iste terminus non incipit currere ei, cui datur, nisi à die habitæ copiæ reprobandorum, dummodo non fuerit in mora procurandi, & habendi copiam, & hoc iure vtimur.

Ibi *Restitutio suo arbitrio*: Tamẽ hęc restitutio nõ datur ei, qui conclusit. Vnde qui conclusit non restituitur, & hoc iure vtimur in M. C.

CAP. CXXXVII.

ANT. LANC. Ibi *Infra duos menses* Iste Rit. exhorbitat à iure communi, quia de iure instantia super emergenti, super cuius principali lis non est cõtestata non finitur triennio, quinimo, etsi per decem ann. litigaretur, secundũ Gul. de Cun. & Ray n. de Forliu. in l. properandum in princ. C. de Iudic. & Bal. in l. & post edictum §. circumducto ff. eod. Et de iure meta data principali non trahitur ad emergentẽ, aliud tamẽ est de iure istius Rit. qui expressè coarctat instãtiã emergentiũ, sed posset pro eo assignari ratio, quę est Instit. de except. §. fin.

Ibi *Peremptus* Sed an hic terminus cẽseatur prefixus iudici, & sic etiam possit post tempus pronuntiare ipso iure, licet puniretur. An vero instãtiæ, vt sic, ea perempta pereant acta, & nihil vltra fieri

A possit vide per Salic. Bald. & Alex. in d. l. properandum in princ. & vide aliud exemplum per Ang. Aret. Instit. de act. §. rursus 4. col. & per Paul. de Castr. in l. 1. §. 2. ff. de public.

Et nota quod pars actrix infra istos 8. dies, licet possit prȩsentare iura sua tangentia causę merita, non propterea possit super eis testes producere, & hoc iure vtimur.

Item lapsis 8. diebus, si nihil est actum, vel duobus mensibus, & caussa transeat

B ad merita, si excedit vnc. quinq, datur ter minus principalis, & non contestatur lis, sed habetur pro contestata.

CAP. CXXXVIII.

ANT. LANC. Ibi *Aperitur* Puta quando aperuit is, qui tenet locum rei, scilicet opponens ad litis ingressum modo, si reus excluditur.

Ibi *Precluditur* Quia obtinuit opponens ad litis ingressum.

C

CAP. CXXXX.

ANT. LANC. Ibi *Summarie*, vel vsus fuerit modo procedendi, & ordine summariarum in ordinarijs, vt quia processerit per viam cedulę, quod pertinet ad summarias caussas.

Ibi *Appellatur* In hoc de iure contrarium not. dñs meus in l. cum quædam puella §. fin. ff. de iur. om. iud. & ibi DD. Adde, quod in casu huius Ritus de iure

D non posset tale verbum, summariè simel prolatum in libello detrahi, & emendari propter euidentem malitiam agentis, vt litem protrahat, vide Ang. Aret. Instit. de act. §. si minus in 2. col. & quod legitur, & not. in l. edita C. de eden.

CAP. CXLI.

ANT. LANC. Ibi *A tẽpore scientiæ*. Nota, quod talis dilatio à principio est vtilis sed in processu est conti-

E nua, & ideo ad hoc, vt incipiat oportet, quod potuerit à principio agere l. 1. & ibi not. C. de seruit. iuncta l. 2. §. dies, & ibi not. ff. quando app. sit & Ang. Aret. Instit. de act. rursus 4. col.

Ibi *Procuratoris* Fallit in vniuersitatibus, & mulieribus coniugatis, quę per const. Regni generalia iam concedentes in tit. quan vniuers. poss. cõst. sind. lib. 2. possunt etiam in capitalibus causis comparere per procuratorem.

Ibi

Ibi *Const. Regni* In const. humanitate de his qui fideiuss. dar. poss.

Ibi *A die prestitę fideiussionis* Sentit, quod ex tunc dicatur nomē recipi inter reos, & per consequens dicatur incepta tela iudicij, & ideo erit procedendum per legitimum ordinem terminorum, & non per viam cedulę vt agat.

Ibi *Semiplene* Quando dicatur constare semiplene vide Salic. in l. 2. col. 1. C. de custod. reor.

CAP. CXLIV.

ANT. LANC. Ibi *Nouę probationes*. De quibus in l. diui fratres ff. de pęn. & ibi Bart. & idem in l. admonēdi in vltima quęst. de iureiur. & aliquid per Alex. remissiuè loquentem in l. qui accusare C. de eden.

Adde quod super primis capitulis post publicatum, ex parte actoris nō possunt produci testes in criminali, nisi pręsententur, noua capitula, & restitutio petatur vide Salic. in l. fin. col. fin. C. de quœst.

CAP. CXLV.

ANT. LANC. Ibi *Concordare*. In hoc contradicit Iuri cōmuni l. transigere C. de transf. & Ratio huius posset esse, quia ex delicto publico siuè priuato oritur duplex actio, vna ęquitatis parti lęsę, altera republicę ad vindictam, secūdum Bart. in l. inter omnes §. recte ff. de furt. & refert Ang. Aret. Instit. eod. §. 1. 2. col. Et nota ex isto tex. quod per solā propositionē accusationis dicitur crimē inchoatum secūdum, Bart. in l. is qui reus ff. de publ. iud. & Salic. in l. adultera C. de adulter. Et ad materiā huius Ritus: vide per Bart. in l. maritus §. si negauerit ff. de adult.

Ibi *Prosequi, & finire*. Hoc verum, nisi caussa requirat subscriptionem; quo casu iudex non posset tenere locum partis, cum nec ualeat se subscribere, secundum Bart. in l. 2. §. si publico 4. col. vers. 11. quero vtrum inquisitioni debet apponi annus ff. de adult. per Ang. in tract. malef. in verb. hæc est quædam inquisitio col. 10. allegatur communiter dictū Bal. in l. 2. C. de abolit. Sed hoc dictum mihi videtur periculosū, quia d. l. 2. nūquam haberet locum cū tam in publicis, quam in priuatis de iure subscribatur, vt l. fin. ff. de priuat. delict.

Ibi *Carcerem*. Hoc verum in summa-

A rijs, secus, si ordinariè procederetur, quia non liceret carcerare, nisi concluso processu, vt supra.

CAP. CXLVI.

ANTO. LANC. Ibi *Ordinaria*. Nota, quod hic carcer prodest.

CAP. CXLVII.

B ANT. LANC. Ibi *Miserabiles*. Parti miserabili assistit fiscus, sed an in omnibus, Ritus iste non distinguit, ideo puto indistinctè intelligendum, arg. l. de pretio ff. de public. in rem act. In cōtrarium facit, quia debet intelligi in potiori significatu, vt videtur tex. cū Glos. in indiuiduo in l. extra iudiciorum ff. de accusat.

CAP. CXLIX.

C ANT. LANC. Ibi *Talionis*. Sed quid in crimine vsurarum Ritus iste non loquitur, sed constit. Regni vsurariorum in tit. de vsur. concess. loquitur.

Item quid in iniuria nimis atroce vide Ang. Aret. Inst. de act. in princip.

Ibi *Puniri*: Non dixit condemnari quasi dicat, tales deprehensi in actu criminis adeò sunt notorij, & conuicti, vt pręter sententiam, nullę sint partes iudicis, nisi in exequendo, ita dixit Bart. in l. ictus fustium ff. de his qui not. infam. Ar-

D gum. tamē cōtra in l. qui sentētiam C. de pęn. Sed hoc quomodo procedet cum liceat iudex aliquem deprehēdat, nō tamē debeat iudicare secundum cōscientiam, vt l. illicitas §. veritas ff. de off. pręsid. Respondem, vt per Bart. ibi, & per Ang. Instit. quibus mod. tutel. fin. in princ. Nec isto casu deprehensi in crimine posset dici inquisitio, quia tunc obstāte cap. reg. Alphons. non fieret inquisitio, Non enim inquirimus cōtra cōuictos, sed punimus, ad quod l. 1. §. ceteros autem C.

E de rapt. virg.

Quid si statutum ponat pęnā pecuniariam applicandm fisco, an quilibet de populo admittatur Glos. ī rub. de popul. action. & ibi Dyn. Bart. & Ang. in l. si quis de priuat. delict. plene per Ang. in tract. malef. in ver. nec non ad querelā in 3. col. ad fin. cum seq. vbi etiam dicit, quod quando delictum cōmititur cōtra determinatam personam, quilibet admittitur ad accusandum, puta si statutū dicat,

dicat, quicunq; portauerit arma. quicumq; iuerit de nocte puniatur certa pęna, Sed an damnatus ex his delictis hodie in Regno videatur damnatus crimine publico. Bal. in rub. C. qui accus. tenet, quod sic, & eumdem simpliciter refert, & sequitur Angel. in Tract. malef. in ver. nec nõ ad quęrelã col. 13. Sed cõtrarium tenuit Angel. in l. pretor §. 1. per illum tex. cum Glos. ff. de iniur.

A

Ibi *Quilibet de populo*: Sed an hæc generalitas huius Rit. aliquod addat iuri cõmuni, vt dispenset cum inhabilibus scilicet impuberibus, mulieribus, & similibus de quibus in rub. C. qui accus. non poss. Bal. decidit in prędicta rub. in pęn. col. & Ang. de malef. in ver. nec non ad querelã col. 19. Et aduerte, quod de ista qualitate, quod fuit deprehensus in flagranti crimine debet constare primum, & sic de alijs criminibus, quę tendunt ad habilitandam personam fisci, seu curiæ, Et quis nõ debet admitti, vt talis nisi se probet esse talem, vt l. non ignorat, & ibi Bal. & Salic. C. qui accus. non poss. aliàs, si persona non est legitima, & habilitata, non debet fatigari accusatus, seu inculpatus in processu. cap. primo extra de accusat. maxime quia omnes exceptiones emergentes sunt pręiudiciales, & debent examinari primo ante nomen receptũ inter reos. l. 1. C. de ord. cognit. & dicit Bart. in l. hos accusare §. 1. ff. de accusat. & his diebus anno 8. Indict. de mense Mai, habui in facto in quodã homicidio, quod Fiscus, dicebat appostatũ ad hoc, vt principaliter potuisset agere, dixit quod de appostatione debet constare primo si aliter non appareat nisi ex titulo accusationis.

CAP. CLI.

ANT. LANC. Ibi *De parendo sententię*. De huiusmodi fideiussione habes per Angel. Perus. in cons. 161. col. fin. Et nota, quod iste Ritus exorbitat a iure communi, quia vbi venit imponendo pęna pecuniaria, & in subsidium carceris non relaxatur fideiussoribus, secundum Ang. Aret. in Tract. malef. in ver. fama publica præcedente col. 21. versic. 21. quęro.

Ibi *In exequutione*. Et sic est casus hic, quod reuisio suspendit pronunciatum contra regulam, quę est infra in cap. de reuis. sent.

CAP. CLII.

ANT. LANC. Ibi *De non baratandis*. Hoc eodem modo præstant vsurarij accusati de vsuraria prauitate ita iudi seruari in M. C. anno 7. Indict. 1489. Sed quando sunt inopes & nõ habẽt bona ex quo nõ possunt, debent luere in corpus per l. primam §. & generaliter ff. de pęn. pręstant. de se pręsentãdo.

B

CAP. CLIV.

ANT. LANC. Ibi *Quàm in contractu compromissi*. Sed quęro quid in contractu trãsactionis, videtur idem, quod in compromisso, cum ęquiparetur, sed Ang. Instit. de pęn. tem. litig. §. ex quibus col. 3. Dicit quod transactio non est propriè compromissum, & verbum compromitti prolatum à statuto debet intelligi strictè, cogita. Et maximè quia est casus specialiter exceptuatus l. ius singulare cũ vulg. ff. de legibus. facit quod not. Bart. in l. quod si Ephesi de eo quod cert. loc. & refert Alex. in l. si quis cum aliter col. 3. ff. de verb. oblig. vbi dicunt, quod à transactione ad arbitrium non bene arguitur.

C

Sed an priuatus possit stipulari pęnam pro fisco in contractu, Bart. dicit, quod non in l. 2. in princ. vltimo vers. ff. de iur. fisc. ante primum articulum vide Alex. in l. stipulatio ista §. si stipuler ff. de verb. oblig. vbi loquitur de pęna apposita trãsactioni, & in hoc iste Rit. videtur approbare op. Alex. quam habes in l. 5. §. fin. ff. de verb. oblig. in illa dubia quęst an pęna applicata in compromisso sit exigibilis.

D

Ibi *Cum iuramento*: Hunc Rit. puto verum, quando pęna esset applicata ratione contemptus, secus si loco alicuius interesse stipulantis quia tunc distinguerem inter caussam lucratiuam, & onerosam prout distinguit Bart. quem plures sequuntur in l. ita stipulatus in 5. col. ff. de verb. oblig. & signanter Alex. ibi qui sustinet op. Bart. & hęc distinctio interesse, & contemptus fit ab eod. Bart. in d. loco col. 22.

E

CAP. CLVI.

ANT. LANC. Ibi *Ex casibus contentis*. Qui casus sunt 12. vt ibi in Glos. 2. in l. 1. hic allegata. Et sic extra tales casus debet interrogari post litem contestatam, Et ideo ordinis peruersio excusat

excusat interrogatum deierantem de periurio: Et ad materiam interrogationum in iudicio faciendarum vide optimã Glos. in const. Regni lite legitimè contestata in tit. de processf. iud.

Ibi *Accusari*. Extra ergo istos casus siuè interrogetur ante, siue post non potest intercipi de periurio, ergo duo concurrere debent, vt intercipiatur, Et quod sit de criminibus, & quod interrogetur ante litem contestatam, secundum hunc Rit. & posset fortè reddi ratio, quia videtur deierando ante litem plus delinquere, nam si tunc dixisset veritatem leuasset partem ab onere litigãdi, arg. eius quod dicimus de fugiente ante accusationem, vel post secundum Bart. in l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui sib. mort. consciuer. & Salic. in l. in bonę fidei C. de iureiur. & Ang. Aret. in Tract. malef. in verb. fama publica precedente 10. col.

CAP. CLIX.

ANT. LANC. Ibi *De sanguine*. Circa statutum puniens percussionem cũ sanguine vide quęst tractatã per Bart. in l. vulgaris ff. de furt. & per Ang. de malef. in verb. sanguis exiuit, Et an istud statutum verificetur in gutta sanguinis vide etiam per eundem Ang. Instit. de lege Aquil. §. fin. in vltimis. verbis & Lud. in suo sing. in ver. vulneris appellatione, quod sing. est vltimum in ordine, Adde quod vulneris longitudo, & latitudo non inducit pluralitatem vulnerũ, quãdo partes corporis percussę sunt cõtiguę, secus si disiunctę, & discontinuę, vt si vno ictu incidat ambas manus, vel plures digitos, vide Ang. Perus. cõs. 190.

Ibi *Penam*. Scilicet annotationis bonorum, iuxta qualitatem delicti, nec hoc corrigitur hodie per auth. bona damnatorum C. de bon. proscript. quæ loquitur de damnatis per sententiam, aliud in contumacibus, de quibus per tot. tit. de req. reis.

Ibi *Captus*. Et quando dicatur capi, vel spontè se offerre vide arg. optimum in l. si quis in graui §. vtrum ff. ad Syllan. & l. 2. §. quid ergo. ff. ad Trebell.

CAP. CLX.

ANT. LANC. Ibi *Quandocunq;* Scilicet ante solutionem effectiuã secundum Bart. in l. si insulam. de verb. obligation. & adde in simili per Paul. Castr. in l. si cum dotem §. eo autem tẽ-

A pore ff. sol. matr. & l. si constãte in princ. col. vltima eod. tit. & in l. hoc edicto in princip. ff. de public.

Ibi *Delicti*, quod in dubio pręsumitur, quando negligentia actoris non interuenerit, quia semper fuga rei videtur propter conscientiam criminis.

CAP. CLXIV.

ANT. LANC. Ibi *Per sex menses.* Sed quid. si fideiussor causarum ciui-

B lium non vult stare diù in fideiussione, an possit agere contra reum, vt liberetur vide Io. de Plat. Instit. de fideiuss. §. pęn. & per DD. in l. si pro ea C. mand. & per Bart. in l. huius ff. eod. tit. facit doctrina eiusdem in l. qui bona §. fin. ff. de dam. infect.

Et an debeat stare quis in infinitũ obligatus accedat tex. & ibi Bal. in l. si ex predijs C. de euict. & refert. Lud. suis sing. in verb. emens rem.

C

CAP. CLXV.

ANT. LANC. Ibi *Ne sępius*. Hic Rit. videtur approbare sententiam D. Ang. quẽ refert Lud. in l. si finita ff. de dam. infect. & refert dominus meus in l. ex duobus §. fin. ff. de procur. qui dicit caussa infinitatis euitandæ teneri bis pręsentare & nõ amplius, & adde ad materiã per Salic. in l. pęn. C. de custod. reor. & plenius per D. Alex. in rep. l. sępè 11. col. ff. de re iud. & per eumdem in d. l. si

D finita, & in l. si stipulatio ista §. inter sacram de verb. oblig.

CAP. CLXVI.

ANT. LANC. Ibi *Si committitur.* Nota verbum, *Committitur*, per quod statutum istud requirit actum consumatum, aliàs tanquam casus omissus stat in dispositione iuris communis, nam

E hoc est regulare in omnibus statutis facientibus mentionem de delictis vt sint consumata, vt dicit Bal. in l. 3. C. de ser. fugit. vbi Bart. & in l. is qui cum telo. C. de sicar.

Ibi *Cum raptu*. Quid si rapiat, & non stupret an habeat locum hic Rit. recurre ad Salic. in l. 1. C. de rap. virg. Sed melius per Iser. in const. Regni quæ incip. si quis sacras in tit. de raptu virg. & monial.

Item an per huius pœnę impositionẽ videatur recessum à pœna legis antiquę vide

vide Salic. in l. si quis sepulcri C. de sepulcr. violat. & Bart. in l. Sanctio legum ff. de pęn. & Ang. Instit. de vi bon. rapt. in princ. & per DD. in l. quoties ff. de act. & oblig. & in l. in eum C. de furt.

Item, si cognoscat, & non rapiat, vide cap. raptus 27. q. vltima.

Item quid si mulier rapta à princ. cōtradicat, & postea consentiat, an dissensus transeat in consensum, & sic raptor euitat pęnam raptoris, Andr. de Iser. quod non, quia initium spectatur in tit. quę sint regal. col. xi. in vsibus feud.

Item quid in muliere in honesta, & luxuriosa an istud statutum habeat locū? Dic quòd non, tum quia in ea non dicitur stuprum, tum quia d. lex est ascripta castis feminis, arg. l. quæ adulterium in fin. C. de adult. & in Auth. de restit. & ea quæ parit in fin. col. & in l. item apud §. si quis virgines ff. de iniur.

Sed an statutum istud loquens de stupro simplici extendat se ad stuprum qualificatum cum discalatione, Dic quòd non, quia videtur aliud crimen, & alius terminus propter illā adiectionem, arg. l. 1. §. cum adijcitur ff. de verb. oblig. & l. ius ciuile ff. de iust. & iur. & potissimè quia est diuersa ratio, & casus iste est alias decisus in iure, secundum Bal. in l. fin. ff. de rer. diuis. ergo non se ad eum extendit, ad quod per Bar. Ang. & Imol. in l. si ita stipulatus fuero §. ius autem ff. de verb. oblig. Sed istam materiam limitat in l. raptores C. de ep. & cler. vbi dicit stuprum voluntarium quando voluntas mulieris pręcessit, secus quando viri. Angel. in Tract. malef. in ver. che hai adulterato col. 12.

Et nota quòd iste Rit. puniens stuprū voluntarium limitatur nisi parentes, & consanguinei mulieris stupratę cōsensissent, quia tunc volenti nō fit iniuria, neque dolus Matthesil. in suis not. & And. de Iser. in tit. quę sint regal. vbi limitant isto modo §. item lex Iulia de adulterijs Instit. de public. iud. vbi vide quæ notāt, & adde ad materiam Matthes. in not. incip. nota tex. quem pauci siunt.

CAP. CLXVII.

ANT. LANC. Ibi *Quam in adultera*. Sed quid in adulterio cum incestu, vide in l. si adulterium cum incestu §. stuprum, & per Bart. ibi ff. de adult.

A

CAP. CLXVIII.

ANT. LANC. Ibi *Cesserit actioni*. Et merito in isto casu debet cedens releuari ab expensis, Quoniam qui cedit non fatetur de iure aduersarij tex. est sing. in l. si à te C. de ingen. manum. & not. in l. postquam liti C. de pact. & vide ad materiam plenius per Ang. Aret. Instit. de pęn. tem. litig. §. 1. col. vltima in fin. verbis, & in l. alia ff. de his quibus

B vt indign. licet de iure Iacob. de Aren. disputando tenuerit contrarium, Quia in criminali non veniunt expensę ratione victoriæ, Tamen eum reprehendit Bart. in l. cum ignorat C. de fruct. & lit. expens. & ibi Paul. de Castr. & Salic. licet Bal. non firmet in l. 3. in fin. C. qui accus. non poss. & not. in isto Rit. quod reficiuntur etiam viaticæ.

Ibi *Teneatur*. Nota, quod istę expensæ veniunt ex calumnia, & sic ex delicto merito succumbens poterit

C carcerari, nisi soluat, & aduerte quod Rittus iste prouidet victori de expensis, ex quo sequitur quod peti possint iure actionis infactum ex isto statuto, vel condictione ex lege ista, & ideò etiam post sententiam peti possunt secundum Bart. & DD. in l. properandum § hoc proculdubio C. de iudic. & dicit Ang. Aret. Instit. de act. §. actionum 3. col. adde Bart. in l. 1. ff. ad Turpill.

D

CAP. CLXIX.

ANT. LANC. Ibi *Appellatio*. Hoc est verum in ipso principali crimine, secus in aliquo emergenti articulo eius criminis arg. l. si ex causa §. nunc videndum, & ibi Gugliel. & Bal. ff. de minor. & refert Alex. in rub. ff. de re iud. in addit. 2. Tamen in M. C. seruamus contrariam op. quod etiam super incidenti non appellatur, & adde quod nullitas, nec aliud remediū habet in Regno locū, Sed

E quid si sententia esset euidenter iniusta, vel contra bonos mores, vide not. per Dom. Alex. cons. 41. habita super contentis 2. col. vers. benè facit in 2. vol.

CAP. CLXXI.

ANT. LAN. Ibi *Vtriq; parti*, Et sic simul probant reus exceptionem, & actor actionem. Item simul actor re-

plicationem, & reus duplicationem. De A iure tamen est contra, quia non astringitur prius reus probare exceptionẽ quàm actor fundauerit intẽtionem l. exceptionem C. de prob. & l. si quidem C. de except. & c. de testibus extra de testibus. Quod limitatur vt per Ang. Instit. de replicat. in fin. col. & pen. Item limita nisi reus velit, l. circa in fin. ff. de prob. & dicit Ang. Aret. de publ. iudic. in princ.

Ibi *Ad reprobandum, seu replicandum.* Et sic replicatio fit post obiecta, & ĩ hoc est conformis iuri communi, vt dixi in B superiori Glos. Non tamen in iudicijs ordinarijs datur terminus ad defendendũ, sed sufficit terminus principalis dierum 12. & ad reprobandum vt hic.

Ibi *Vltra marinas.* Sed hodie in M.C. vtimur, quando probationes fuerint extra vrbem expectantur post conclusum per dies 8. Sed quãdo fuerint per cõmissarium, Tunc non sufficit expectare sed opus est fieri litteras, reuocatorias, & reuocare commissarium, & hoc quando productio fit in Regno secus si fit extra C Regnum.

CAP. CLXXII.

ANT. LANC. Ibi *Restituibilibus tantum.* Hoc verum est nõ discedẽdo à principaliter narratis in libello, sed tantummodo aduersus probationem omissam, vt in c. auditis, vbi videtur tex. extra de rest. in integr. vbi ecclesia post conclusum restituitur, aliàs si petatur re- D stitutio extra narrata tunc secus est standum reg. l. non potest ff. de iud. Bart. & DD. in l. nam & postea §. si minor ff. de iureiur.

CAP. CLXXVI.

ANT. LANC. Ibi *Quaestiones pauperum.* Cum hoc Ritus concordat tex. in Auth. de mand. princ. §. oportet coll. 3. & quod not. Gl. Instit. de act. §. E tripli, & Glos. & DD. in l. properandũ §. illo in fin. C. de iudic. & C. de aduoc. diuers. iud. l. fin. cum simil. Idem in medico, vt in const. Regni, quia nunquam 1. col. ĩ tit. de medic. & med. & quod not. Glos. in c. qui sentit. in fin. de reg. iur. in 6. & c. statutum §. insuper cum seq. de rescript. eod. lib.

CAP. CLXXVIII.

ANT. LANC. Limita nisi pupillus, & vidua, & similes vtantur priuilegio l. vnic. C. quando imper. int. pup. & vid.

CAP. CLXXXII.

ANT. LANC. Ibi *Ad quem.* Hoc est contra ius cõmune, vt not. Bar. in l. chirographis §. 1. ff. de adm. tut. sed est ex priuilegio M. C. Sed, quid in pronũtiatione desertionis ipsius appellationis, vide per Bar. in l. eos in princ. in vlt. col. & ibi Paul. de Castr. C. de appell.

CAP. CLXXXIII.

ANT. LANC. Ibi *Non autem Cedule.* Quae solebat mitti parti succũbenti. Hodiè verò quod olim per cędulam fiebat per nuncium parti missum explicatur de succumbentia denunciãtem; Et istud tẽpus 10. dierum appellationis interponendę est etiã de iure hodie, vt in Auth. hodie C. app. licet olim biduũ, vel triduum daretur l. 1. §. biduum ff. quando app. sit.

Ibi *Infra alios 10. dies.* Licet Rit. iste sic diuidat solutionem faciẽdam in singulis 10. diebus, nihilominus esset satisfactum Ritui, si id totũ fieret, & conficeretur in vltimis 10. diebus, q̃a quoties alicui assignãtur plures dilationes successiuę semper vltima intelligitur peremptoria, vt in simili videmus in inuentario, secundũ Bal. quem refert Dñs meus in l. fin. in princ. in 2. cart. C. de iur. delib. arg. cõtra secundum Bal. in l. prolatam C. de sent. vt refert Dñs meus in l. 1. §. si quis ita ĩ 6. car. ff. de verb. oblig. & Ang. Aret. Instit. de pęn. tem. litig. §. fin. in vltima col. Et pro hac vltima parte facit, quia in huiusmodi fatali appellationis introducendę non debet expectari finis, vt l. in offerendis C. de app. & l. 3. & ibi Bart. C. de temp. app. & cum Bal. in d. l. prolatam vide Salic. in l. 2. C. quom. & quãd. iud. vers. 3. modo Bal. in l. si institutorem ff. si cert. pet. & Dñm meum ibi ĩ fin. verbis, & pro ista parte facit Rit. iste, dum dicit, *Et si defecerit in pręmissis, vel in pręmissorum aliquo, nisi infirmitatis, vel alio iusto impedimento detentus cõtra appellatio*

pellatio sit deserta. Et sic dat formam introductioni processus qua in aliquo deficiente deficit actus d. l. prolatam, cogita. quia credo quod prima pars obseruetur.

Ibi *Infra L. dies.* Debet ergo capere infra 50. dies, & potest postea presentare, quod si postea non presentet debet statui sibi dies, in qua debeat presentare c. personas extra de app. & hoc iure vtimur quo elapso est deserta vt ibi, Et aduertas quod istud tẽpus appellationis, introducende non currit, nisi post primam dilationem appellat. interponende, & sic in effectu sunt dies 59. per ea quæ habentur in l. fin. C. qui adm. & Inst. de bon. poss. §. fin.

Ibi *Impedimento.* Quid si impediatur paupertate, Dic, quod Ritus iste prouidet, vt gratis, & pro Deo eis seruiatur, & si hoc eis negetur, debet protestari cõtra Magistrũ Notarium, quia paupertas non excusat eos à protestatione, vt l. in procuratorem §. si ignorantes in fin. ff. mand. Bal. & Salic. in auth. si appellatione, & l. fin. §. fin. in ver. summa ope C. de temp. app. facit ad Ritum istũ c. si ex ratione extra de app. &, quod paupertas non excuset vide, Bart. & Dominum meum in l. inuitus in vlt. col. C. de procur.

Ibi *Et procuratorem.* Et qualis debeat esse hic procurator cognosces ex dictis Bar. in l. 4. §. prętor ait ff. de dam. infect. & in l. si finita §. Iulianus eod. tit.

CAP. CLXXXIV.

ANT. LANC. Ibi *In hermodicium.* In hoc cõsonat iuri communi l. fin. §. in his C. de temp. app. auth. Sed his ibi posita c. ex insinuatione, de app. & Rit. istum seruat stylus, etiam in criminalibus, vt audio, quia non contrahitur hermodicium contra l. primam & ibi not. per Salic. & DD. C. vt infr. cert. temp.

CAP. CLXXXV.

ANT. LANC. Ibi *Per annum tantum.* In hoc vide Bart. in l. à diuo pio in prin. col. 2. ff. de re iud. vbi loquitur de isto anno, Et dic quod de iure effectus primi decreti videtur durare longo tempore scilicet decennio, vnde per tantum tempus missus in possessione dicitur detinere animo illo detentationem seu custodiam, post autem causatur obliuio l. furtũ §. fundi ff. de vsuc. Alex. in l. 1. in princ. in pen. & vlt. col. ff. de acq. poss.

A Quęrit, etiã Bart. an Notarius, vel alius commissarius, vel executor habens me ponere in possessionem alicuius fundi ex primo decreto sufficiat mihi illum ostendere ad oculum cum esset in præsentia, & sic transferre detentationem per modum fictum, vide ibi per eum, qui eligit quandam mediam viam.

B

CAP. CLXXXVI.

ANT. LANC. Ibi *Infra annum.* Quero, quid de iure, vide in l. si finita §. pen. ff. de dam. infect. & remissiuè per Paul. Castr. in l. ea lege §. si plures, &

C dic quòd ex quo per secũdum decretum transfertur dominium sicut per sententiam, ideo in eo requiritur traditio, & corporalis missio in tenutam, licet ante possideat, vel immissus sit ex primo decreto. Ita consuluit Ang. Aret. Instit. de off. iud. §. fin. col. vltima quod notat cõtra aliquos cõtrarium practicantes, quos ipse reprehendit.

Sed effectus diffinitiuæ sententiæ est perpetuus, aliud in interlocutoria vide per Ang. Aret. Instit. de perp. & temp.

D act. Actio iudicati non habet exequutionem paratam, imò requirit ordinem iudiciarium, vt dicit Specul. in tit. de execut. sent. §. restat in princ. Verum quod exequutio petitur off. iudicis. vide Paul. Castr. in l. si filio in vltimis verbis ff. sol. matr. & Bart. Bal. & Salic. in l. si causam C. de execut. rei iud.

Sed quomodò, & intra quantum tempus debet interponi secundum decretũ, puto sic posse distingui, Aut est quasi, vel improprie creditor ex actione tamẽ

E in rem, vt in noxali iudicio, & caussa damni infecti, & peculiari, & tunc distingue an sit dominus debitor, vel non, secundum Glos. in l. prętoris officium in princ. de dam. infect. & l. 2. §. fin. ff. si ex noxali causs. per l. si res ff. com. diuid. Aut, & secundo est verè, & propriè creditor iuxta l. primam ff. si cert. pet. & de verb. sign. l. creditorum, & sic subdistingue, Aut in rem, aut in personam, primo

casu si annualis dilatio, per l. si quis emptionis §. pen. C. de præscript. 30. an. & cap. cum venissent extra de eo qui mitt. in poss. caus. rei seru. Secundo casu post longum tempus per l. 3. §. fin. cum Glos. ff. de acquir. poss. & per Glos. in l. 2. C. vbi in rem act. & sic isto casu secundum decretum erit de vsucapiẽdo secundum Glos. in l. iubere cauere ff. de iur. om. iud. ego de hoc dubito, ideo potes videre remissiones, quas habes supra in 2. cap. in Glos. in verb. ius commune.

Ibi *Sicut sententiam*, An hic annus currat in sententia lata in causa fam. herciscũdę, & petitione hęreditatis pro reb. de nouo possessis cõdemnato, recurrere ad not. per Bart. & Salic. in l. 1. C. fam. hercis. & Ang. Aret. Instit. de act. §. quędam actiones col. 4. ex quorum dictis poteris comprehendere. Et puto, quod nõ currat, nisi à die quo sciuit, arg. l. 1. C. de ann. excep. nam nõ valenti, &c. Sed ante possessionẽ in prędictis casibus nõ poterat agere per l. si hęreditatem, & l. regulariter cum seq. ff. de pet. hęred. ergo &c. quod nota, & adde quod pulchre dicitur in simili in rei venditione per Paul. Castr. in l. si constante §. fin. 2. col. ff. sol. matr. dum allegat tex. cum Glos. quæ non est alibi in l. si à te §. 1. ff. de execut. rei iud. quem vide.

CAP. CLXXXVIII.

ANT. LANC. Ibi *Reuideri*. Sed quando proceditur per viam grauaminis, & non reuisionis. Dic tunc per viam grauaminis procedi, cũ denegatur appellatio quia vna species appellationis est, Nec suspendit exequutionem sicut appellatio. Idem in reuisione quæ idem est quod supplicatio quæ exequutionem non suspendit, & de prędictis tribus, scilicet supplicatione, reuisione, & via grauaminis expresse loquitur Bart. in l. per hanc col. prima C. de tẽp. app. In quibus causis concedatur supplicatio, si denegatur appellatio, vide Paul. de Castr. in l. si quis C. de precibus imperat. offer. & Ias. in auth. quæ supplicatio in 2. col. eod. titulo vide Dec. in capitulo pastoralis in pen. colum. de appellat. cum cõcord. & est conclusio, quod vbi appellatio denegatur ex pręeminentia Magistratus, admittitur supplicatio d. l. si quis & l. prima C. de sent. prefect. Pręt. quod

A limita in caussis criminalibus in quibus à M. C. non appellatur ex forma Ritus, & tamen nec supplicatur cogita. quia si est, quia à statuto prohibetur appellatio, & eodem modo supplicatio, vt dicit Dec. in dicto capitulo pastoralis quod non admitto simpliciter quando statutum fundatur ex pręeminentia Iudicis. Si vero de iure communi denegatur appellatio tũc supplicatio etiam denegatur nisi beneficio ętatis, & fauore matrimonij ita tenent Glos. & Cano. in cap. ex litteris

B de in integrum restitut. & Cyn. in l. fin. C. vt lit. pend. vbi ipse dat cautelam. Si lata est sententia spolij in M. R. C. pars succumbens supplicauit, alia pars denegat, & certe de iure communi appellatio in possessorijs admittitur, licet executio non suspendatur l. 1. C. si de mom. poss. fuer. app. & secundum hoc supplicatio non debet denegari. De iure huius Ritus, in spolio non appellatur. Quia omnes defensiones denegantur, & sic etiã appellatio l. 1. ff. de appellat. & hoc

C est etiam à curijs inferioribus ad M. C. & non ex pręeminentia Iudicis, Sed ex Priuilegio causę melius est, vt dicamus, quod à curijs inferioribus facta retentione non appellatur ad M. C. à M. C. vero non appellatur ex pręeminentia personę, & sic poterit supplicari.

CAP. CLXXXIX.

D ANT. LANC. Ibi *Post mortem*. Hic Rit. videtur exorbitare à thetorica Innoc. & Io. Andr. in c. salubriter extra de vsur. quam tenent Moder. in l. diuortio in princ. ff. sol. matr. vbi dicũt, si dos cõsistit in pecunia numerata etiã, ex hęredum viri mora lapso anno secundum tenorem §. exactio l. primę C. de rei ux. act. non posse mulierem nec alimenta petere, si de facili possit habere sortem secundum Imol. in d. l. diuortio, Nec vllud lucrum cũ cẽseatur vsurariũ,

E & sic prohibitum, vt in cap. in omnibus de vsur. Sed dumtaxat possit petere interesse, de quo per eos in locis alleg. vnde videtur innouata hęc therica iuris communis à Rit. isto. Sed an cum bona conscientia hoc Rit. mulier vtatur vide per d. Paul. de Castr. in d. l. diuortio in princ. col. 5. & in l. insulam §. vsuras eod. titul.

Ibi *Pro quolibet centenario*. Sed quęro quid in dotario non soluto, vide Andr. de Iser.

de Iser. in c. 1. §. donare col. pen. qual. olim feud. alien. pot. vbi dotarium æquiperatur doti per l. fin. §. fin autem C. de don. ant. nupt.

CAP. CXC.

ANT. LANC. Ibi *Ex delicto*. Et ideo debitum expensarum actoris calumniantis, & non probantis tamquā descēdens ex delicto non posset excusari subterfugio paupertatis, quia conuenietur de persona, & hoc in priuatis delictis, Nam in publicis pauper non fuisset admissus ad accusandum in principio vt l. hos accusare cū l. seq. ff. de accusat.

Ibi *Non occultauerit bona*. In hoc est conformis Rit. iste iuri communi, secundum Glos. & Ang. Aret. in x. col. Inst. de act. in §. item si quis in fraudem.

CAP. CXCI.

ANT. LANC. Ibi *Vnum tantum pedagium*. Sed hoc puto respectu pedagij quod vnum est, sed non respectu processus vniuscuiusq; caussæ, qui cum separatus sit, & discretus separatum debet honorarium habere, arg. l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extra ord. cogn. Et adde ad materiam Glos. Inst. de act. §. tripli, ad quod facit quod ī simili dicit Bart. in l. 1. in fin. ff. de testam. & refert Ang. de malef. in verb. nec non ad querelam Titij col. 35.

CAP. CXCII.

ANT. LANC. Ibi *Facta discussione*. Sed ista discussio de iure communi non est necessaria quando expressè est teseruata in contractu manus iniectio, vt not. in l. creditores C. de pign. & in l. qui iurisdictioni ff. de iur. om. iud. Et ideò stilus Curiæ seruat hunc Rit. in tacita manus iniectione, & non in expressa, quod sentit verbum. ibi *Si non reseruauerit*, Et dictio *Etiam*, exponitur per videlicet, & sic stat declaratiue non implicatiuè, nec inconuenit, quod vna dicto exponatur pro alia secūdum subiectam materiam, secundum

A Glos. in l. eas caussas ff. de cond. & dem. & refert Imol. in l. Lucius la 2. col. fin. ff. de hær. inst. Et in hoc Ritus iste exorbitat à iure communi, quia de iure communi, nisi expressè reseruet dominium, vel manus iniectionem, tunc nullum habet priuilegium in re ipsa vendita, sed cōuenit cum ceteris creditoribus in hypothecaria; attenta temporis prærogatiua, vt l. quidem ff. de in rem vers. & merito quia tradendo, & sequendo emptoris fidem amittit dominium Instit. de

B rer. diuis. §. venditę, Tamen aliud est de iure huius Ritus vide not. in l. creditor ff. si cert. pet. & vide Bart. Paul. de Castr. & DD. in l. si cum dotem §. fin. cum leg. seq. ff. sol. matr. & ibi Imol. dum allegat l. ex ea. Et quod dictio, *Etiam*, in casu istius Ritus debeat impropriari probat doctrina Bart. in l. omnes populi col. 18. in princ. ff. de iust. & iur. vbi vide Bal. & Alex. in l. si ab hostibus in 2. col. ff. sol. matr. dum exponit dictionem *Etiam*, positam ibi in tex. C. de rei vend.

C & refert ibi Com. op. & eam limitat, & adde per Ang. Aret. Instit. quòd cum eo §. interdum col. vltima. Et aduerte ad istum Rit. in fin. c. quod præfertur tantū, vt ex tunc licet præferatur anterioribus, vigore istius nouæ dationis pecuniæ suæ.

Sed quid si dominus pecuniæ dederit ad opus, vt se redimat ab antiqua alicuius creditoris primi hypoteca, & specialiter ad hoc opus, an ex hoc succedat in illam antiquam. Hęc est alia quæstio

D de qua in l. 1. C. de his qui in prior. cred. loc. succed. per Glos. & scrib. in l. Aristo, vbi similis Glos. & ibi Bart. ff. quæ res pign. oblig. poss.

Sed an Rit. iste sit correctorius iuris communis, & dic quod sic, quia licet res mea alteri vendita extaret, vel redēpta ex pecunia mea, non habeo priuilegium, vt præferri debeam ceteris, de quo vide Bartol. & alios in l. si cum dotem §. fin. ff. solut. matrim. licet in emen-

E dis habeat tacitam hypotecam auth. quo iure C. qui pot. in pign. sequitur Alex. in d. §. fin.

CAP. CXCIII.

ANT. LANC. Ibi *Aut carceretur*. Non statim sed infra spatium mediocre nec maximum, nec minimum l. ratione ff. de public. iud.

Nota

Nota quod quando est præfixum tempus non habet locum nisi quando promissio sit facta simpliciter. A

CAP. CXCIX.

ANT. LANC. Ibi *Via publica*. Quæ licet impediat ius prothomiseos, non tamen impedit acquisitionem proprietatis vicini fundi, vt l. maritus ff. de acquir. rer. dom. & dixit Glos. Inst. B de rer. diuis. §. flumina.

CAP. CCI.

ANT. LANC. Ibi *Accrescit*. Verum cum is qui est potior in iure in recuperando tacet debet ei dari dilatio breuis iudicis arbitrio statuenda, vt recuperet, & eo non curante comparere poterit alius remotior recuperare, alias autem si remotior haberet integrũ tempus recuperãdi expectare, reperiretur delusus, cum simul, & semel præscriptio recuperandi curreret vtriq;.

Antonij, & Blasci Lanceæ, Finis.

ANNO-

ANNOTATIONES IVRIS CONSVLTI PRAECLARISSIMI IOANNIS ALOYSII SEPTIMI SVPER RITV REGNI SICILIAE.

AD PROHEMIVM.

VBI *Obseruari* Est de iure seruanda forma tradita ab isto Ritu, secundum Cyn. & omnes in l. 2. C. quæ est longa cõs. & Bal. in l. de quibus ff. de legibus, &, ea non seruata, non valet actus. l. sacri affatus C. de diuer. rescrip. l. probatorias C. de diuer. offic. lib. 12. & not. DD. in aut. quæ supplicatio colum. 2. C. de prec. Imper. offer. Bartol. in l. ius publicum ff. de pact.

Ibi *Quorum est &c.* Adde plenius Andr. de Isern. in proh. cõst Regni, & Bar. in l. 1. ff. quod quisq; iur. Cyn. in l. formam C. de off. præf. pręt. Orien. Salic. in l. 2. C. de legib. Quęro an clerici possint, & debeant vti beneficio huius Ritus, ita quod eorum contractus possint habere executionem paratam in casu, quo loquitur Ritus. Dic, quod sic, secundum Bal. in l. de quibus 1. col. vers. sexto quęro ff. de legibus quia priuilegium concessum ciuibus extenditur ad clericos c. dilecti, vbi not. de foro comp. Et clericus de vniuersitate reputatur Bal. in c. 1. de mil. vass. & const. & consuetudo seruatur in ecclesia, si per laicos debet seruari, & laici ad hoc compelli possunt Alex. cons. 123. in princ. 5. vol. vbi allegat multa.

CAP. XCVI.

A IN ver. *Iudiciorum*. In plurali numero, quoniam plura sunt iudicia, & iudiciorum genera Prima diuisio quoddã vniuersale, vt petitio hęreditatis, vel actio de peculio: generale, vt actio de tutela: particulare, vt cum vnica res petitur. Glos. magna in l. 1. ff. de eden. Secunda diuisio quoddam simplex, quoddam duplex, .i. quo vnus substinet personam actoris, & rei, vt in iudicio familię ercifcundę, communi diuidundo, & B finium regundorum. l. in tribus ff. de iudic. Tertia diuisio quoddã ordinarium, quoddam extraordinarium, vt declarat Glos. in c. quoniam contra de probat. Glos. in c. dilecti de sent. excom. l. cum filiusfam. ff. si cert. pet. Quarta diuisio quoddam plenarium, quoddam summarium. Clem. dispendiosam de iudic. C Quinta diuisio, quoddam incidens, quoddam emergens quæ declarat Glos. in l. quod iussit ff. de re iud. Glos. in l. 1. & ibi Salic. C. de ord. iudic. Sexta diuisio quoddam mere temporale, vt quando litigatur super re profana, quoddam mere ecclesiasticum, vt quando litigatur super re ecclesiastica, quoddam mixtum, vt D quando litigatur de iure patronatus, vt declarat Glos. in c. cupiens 7. dist. vltima diuisio quoddam mere ciuile, quoddam mere criminale, & quoddam mixtum. Et dicitur mixtum quando pęna partim applicatur Fisco, partim parti. Nam quoad Fiscum dicitur criminale, quo vero ad partem dicitur ciuile, & similiter

militer quando maritus agit contra vxorem ad separationem thori. Nam quoad hoc dicitur criminale, quoad dotis fructus dicitur ciuile. De his Salic. & Ias. in rubr. C. de iudic. Item circa hoc ver. *Iudiciorum*. Not. quod hoc verbum multis modis capi potest. primo pro litis instantia, quę consistit stantibus reo, iudice, & actore. c. forus de verb. signif. & ita accipitur hic, & ff. & C. de iudic. per tot. Secũdo pro vltima voluntate. l. 1. C. de sacr. eccl. Tertio pro discretione. l. cum prętor ibi *Iudicio carent*. ff de iudic. B Quarto pro actione l. in tribus ff. de iudic. & alijs modis, de quibus plene per Glos. in §. pręterea Inst. quibus non est permis. fac. testam.

Ibi *A citatione*. Citatio debet esse certa, alias non valet. Quia ideo fit citatio in persona, vt pars citata comparerens possit de iure suo docere, ergo, si citatio non erit certa, & certum continens pars citata nesciret super quo iure quæritur, vide Lanfranc. vbi supra per tot.

C Ibi *A qua iudicium incipit*. Concor. Inst. de perpet. & temp. act. §. fin. Bart. & omnes in rub. ff. de in ius voc. vbi plene Ias. alibi dicitur à litis contestatione, quod intellige effectualiter, & perfecte, vt partes obligentur instantiæ, secundũ Paul. in d. Rub. vide Lanfranc. in cap. quoniam contra de probat. & Inst. de perpet. & temp. act. in princ. & l. eius C. de procurat. Angel. & in l. 1. C. de iudic.

Ibi *Infra terminum quadraginta dierum*. De tali citatione est tex. ad literam in cap. prudentiã circa principium de off. deleg. & in c. literę eo. tit. l. consentaneum C. quomo. & quan. iud. & ibi Bart. & omnes, & per Specul in §. sequitur in princ. tit. de citat. vbi habes formam qualiter debent fieri istę literę. Nã in eis debet contineri nomen actoris citantis, & citati super quo, & ad quem diem, & ad petitionem cuius, vel per se, vel per legitimum procuratorem eius idoneum instructum, si ciuiliter, vel si criminaliter ageretur debet poni quod personaliter compareat, nisi sit persona, quæ possit per procuratorem litigare. Et quod dictę literę possint dirigi tam citato quam alteri, qui citet Lanfranc. in d. c. quoniam contra nu. 1. in ver. citationes cum quatuor sequentibus. Et, an iudex delegatus possit citare ad literas, vide vbi supra, & vide const. Regni in tit. de citator. lit. Sed an requiratur, quod prędictę literę pręsententur, vt literę re-

A sponsales aliqui tenent quod sic, sed aliter puto esse de mente cap. vide l. 2. C. vbi in rem act.

CAP. XCVII.

IN tex. ibi *Peremptorio*. Debet ergo citatio esse peremptoria, vt dicatur contumax, vt possit fieri missio, de quo per Bar. in l. consentaneum C. quom. & quan. iud. Salic. in l. cum proponas C. de bon. Auth. iud. possid. ad hoc autẽ, vt quis dicatur contumax, & vt inobediens possit in expensis cõdemnari sufficit vnica citatio Bart. & ibi Alex. in l. 1. & 2. ff. si quis iud. non obtemp. & in l. sancimus vbi Doct. C. de iudic.

Ibi *Citatus*. Quando dicatur peremptoria, & quot modis fiat, vide Lanfranc. in d. c. quoniam contra in ver. citationes nu. 15. An iudicis admonitio dicatur peremptoria; & quibus casibus requiratur peremptorium, vide eundem vbi supra num. 14.

Ibi *Comparet*. Quid si non cõparet ex causa necessaria, quia locus ad quem nõ est tutus. dic, quod non multatur, quinimmo fauetur, cum saluti hominum sit magis fauendum l. recusare §. si vno loco, & ibi Doct. ff. ad Trebell. Lanfranc. vbi supra nu. 9. & quando non comparens multetur, vide in c. propter hęc de dilat. An citatus teneatur comparere, si certũ sit non esse de iurisditione iudicis, coram quo citatus est, puta quia citatus est clericus vt compareat coram iudice seculari, dic quod non. l. fin. ff. de iurisd. om. D iud. Lanfranc. vbi sup. nu. 12. & 13.

Et quid si dubium sit, an sit de iurisditione. Dic quod debet comparere coram ordinario. l. si quis ex aliena ff. de iudic. De quo vide Lãfranc. eo. nu. Socin. in l. ex quacũq; ff. si qs in ius voc. nõ ier.

Adde, quod citatus coram iudice incompetenti non tenetur litigare Ang. in §. ęque in 2. col. circa fin. Inst. de except. & in l. fin. C. si à non compet. iud. fallit in casu prout dicit Bart. in l. pręcipimus §. eo. C. de appellat. Et an iste E qui venit coram iudice incompetẽti sufficiat dicere, quod non intendit consentire in eum. Dic, quod non sed debet dicere comparui quatenus de iure teneor. ita Alex. in l. si ita sit adscriptum ff. de legat. 1.

Ibi *Realiter*, Quæ nam sit realis actio vide §. actionum Instit. de act. & Glos. in ver. realiter. vide omnino Bar. in l. si finita §. Iulianus in 6. col. ff. de dam. inf.

§. si ve-

§. si vero Auth. de exhib. reis cũ Glos. vbi quæritur, an hoc procedat in reali, & tenet quod non est necessarium secundum decretum in reali.

Ibi *Mittendus est*. An missus in possessionem ex primo decreto dicatur verè possidere, vide text. in l. cum legatur ff. ex qu b. c. us. in poss. eat. Et nota, quòd talis missus ex primo decreto habet contra alienantem rem actionem in factum, & talis alienator tenetur ad omne damnum, & interesse secundum Spec. in tit. de primo decret. §. 1 im de effectu vers. B sed pone quod missus. Et circa prædicta, an missus ex primo decreto possideat, vide per Bart. in l. si finita §. Iulianus ff. de d. m. infect. plenè Ias. in l. 3. §. genera in fin. ff. de acquir. poss. Et nota, quod non procedit vsucapio iuxta dicta per Alex. in l. iustè possidet ff. de acquir. poss. nu. 1. & vide tex. in l. si quis emptionis C. de præscript. trigint. vel quadrag. ann.

Ibi *Personaliter*. Quæ sit actio personalis, vide §. actionum Instit. de act. Et, an missus ex primo decrero dicatur per- C sonaliter possidere, vide in supradicta l. cu legatur, & omnino per Alex. & Doctor. in Glos. in ver. possessio in l. 3. ff. de acquir poss.

Ibi *Mensura*. Et est hoc hodiè de iure Codicis; sed de iure ff. in omnibus vt dicit Bart. in l. si prius in ver. oppono ff. de no. op. nunt. in l. consentaneũ C. quo. & quan. iud. in Auth. ei qui C. de bon. auth. iud. possid. & in l. properandum, vbi Alex. C. de iudic. vide not. in l. Fulcinius ff. ex quib. caus. in poss. eat. adde Bald. in d. Auth. ei qui. Fallit, quando agens habet et omnia bona hypothecata, quia tũc potest in oibus bonis fieri missio, secundũ Glos. in d. §. si vero in Auth. de exhib. re. Specul. in tit. de primo decreto §. 2. vers. qu d in act one hypothecaria.

Ibi *Summariè*. Scilicet per vnum testem, secundum P ul. de Castr. in l. 2. C. vbi in rem act o d t. Et Specul. in §. sequitur in tit. de contum. Bart. in l. si quis à liberis §. si quis ex his ff. de liber. agnoscen. Alex. in l. à d uo Pio §. si super rebus ff de re iud c. Ab. b. in cap. quoniam frequenter vt lit. non contest. Bar. in l. Fulcinius §. cum hoc ff. ex quib. caus. in poss. eat. adde Marant. in 9. distin. nu. 178. cum seq. vbi dicit quod etiam per iuramentum potest constare de debito summatim, quem vide.

Ibi *Affectus*. Quod tędium causatur ex missione in possessionem d. l. si finita vbi Bart. ff. de damn. infect.

A Ibi *Compareat*. Scilicet quãdocunque infra annum, vt l. si quis emptionis, vbi Bart. C. de præscript. trigin. vel quadragin. ann.

Ibi *Expensis*. Concordat l. Sancimus C. de iudic. & ibi Bart. & Glos. in l. 1. ff. si quis ius dic. non optemp. Et qualiter succurratur Reo, contra quem fuit interpositum primum decretum, vide Bart. in l. si prius in 10 oppositione ff. de no. per. nunt.

Ibi *Contumacia*. Efficitur contumax istis tribus modis. Primo, si citatus non compareat l. properandum §. si quidem, vbi Ias. C. de iudic. secundo, si compareat, & illicentiatus recedat, secundum Bart. in l. consentaneum in fin. C. quo. & quan. iud. Tertio, si comparet, & non vult respondere, & in istis tribus casibus habet locum l. Sancimus vt dicit ibi Ias. quæ etiam habet locum, si reus, vel actor voluerit litigare, & litigauerit in expensis, vt dicit Bald. & Ias. in l. ędita in fin. C. de eden. Dicitur autem contumax multipliciter Salic. in d. l. properandum §. fin autem reus.

Ibi *Augustale*. Quod hodiæ non seruatur.

Ibi *Perseuerauerit*. Intellige vsque ad annum.

Ib *Ius commœne seruetur*. Scilicet post annum, vt vlterius non audiatur in possessione, sed in proprietate tantùm, siue realiter, siue personaliter agatur: secus si pro quantitate sit missio in re aliqua, quia tunc etiam post annum, ne- D dum in proprietate, sed etiam in possessione auditur, vt eam possessionem recuperet, solutis expensis, secundum Paul. & omnes in d. l. 2. C. vbi in rem act. det. & in l. si quis emptionis §. penult. & vlt. C. de præscript. trigint. vel quadragin. ann. & not in cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Sin autem fuerit lis contestata, vide Doct. in d. l. 2. & in d. l. cõsentaneum, Innoc. & Doct. in d. cap. quoniam frequenter. Pro intelligentia istius capituli dic in summa, quòd, reo E peremptorie citato non cõparente, debet fieri missio in possessionem causa rei seruandę, siue realiter, siue personaliter agatur modo vt supra. Et talis missio infra annum non operatur possessionem veram, sed custodiam, & obseruationem rei, per l. cum legati ff. ex quib. caus. in poss. eat. &, reo in contumacia perseuerante, missus post annum efficitur verus dominus huius possessionis, & facit fructus suos. l. Fulcinius §. fin. ff. ex quib.

D caus. in

caus. in poss. eat. Specul. in tit. de primo, & secundo decreto §. restat vers. autem. & hoc per secundum decretum post annum interponendum. Bart. in l. 3. §. fin. ff. de acquir. poss. & ibi omnes Doct.

CAP. XCIX.

IBi *Quinque modis*. Adde sextum per viam effectus, & tunc talis effectus est loco libelli. Specul. in tit. de lib. obl. §. nunc videndũ vers. 6. Bald. in l. ab executione vers. quæro C. quor. app. nõ recip. & hoc, parte consentiente, aliàs nõ seruatur talis stilus. Vide quæ scripsi in cap. 139. Nota, quòd, quando in scriptis procedendo plures causarentur expẽsæ, quàm valeat res litigiosa, iudex sine scriptis procedere debet, secundum Bart. in l. mediterraneæ C. de ann. & trib. lib. 10. per tex. in Auth. vt omnes obed. iud. §. 1. Ibi *Aut plures expensas*. Paul. in l. quędam C. de pedan. iudic. Item in caussis breuiorib. Aut. nisi breuiores C. de sent. ex peric. recit. Ideo tutor, qui in conficiendo inuentario plus expendere deberet, quàm res valeat non tenetur, nec debet illud conficere, ita Bart. in d. l. mediterraneæ, & ibi Ang.

Ibi *Via exequutiua*. Et sic ab extrema parte iudicij, quod à iure communi exorbitat l. cũ nulla C. de re iudic. An instantia in exequutiuis sit perpetua, vel trionnalis. Et dic quòd, licèt Bart. in l. litibus C. de agr. & censit. lib. 11. concludat, quòd in exequutiuis, ex quo summariè proceditur, & sine tela, & figura iudicij, cum ab extrema parte incipiat, nõ contrahitur hermodicium per triennium; sed instantia durat perpetuò, nam l. properãdum secundum eum loquitur in casibus, in quibus sit lis contestata, quod cum nõ conueniat in executiuis, nec verba legis conueniunt, & multò minus conuenire debet legis dispositio. l. quod constitutum ff. de mil. test. & l. constitutionibus ff. ad municip. Nihilominus eius opinio est cõmuniter damnata per posteriores, maximè per Bald. in l. si causam C. de exe. rei iud. & in l. 1. C. de iuram. calum. & per Ang. in l. si seruus ff. de his qui not. infam. & communiter Scrib. in d. l. properandum in princ. Mouentur, quia, licèt instantia initium sumat à litis contestatione, tamen vbi lis non contestatur de natura causæ, statim, quod iudex incipit tractare de meritis etiam resultat idem effectus, ac si fuisset lis contestata, per tex. in l. nulla C. de procur. Itaque,

A licèt in executiuis non soleat lis cõtestari, tamen instãtia incipit, ex quo inchoatur tractare de meritis, videlicet, facta est executio contra aliquem virtute alicuius contractus, tunc incipit instantia quando ille, contra quem est facta executio opponit se aduersus merita contractus; quod ille actus tractãdi merita eundem effectum inducit quem litis cõtestatio vera. Et oportet, quod talis actus cõcernat merita causæ, secundum intellectum Bald. si benè ponderetur, in d. l. 1. C. de iuram. calum. & quia quotidianũ

B est tene menti. Sed quæritur cui pereat instantia opposito, an opponenti. Dic, quòd opposito secũdum Paul. de Castr. in l. in omnibus C. de iur. calum. & latius in l. properãdum C. de iudic. & ratio est, quam ponit Spec. in tit. de iur. cal. §. super, vers. pone peto à te centum, & ita aliàs obtinui apud M. C. in causa Baronis Militelli cum Barone Mungialini. Sed per practicos dabatur distinctio, quod illi pereat, per quem factum fuerat, quo

C minus causa prosequeretur. vide Clarius quæ scripsi in cap. 115. item in causa oppositoria.

CAP. CI.

IBi *Publicum*. Nota, quod aliud est instrumentum publicum, aliud priuatum. publicum est quod manu publicæ personæ publicam authoritatem habẽtis est confectum, vt per notarium, seu tabellionem cap. 2. & c. inter dilectos de

D fid. instr. Aut. at si contractus C. de fid. instrum. Et eodem modo, si scriberetur apud acta publica. l. gesta C. de re iud. & qualiter dicatur in publica forma redactum, vide plenè per Spec. in tit. de fid. instr. §. nunc dicendum restat. Et generaliter omnis scriptura dicitur publica cui de iure, vel consuetudine creditur, secundum Spec. ibi. Priuatum instrumentum est quod à quocunque scribitur, & istud non probat pro scribente. l. non exemplo, & l. non epistolis C. de probat.

E tamen contra scribentem plenè probat l. Publia Meuia §. fin. ff. depos. Bart. & omnes in l. admonendi ff. de iureiur. & de alijs speciebus publicorum, & priuatorum instrumentorum, vide tex. in l. si quis ex argentarijs, & l. quædam §. nummularios ff. de eden. & in istis priuatis nõ habet locum hæc constitutio, sed in publicis. Sed quæro an ex cedula priuata ex pacto possit fieri executio. Dic, quod non, quia littera hic requirit instrumentum

tum

tum publicum manu tabellionis, nam respectu scribentis dicitur publicum, vt not. in l. 1. §. ius publicum ff. de iust. & iur. & iste Ritus est propriè intelligẽdus l. quicquid astringendæ cum sim. ff. de verb. oblig. Item, quia cõsensu partium non potest fieri, vt scriptura priuata habeat fidem publicæ scripturæ. quòd ex hoc sequeretur, quòd priuati possent facere notarios, quod non permittitur. & hoc est dictum singulare Innoc. in cap. cũ P. tabellio de fid. instr. licet priuati possint facere, quòd scriptura faciat plenam fidem, sicut quando statur dicto vnius, secundum Alex. in l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. & decidit idem Alex. cons. 95. incip. in causa & lite vol. 1. Quæro quare instrumentum guarẽtigiatum habet exentionem paratam, sicut sententia, & confessio. Dic, vt in l. debitoribus, & l. post sententiam ff. de re iud. & per Bart. in l. 1. ff de confess. quia confessio facta coram notario valet, ac si facta coram iudice An autem super his instrumentis possit transigi, vide Bart. in l. si causa cognita C. de trans. & ibi not. Quæ sint instrumenta guarentigiata, & quid sit guarentigia, vide Ias. in l. error C. de iur. & fact. ign. & de differentia inter instrumẽtum guarentigiatum, & confessionatum, vide in l. etiam. 1. col. C. de exec. rei iud. & in cap. dudum 2. de elect. & Rom. cõs. 330. Aduerte, quòd prius debet constare quod instrumentum habeat requisita ab isto Ritu, pro quo vide Apost. ad Io. de Ferrar. tit. de for. exeq. in Glos. in verb. sapiens, vers. sed posito, & in ver. grauato in fin. Quæro iudex mandat instrumentum exequutioni, & præcipit satisfieri creditori, an à tali interlocutoria possit appellari. vide in l. stipulationum ff. de verb. oblig. Andr. de Ysern. in Cõst. Cõstitutionum, tit. In quib. reb. pet. tric. vbi dicit, quòd tale præceptum de soluendo est sententia, & potest ab eo appellari, alleg. modern. in l. ait prætor §. nõ solum ff. de minor. & in Sicilia potest appellari licèt appellatio non suspendat, iuxta ea quæ habentur in cap. 116. Quærit Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patr. stante statuto, quòd instrumenta guarentigiata possint exequi, vt sentẽtia, an procedat in instrumento confecto extra territorium; & an stãte statuto quod possint executioni mandari, etiam parte non citata, procedat etiam in instrumento cõfecto extra territorium statuentis. pro primo quæsito vide not. per Doct. in l. cunctos populos C. de sum. trin. & pro vl-

A timo dic, quòd sic. quia quantum ad ordinem iudicij inspicitur locus iudicij, vel executionis, & non confectionis instrumenti. l. 2. C. quemad. test. aper. l. missi opinatores C. de exact. trib. libr. 10. & facit quod not. Bart. in l. à diuo Pio §. sententiam Romæ ff. de re iudic.

Ibi *Expressam, & præsentem*. Idem dicit Bald. in l. fin. col. pen. C. mand. quòd, si non habeat expressam obligationem nõ fiet executio. Et expressum censeri potest, etiam quod coniecturis perpendi possit l. licèt ff. de legat. 1. l. si quis

B locuplex ff. de manumiss. test. & id quod ex mente percipitur. Bart. in l. prętor ff. de nou. op. nunc. & etiam id, quod ex generalitate percipitur. & ideo, si apparet instrumentum dotis, in quo maritus confitetur dotem recepisse, sed non promittit restituere, tamen quia intelligitur l. 1. C. de rei vxor. act. habet executionem paratam ita tenet Bald. in l. ad probationem C. de prob. & in l. cum acutissimi C. de fideicom. & in l. cum quid ff.

C si cer. pet. Contrarium tenet Bart. in l. 1. ff. de his quæ in test. delen. Item, si esset debitum conditionale, non posset fieri executio. nam cõdictio nihil ponit in esse, & Ritus iste requirit, quòd obligatio sit pręsens. l. cędere diem ff. de ver. sign. vide Ang. in l. fin. §. 1. ff. de vulg. & vide quæ not. Ang. & post eum Paul. de Castr. in l. si ita stipulatus ff. de verb. oblig. Et an illud dicatur expressum quod tacitè inest de mente, vide Alex. in l. ait prętor

D ff. de nou. oper. nunc. Et an stipulationes tacitę habeant executionem paratam, vide Andr. Barb. in l. cum acutissimi in fin. C. de fideic.

Ibi *Probatione extrinseca*. Intellige hunc Ritum sanè, & subaudi ex causa principali, secus in accessorijs, & declaratorijs, vt in cap. item quod diximus inf. eod. Nam declaratio non potest dici extrinseca ab instrumento fundata, & declarata per aliquod extrinsecum, vt forte per testes. ad quod vide quæst. disputatam per Bald. in l. fin. C. de fidicom.

E Bart. post Butrig. in l. certi conditio ff. si cer. pet. & ibi per D. meum.

Ibi *Ponatur in continenti in possessionem*. Scilicet per primũ decretum cuius formam habes per Spec. in tit. de primo, & secund. decret. §. 1. per Bart. in l. si finita §. Iulianus ff. de dam. infect. & hoc verum, nisi debitor sit promptus soluere. Verum quod non tenetur nisi prius præstetur sibi à creditore de duplo: tamen non auditur ad satisdationem de duplo,

nisi prius depositata pecunia penes Magistrum Notarium, vt illam habeat de præsenti coram iudice solutioni destinatam, aliàs enim non auditur.

Ibi *Prout de iure Fuerit*. De iure communi contra absentem causa reipublicæ non proceditur, & ideo non potest conueniri, nisi conueniat, l. 2. §. legatis ff. de iudic. Intellige tamen in caussis incipiendis; secus in inceptis, nam tunc benè potest procedi, & tenetur relinquere procuratores, per tex. in l. eumdem §. fin. ff. de legat. vbi vide Glos. an hoc casu detur restitutio. Et sic Ritus primo ponit regulam, vt possit procedi executiuè cõtra absentem, deinde ponit exceptionẽ in absentibus causa reipublicę. regula ibi *Non audita excusatione absentię*. Exceptio ibi *Nisi debitor causa reipublicę*. Sed quæro, an ista exceptio trahatur ad omnes similes causas, scilicet in omni absentia probabili, & necessaria, vide not. per Glos. & Doct. in l. fin. ff. de integr. rest. Salic. in l. illud C. de Sacrosf. Eccles. Bar. & Salic. in l. si certis annis C. de pact. & in l. 1. C. de fideic.

CAP. CII.

AN hoc statutum valeat, quòd instrumenta habeant executionem paratam, vide Bald. in l. de quibus ff. de legib. Et an liget clericos, Azo in summa de Const. dicit, quòd non. sed Bart. in l. 1. C. de sum. trin. dicit, quòd sic. quia processus qui seruatur in Curia laicorũ, seruatur etiã in curia clericorũ. cap. cũ causam de re iud. sed Bald. in d. l. 1. tenet cum Azo. contra Bart. & idem tenet Ant. de Butr. in cap. clerici de for. cõp. dicens, quòd clerici possunt vti dicto statuto virtute cõuentionis in fauorem sui, sed contra eos non potest fieri executio in Curia Episcopali. Et idem tenet Io. Andr. in Addit. ad Spec. & Host. in sum. secundum quòd refert Bald. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Ego dicerem, quòd aut statutum est in personam, aut in rem, primo casu nõ ligat clericos, quia sunt maiores. l. 3. C. de sum. trin. & minor non habet potestatem contra maiorem l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Trebell. secundo casu, aut res erat clerici tempore conditi statuti, & tunc non ligat, aut vero post factum statutum, & tunc ligat. arg. l. via §. si fundus ff. de seru. rust. pręd. l. aliena ff. de contr. empt. & not. in l. ex ea causa ff. de post. in cap. constitutus de

A rest. in integr. cap. dilecti filij de for. cõp. & cap. fin de vit. & hon. cler.

Ibi *Instrumentis*. Quæ debent continere obligationem expressam, & præsentem, vt supra cap. prox. & caussam, aliàs essent nulla. l. generaliter, & ibi Salic. C. de non num. pec. & l. 2. C. de dol. mal. & met. exc. nec executionẽ habere mererentur, secundũ Alex. cons. 4. & cons. 83. vol. 1. post alios, quos ibi allegat. Not. quòd istud, quod hic dicitur, quod instrumenta habent executio-

B nem paratam intelligitur quoad creditorem, non autem quoad tertiam personã, etiam si illius intersit, vnde si vir stipulatus sit dotem, & mortuus sit, vxor non agit via executiua ex illo contractu. tex. est, & ibi Bald. in l. si pater C. de dot. promis. nisi cedatur actio, vt ibi habetur. & vide Bald. in l. vbi adhuc in 7. col. in princ. C. de iur. dot. & sicut ad petitionem tertij non habet locum executio, ita nec contra tertium, vt singulariter determinat Bald. in l. 1. C. de leg. & in l. 2.

C C. si vn. ex plur. vbi dicitur, quòd contra tertium nõ potest via executiua procedi, etiam si detineat rem obligatam. Adde quod licèt instrumenta habeant executionem paratã ad instantiam principalis, nihilominus etiam istud procedit in cessionario, qui habet vtilem actionẽ virtute cessionis, vel natura contractus, vbi competit actio vtilis sine cessione, vt per Bart. in l. 1. ff. de act. & oblig. & in l. 2. C. eo. tit. 2. lect. & ibi add.

D Ibi *Depositi*. Idem de iure communi l. si quis, & ibi Bart. C. depos. Bart. & Bal. in in l. si quis vel pecuniam C. de Episc. & cler. Adde, quòd inficiando depositum committitur furtum, & potest accusari. l. inficiatio ff. depos.

Ibi *Iure communi*. De iure communi nullus contractus habet viam executiuã. l. minor 25. annis cui fideic. ff. de minor. nisi sit firmatus iuramento. l. 2. & ibi Bar. ff. de iuriur. Ias. in §. si quis 3. col. in fin. Instit. de act. Item, nisi sit contractus depositi, vt supra. Item, nisi sit instrumen-

E tum guarentigiatum. Quia haberet præceptum notarij de soluendo debitum cõfessatum, quod præceptum facere potest vigore potestatis à statuto, vel Principe sibi attributæ, secundum Bart. & Ias. in l. error C. de iur. & fact. ign. Quid in instrumento confessionato, vide Bald. in l. si quidem C. de except. & l. 1. C. de sum. trin.

Ibi *Proceditur*. Via ordinaria per termini dationem, lite contestata, vt inf. de

modo proced. in cauſ. ord. & hoc, ſi vltra vnc. quinque aliàs ſummariè proceditur, vt inf. de modo proced. in cauſ. ſummar.

CAP. CIII.

ET ſic habes, quòd licèt inſtrumentũ nõ faciat mentionem de hæredibus, tamen actio, & obligatio tranſit actiuè, & paſſiuè in hæredes. l. 1. C. vt act. hær. & contr. hær. Bart. in l. qui deceſſit ff. qui ſatiſd. cog. Bald. in l. 1. C. de exec. rei iud. & in Aut. generaliter C. de Epiſc. & cler.

Ibi *Secundos hæredes*. Secundi hæredes dicuntur omnes poſt primos, quemadmodum ſecundæ nuptiæ dicũtur omnes poſt primas, etiam ſi numerus ignoretur. Gloſ. in l. 1. ff. de vulg. & pup. & & in rub. C. de ſecun. nupt.

Ibi *Probata morte*. An talis probatio ſufficiat, ſi fiat poſt executionem, in practica ſeruatur, quòd ſic, & ita eſt de iure. Bart. in l. 1. col. 2. ff. iudic. ſol. puto tamen, quòd adhuc non debeant reijci oppoſitiones aduerſus executionem. Probatur autem mors per vnum teſtem, qui viderit illum mori, aut ſepelliri, vel per famam publicam, vt not. in Aut. hodiè C. de repud. Sed fama publica, & rumor ſolus non ſufficeret. non nunquam enim fallit l. fin. ff. de hær. inſt. & vide de alijs modis probandi, Bart. in l. 2. ff. quemad. teſt. apert. & in l. ſi conſtante ff. ſol. matr.

CAP. CIIII.

IBi *Fideiuſſio*. De iſta fideiuſſione vide tex. de iure communi in §. 1. Aut. de exhib. reis, & vide not. in §. tripli. Inſtit. de act.

Ibi *Compenſari*. Intellige, dummodo ambo debita ſint liquida tunc enim procedit compenſatio l. fin. C. de compenſ. Vnde, ſi creditor dicit non eſſe liquidum creditum debitoris non procederet compenſatio, vt habeat locum hoc cap. quia negatio reddit rem dubiam Gl. in l. 1. ff. de tranſ. & in l. 3. C. quib. ad lib. procl. non lic. Item non procedit compenſatio in contractu depoſiti, cui de iure nõ opponitur exceptio compenſationis. l. fin. C. de compenſ. Item in debito iurato, quando debitor eſt diues, ſecus ſi pauper, vt dicit Afflict. deciſ. 163. & 381. Item in cõtractu mutui, quando eſt renunciatum huic exceptioni compenſationis. Idem in deciſ. 381. licèt regula-

A riter non valeat renuntiatio compenſationis in alijs contractibus, ex quo eſt contra naturalem æquitatem, & contra bonos mores, vt tenet idem in deciſ. 121. Et ratio huius cap. circa compenſationẽ poteſt eſſe, quia compenſatio habet vim ſolutionis, vt not. in d. l. fin. & per Afflict. in d. deciſ. 121. Adde, quòd compẽſatio, vel compenſandi voluntas probatur per duos teſtes, vel per coniecturas, vt per eundem Afflict. in dec. præalleg.

Ibi *Vel non competere*. Vt quia non B eſt hæres, vel procurator creditoris, ſecundum D. Ant. quod non placet, primo enim eſt opus, quòd legitimetur perſona in iudicio quantuncunque executiuo. l. quæratur ff. de teſtam. l. fin. C. de edict. Diu. Hadr. toll. vbi not. Dic ergo Ibi *Pacto*. Scilicet ſuſpenſiuo, vt patet Ibi *Petitionem ſuſpendi*. Vel non competere ex aliquo pacto, vel alio iure obligationis eliſiuo, vt not. in l. ſi vnus §. pactus ff. de pact. Et ex hoc habes, quòd quando aliquis petit ante tempus debi- C tum, & debitor denuntiauerit, quod adhuc non ceſſit dies, & ipſe debitor perſeuerat vſque quo exigat debitum tenetur ad duplum, & in hoc eſt correctum ius commune, vt habes Inſt. de except. §. pen. & hoc contingit propter maiorẽ impertinentiam quia fuit ſibi denuntiatum, & exegit debitum. Sed quando nõ eſſet ſibi denunciatum, vel non exigeretur debitum, ſtaretur pœnæ iuris communis, ſecundum quod duplicãtur induciæ. Sed quomodo poterit creditor petere D ante tempus, cum appareat ex inſpectione contractus. Dic quod creditor fecit aliud pactum extra inſtrumentum, vt nõ peteret vſque ad certum tempus ideo inſtrumẽtum habet effectum executionis.

Ibi *Denuntiato*. Hæc denuntiatio quibus caſibus requiratur, vide quæ poſui in cap. ſeq.

Ibi *Perſeuerante*. Nota perſeuerantiam, ſiuè perfidiã puniri l. alia C. de his quib. vt indign. l. qui cum natu maior ff. de bon. libert. l. ſi quis inficiatus ff. de- E poſ. & poteſt ad iſtum Ritum aſſignari ratio, quia negando ſolutionem videtur quaſi furtum committere, vt l. inficiando ff. de furt.

Ibi *Vt in ſatisfactionis caſu*. Vide in cap. 129. item quod debitor, per quod cap. declaratur, quòd creditor nõ tenetur præſtare, niſi in caſu ſolutionis, vel ſatisfactionis oppoſitæ. & ita fuit per M. C. ſæpius deciſum. Sed puto, quòd illud cap. debet intelligi ſecundum iſtud, eo

quia

quia leges posteriores debent intelligi secundum præcedentes. l. sed & posteriores ff. de legib.

CAP. CV.

IBi *Incontinenti*. Scilicet antequam soluatur creditori poterit duplum petere. Sed videtur, quòd de iure communi aliter puniatur, vt habetur in l. 1. C. de plus petit. Sed dic, quòd ille leges loquūtur in plus petente, & Ritus iste in bis petente, & sic in diuersis casibus. Et not. quòd in isto duplo continetur simplum, B quemadmodum dicimus in furto in quo venit triplum, & in eo includitur simplū, hoc est æstimatio rei sublatæ, vt in §. tripli. Inst. de act. Et not. quòd de iure communi idem plus petens potest puniri crimine stellionatus. l. si fideiussor §. in omnibus ff. mand. Et vt habeat locum hæc pœna dupli requiritur, vt concurrant ista separata, scilicet, quòd soluerit ipsi creditori, vel creditor eum liberauerit per Aquilianam stipulationem, in quibus casibus non requiritur denuntiatio, sed sufficit probatio, in alijs verò casibus, qui notantur in cap. præcedenti requiritur denuntiatio, aliàs non procedit petitio dupli. Et intellige, quòd repetat duplum vna cum possessione, quod non puto verum, quia in isto duplo simplum continetur vt supra dixi.

Ibi *Summarie*. Idest, sine termini datione, & de isto verbo vide Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. summarie.

Ibi *Denegato*. Not. quòd restitutio ista conceditur minoribus, Ecclesijs, & maioribus Reip. causa absentibus. de Ecclesia habes in cap. 1. de in integr. restit. de vltimo habes in l. item hi qui Reip. & l. fin. ff. ex quib. caus. maio. nam Resp. & ecclesia pari passu ambulant, & pari priuilegio lætantur. l. fin. C. de Sacr. Eccles.

CAP. CVI.

IBi *Quindecim dies*. Prędicti quindecim dies non currunt debitori ad se opponendum, nisi prius creditor præstiterit, & hoc iure vtimur. Et not. quòd quindena datur in executiuis antequā soluatur. & hoc, nisi sit appositum pactum de non opponendo. nam per huiusmodi pactum videtur sublatum officium iudicis, secundū Bart. in l. planè ff. de pet. hær. & facit quod not. Bart. in l. 1. §. & parui ff. quod A vi aut clam. vide plenè Ben. de Barz. in tract. de guarent. & hoc hodiè seruatur. Nihilominus dato, quod esset tale pactum non propterea tollitur, quin possit pars cogi ad subeundum, vel interrogandum passiuè, saltim oretenus, si debitum est solutum, nec ne. Nam, licet contra præsumptionem iuris, & de iure omnis tollatur probatio, non tamen tollitur confessio partis. Glos. in Aut. sed cum necesse C. de donat. ant. nupt. Salic. in l. siuè possidetis C. de prob. Nam confessio partis est præiudicialior omni probatione. Sed videtur Glos. in contrarium in l. in contractibus §. illo C. de nō num. pec. verum Glos. illa loquitur in præsumptione iuris, & de iure, quæ in casu nostro non est, ideo videtur impertinens.

Ibi *Antequam procedatur*. Et sic videtur, quod post venditionem nō restituatur possessio, quia quod in vno permittitur in alio prohibetur l. cum prætor in princ. ff. de iudic. cap. non ne, depręs. quod procedit secundum Glos. ibi, nisi C sit eadem ratio prohibiti, & permissi. facit tex. in l. Pedius ff. de arb.

CAP. CIX.

IBi *Non auditur*. Qui etiā punitur pœna l. 1. ff. ne vis fiat ei, quæ est ad interesse. Item quandoque criminaliter, si interuenerit violentia cum armis, l. Iulia, de vi publica l. 3. ff. eod. tit. cuius pęna est deportatio, & bonorum publicatio. §. item lex Iulia, Inst. de publ. iudic. & si D sine armis pæna relegationis, & priuationis tertiæ partis bonorum, cum vis fiat priuata. l. 1. ff. de vi priu. d. §. item lex Iulia. licet per const. Regni cōtra filios nō publicetur, vt in const. violentias, de violen. & not. Doct. in Aut. bona damnatorum C. de bon. damn.

CAP. CX.

IBi *Confectum*. Sed an, si alibi sit confectum habeat executionem paratam, E vide Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patr. & vice supra in cap. 101. ibi in Sicilia.

Ibi *Vel in promptu*. Simile de iure cōmuni secundum Iac. de Rau. & Petr. quos refert Fulg. in l. fin. C. de edict. Diui Hadr. toll. ne detur materia de facili fabricandi falsa instrumenta. Quod dicunt fallere in casu illius legis, quando agitur pro testamento possessorio summarijssimo, vt per Doct. ibi, qui allegant Glos. in verb. depositionibus.

CAP.

CAP. CXI.

IBi *Præsentem*. Per hoc tollitur dubiũ ortum inter Imm. & Ang. in l. fin. §. 1. ff. de vulg. scilicet, si statutum dicat instrumentum purum debere executioni mandari, & inueniatur instrumentum cõditionatum, cuius tamen sit purificata conditio, an comprehendatur sub tali statuto, nam Ritus requirit, quòd habeat puram obligationem, & sic tempore petitionis, meritò tale instrumentum comprehẽditur sub isto Ritu. pro quo allego theoricam Alex. in l. in illa stipulatione *la* 1. col. 2. ff. de verb. oblig. vt opinio Blasci fuit. Vel expone puram, cum nec dies, nec conditio est adiecta. l. 1. ff. de cond. & dem. Ang. & Alex. in d. l. fin. ff. de vulg.

Ibi *Infra decennium*. An cõsensu partium possit fieri, quòd instrumentum habeat executionem paratam, non obstante lapsu decennij, vide inf. cap. 132. Et hæc præscriptio decennij currit à die, quo potuit peti. l. cum notissimi C. de præscr. trig. vel quadrig. ann. Nam non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. in fin. C. de ann. excep. Vnde, si instrumẽtum esset conditionatum, ex quo non posset agi ex illo nondum purificata cõditione non currit præscriptio, conditio enim nihil ponit in esse, & non competit petitio, nisi purificata conditione. l. 1. §. fin autem C. de caduc. toll. l. post mortẽ C. de fideicom. l. 1. ff. de cond. & dem. cum ibi not. Sed ad materiam quęro, pone debitor promisit dare ad omnem requisitionem creditoris, an tempus incipiat currere à tempore requisitionis, an à tempore contractus. Ritus facit, quòd à tempore quo potuit agi, & confirmatur, quia quoties facultas agendi cõfertur in alterum ex contrahentibus, tunc à die quo potuit agi committitur stipulatio. l. si quis arbitratu, & ibi Bart. ff. de verb. oblig. & l. labeo scribit ff. de cõtr. empt. in ratione sui, adde D. meum in cap. Sanctorum, & cap. vigilanti, de præscript. vbi alleg. Lud. Ego dico, quòd obligatio facta isto modo quãdo petiero est idem, quod pura, quia semper intelligitur cum petiero, vt not. Doct. in l. si pacto quo pęnam ff. de pact. & l. si decem cum petiero ff. de verb. oblig. ergo non operatur expręssio, tanquam eorum, quæ tacitè insunt. l. non rectè C. de fideiuss. Solet etiam quæri circa hãc materiam, quid si obligatio est annua, an decennium la-

A batur à tempore primæ solutionis in qua cessatum fuit, vt inde vsque ad decenniũ inclusiuè possit fieri executio, an à secundo anno excludendo primum, vt dicatur esse infra, & ab inde in antea currere aliud decennium. & Glos. & Bart. in l. cũ notissimi §. in his C. de præscrpt. 30. ann. dicit, quod, si obligatio est vna, licèt annuatim fiat solutio, vt in stipulatione annua, & tunc ab anno quo cessatũ est currit præscriptio, etiam pro annis sequentibus, secus si tot sint obligationes quot

B sunt anni, vt in legatis annuis. l. cum in annos ff. de ann. legat. & istud communiter tenetur in d. §. in his, & in l. si Stichum §. stipulatio ff. de verb. oblig. & tangit Bart. in l. de pupillo §. si in pluribus ff. de no. oper. nunt. Sed ego aliud puto, quando ageretur de ipsa solutione, quia præscriptio incipit currere ab anno, quo fuit cessatum, non tempore quo fuit perfectus contractus. l. si quis emptionis. §. fin. C. de præscript. 30. ann. nam aliud est, si præscriptio concernat ipsam solu-

C tionem annuam, aliud, si ipsum ius vniuersale ipsius principalis obligationis, secundum Salic. in d. §. in his. ex quo dicto est concludendũ, quod in isto Ritu præscriptio decẽnalis currit cuilibet præstationi annuæ, ex quo non concernit ius ipsum principale, sed præstationes singulas, & ita seruatur, & adde Glos. in cap. 132. de mod. proced. per viam ced. in in verb. decennium.

Ibi *Pupillo*. Præscriptio statutaria habet locum, & currit minori, seu pupillo,

D vt not. in l. fin. C. in quib. ca. in int. rest. non est nec. licèt secus in præscriptione iuris communis. l. sicut in rem C. de pręscript. 30. ann. Et de triennio instantiæ, & tempore appellationis prosequendæ, vide Doct. in l. properandum C. de iudic.

Ibi *Vel se opponente*. Quid, si opponit de solutione per aliud instrumentum ęque publicũ, an admittatur. puto, quòd sic arg. l. generaliter C. de non num. pec. Idem puto si probauerit solutionem per quinque testes, ex quo parem vim habẽt.

E l. testium, vbi Salic. C. de test. adde Ang. Perus. cons. 234. vbi plenè de hoc. Item nota, quòd istud statutum reppellẽs omnes exceptiones, intelligitur de ea, quæ est facti, non de ea quæ est iuris, vt not. Alex. in Apost. ad Bart. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. in Apost. magna post alios, quos ibi refert. Exceptio tamen facti quæ incontinẽti potest probari ęquipollet exceptioni iuris. l. 1. C. de edi. Diu. Hadr. toll. & idem Alex. in loc. præalleg.

Stante

Stante statuto, quòd contra instrumentum confessionatum non possit opponi aliqua exceptio, sed statim mandetur executioni, debet intelligi dummodo illud viribus subsistat. ita Bart. in d. l. 1. §. & parui. sequitur Alex. in l. 2. §. prætor ait ff. qui satisd. cog. facit l. diuus ff. de mil. test. Alex. cons. 83. 1. col. vol. 1. Statutū tollens exceptiones non habet locum, vbi talis opponens, vel excipiens offert se incontinenti probaturum, quia statutū videtur excludere exceptiones propter quādam præsumptam fraudem opponētium, quæ cessat in probatione quæ offertur incontinenti cap. litteras de rest. spol. & not. in l. 1. ff. de tab. exhib. istud fuit notab. dictum Abb. per Glos. ibi in verb. sententiæ in cap. suscitata, de rest. in integr. quam Glos. dicit se pluries adduxisse ad statuta excludentia omnes exceptiones. Quod limita, nisi præsumptio esset, quòd calumniosè exciperet, se incōtinenti probaturum, quia etiam à summaria cognitione potest quis repelli, vbi præsumitur calumnia, per Glos. quam ibi dicit menti tenendam Bald. & Abb. in cap. super eo, de offic. deleg. Stante statuto, quòd contra instrumentum nō possit opponi aliqua exceptio, nisi solutionis, nihilominus poterit opponi aliqua exceptio, de qua notoriè constat ex inspectione instrumenti, puta, quòd sit facta in eo promissio sine caussa. Quin etiam iudex ex officio potest repellere partem agentem. Imm. in l. 1. ff. à quib. app. non lic. col. 10. vers. 3. cum non sit verisimile secūdum eum, quòd statutum voluerit tollere exceptionem, de qua notoriè constat ex inspectione instrumenti, quem refert, & sequitur Alex. cons. 77. col. pen. in fin. vol. 3. Stante statuto, quòd nulla possit opponi exceptio, nisi talis, non potest opponi similis, quia statutum taxatiuè loquens de vno non extenditur ad aliud, etiam simile. ita Bal. in l. ita nobis C. de adult. quem refert, & sequitur Alex. cōs. 54. col. 3. vol. 4. Stante statuto, quod cōtra sententiam, siue instrumentum non possit opponi exceptio nullitatis, poterit nihilominus opponi exceptio nullitatis prouenies ex iudicis incōpetentia, vel defectu iurisdictionis. ita Lanfrāc. in cap. quoniam contra de probat.

Ibi *Vel eo non citato*. Nec mirum, quoniam instrumenta habentia executionem paratam non egent citatione. Glos. est in §. multis Inst. de liber. quam refert D. Paris. de Put. de Synd. in ver. iudicium colum. 6.

Ibi *Valentium pingue*. Ad mensuram tamen debiti declarati, vt in Aut. de exhib. reis §. si vero. nō omnium bonorum, vt olim per l. Fulcinius, §. 1. vbi est expressum, ff. ex quib. caus. in poss. eat. Quod intellige in personali actione, aliud in hypothecaria, etiam hodiè, secundum Glos. in l. eum qui C. de procur. & per Ang. Aret. Instit. de success. ab int. Et idem, si latitat reus, Bart. in l. si prius col. 6. ff. de no. oper. nunt. & in l. si finita §. Iulianus col. 7. ff. de dam. infect. & Lud. sing. 6. creditor,

CAP. CXII.

IBi *Fiat notatio*. Innuit, quòd executio debet scribi, ad quod facit cap. quoniam contra de probat. & l. emancipatione C. de fid. instrum. & quod not. Salic. in l. fin. col. vlt. C. de re iud. vbi, quòd acta iudicialia debent scribi, facit etiam const. Regn. Lite legitimè, tit. de process. iud.

Ibi *Ex tunc habeat quindenam*. Quindena ergo ad opponēdum incipit currere debitori à die interpositi decreti, vel solutionis quando extat pactum, quòd non possit se opponere, vel à die præstitæ cautionis de duplo, vt sup. cap. 101. & hoc iure vtimur.

Ibi *Ad se opponendum*. Et si instrumentū habeat executionem paratam virtute huius Ritus, non per hoc denegantur oppositiones. vide Bald. cons. 170 incip. in Christi nomine, & hoc post implemētum exequutionis, non ante, & in hoc Ritus priuilegiat instrumenta prædicta. Quæ caussa oppositoria habet instantiam triennij, secundum Rom. cons. 34. incip. amplissime doctor. & hæc est communis opinio licèt multi teneant contrarium, secundum Alex. & Ias. in l. properandū in princ. C. de iudic. quæ instantia incipit currere à primo actu post executionē qui primus actus respiciens merita caussę habet vim litis contestationis, secundum eum cons. 40. vlt. vol.

Ibi *Interesse, & expensis*. Vide ad hoc l. eum quem, & ibi Glos. magn. & Doct. ff. de iudic.

Ibi *Secundum decretum*. Hoc verum, quando ascendit summam Vnciarum quinque aliàs sit notatio apud acta, vt supra hoc eod. cap. quod debet continere caussam in actis expressam, & approbatam, ad not. per Bar. in l. 1. C. de præd. lib. 10. Quæro quanto tempore debet interponi secundum decretum post primū in casi-

in casib. istis, vide Bar. l. si finita §. Iulianus A ff. de dam. infect. qui dicit, quod est in arbitrio iudicis. hodiè tamen de iure Ritus statutus est terminus dierum quindecim, vt sup. cap. 101. quicūque, & ita seruatur.

Ibi *Alienatio*. Quid si nō seruetur modus, vel forma data in cap. Rit. an ipsa alienatio erit nulla. Dic, quod sic, vide Bart. in l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. & cui incumbat ista sollemnitatis probatio, vide ibi per eundem.

Ibi *Condecens*. Idem est de iure cōmuni. l. à diuo Pio §. si pignora, cū Glos. ff. de re iudic. & dicitur fortè non condecens, B si debitor læderetur vltra quartam, vel octauā, vt videtur de mente huius Ritus.

Ibi *Creditori in solutū*. Aduerte, quòd, si vigore secundi decreti ista adiudicatio esset facta pro maiori quantitate, quàm creditori debeatur, eo quòd nō erat creditor in tanta quantitate, sed in aliquo minus, decretum ruit in totum, & ostēso, quòd fuisset quid modicū retractabitur quod actū est in decreto, & creditor qui percepit fructus tenebitur in sortem C imputare. l. 2. C. de pign. act. & ita conclusiuè tenet Raph. in l. iuste ff. de acq. poss. quem refert, & sequitur Alex. ibi, quem vide, vbi tractat hanc materiam, & de isto vltimo videlicet de fructibus vide Alex. vbi supra, qui aliquantulum videtur repugnare, & in M. C. obseruatur, quòd, si esset error in vno nummo secundum decretum sit ipso iure nullum, & ita vidi pluries obseruari.

Ibi *Pingue valens*. Quod deducitur tātùm quando fit executio virtute instru- D menti, secus quando virtute rei iudicatę, vel similis, licèt res iudicata descendat ex contractu, & ita seruatur in M. C. & not. quòd pingue valens non procedit in re Ecclesiastica, vt in Aut. hoc ius porrectum C. de Sacr. Eccl. nam, vt dicit Io. de Plat. in §. fin. Inst. de donat. si res valet decem dabitur pro vndecim. Lud. Rom. in singul. su.

Ibi *Quarta pars*. Quæ deducitur respectu debiti, non æstimationis, vt si debitum sit vnciarum quadraginta, & æsti- E matio rei, vnciarum quinquaginta tantū in decreto fiet deductio habito respectu ad 40. & sic ad debitū. Et hoc capite tantùm fuit declaratū inualidū secundū decretū in quo ista quarta fuit deducta cōsiderata æstimatione rei, nō debito, prout in l. fin. & ibi Bald. C. de iur. dom. imp.

Ibi *Lucrifaciat*. De quo vide Alex. in l. iuste possidet ff. de acq. poss. & Doct. in l. si nō fortè §. si centū ff. de cōd. indeb.

CAP. CXIII.

Ergo videtur loqui de creditoribus pariter priuilegiatis, qui insimul admictuntur, aliàs non diceretur concursus, quia alter præferretur. ad not. in l. si debitor, cum simil. ff. de pignor. An in huiusmodi concursu habenda sit consideratio ad regulam iuris, qui prior in tēpore potior in iure, vide Spec. in tit. de primo, & secundo decreto §. in nomine domini in princ. qui dicit, quòd priori creditori sit satisfaciendum. l. scimus §. si hæres C. de iure delib. Et priorem intelligas eum, qui prior est in obligatione, non in concursu, seu prępuentione.

CAP. CXIV.

Ad materiam huius cap. vide quæ dicta sunt supra eod. cap. 101.

Ibi *Venditionis*. An procedat in contractu dationis in solutum. Dic, quòd nō, cùm appellatione venditionis in statutis non veniat datio in solutum. vide Apost. ad Bart. in l. 1. ff. pro empt.

Ibi *Inuentarijs*. De istis inuentarijs vide supra in cap. 102. Quid de curatore ad litem, an teneatur conficere inuentarium, vide Capp. Tholos. q. 257. Et an existēs infra tempora conficiendi inuentarium possit opponere processui contra eum facto, & impediat litis contestationem, vidde Capp. Thol. q. 257. & adde Guid. Pap. q. 271. & 197. vbi pulchrè de materia inuentarij. An tutor agere possit, non confecto inuentario, & si agat processus sit nullus, vide Capp. Thol. q. 288. Quid de fideicommissario vniuersali, an possit cogi ad conficiendum inuentarium, vide Capp. Thol. q. 314. vbi etiam habes, an non conficiendo inuentarium sicut perdit Falcidiam, perdat etiam Trebellianicam. Et quilibet administrator debet facere inuentarium. l. tutor qui repertorium, & ibi Bart. & omnes ff. de adm. tut. Nisi fuisset sibi remissa confectio Bar. & alij in l. nemo potest ff. de legat. 1. & in l. fin. C. de cur. fur. Vel, nisi magis expediret pupillo, non fieri inuentarium. d. l. tutor qui repertorium, & ibi Bart. vt, si pro eo conficiendo esset opus expendere plus, quàm valeant bona pupilli. Bart. in l. mediterraneę C. de ann. & trib. lib. 10. Et not. quòd iste Ritus procedit generaliter in quibuscunque inuentarijs, cùm generaliter loquatur. l. de pretio ff. de Public. l. iuris ignorātia §. fin. ff. de iur. & fact. ignor.

Ibi *Testamento*. Quid, si testamentum esset vitiosum. Dic, quòd non sit exequutio, nisi vitium sit inuisibile. Bart. in l. 2. C. de edi. Diu. Hadr. toll. Quid si esset nullum ex caussa præteritionis, quo casu valent legata, vt in Aut. ex caussa C. de lib. præt. an pro legatis habeat exequutionem paratam. Dic, vt per Bart. in d. l. 2. §. 1. & in d. Aut. ex caussa, cum ibi not. Et in hoc, quòd testamentum habeat executionem paratã videtur conforme iuri communi, vt in l. fin. C. de edi. Diui Hadr. toll. Dec. in l. in testamẽtis ff. de reg. iur. Sed cõtra puto per tex. in l. minor 25. annis ff. de minor. & l. ait prætor §. si iudex, vbi DD. ff. de re iud. Non obstat d. l. fin. quia operatur ibi natura possessionis, non vis testamenti, licèt aliàs dicatur, quòd Reip. interest mãdari exequutioni l. vel negare ff. quemad. test. aper. secundum Bart. in l. Gallus §. quid si is ff. de lib. & posth. & ibi Paul. in 3. col. & in d. §. si iudex.

Ibi *In contractibus dotalibus*. Et sic vxor, quando agit ad recuperationẽ dotis soluto matrimonio virtute alicuius ĩstrumenti potest procedere via exequutiua. Quid, si agat ad dotem constante matrimonio in casibus permissis, vide Bald. in l. vbi adhuc C. de iure dot. Et videtur, quod sic, quia istud statutum generaliter loquitur de omni contractu dotis, pro quo vide Bal. in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act.

Ibi *Tacitè obligatis*. Et sic habes ex isto Ritu, quòd feuda veniunt in tacita obligatione, & quòd ex stipulatione Banci inducitur tacita hypotheca, quod fieri potest, vt not. Bart. in l. an Respublica. C. de iure Reip. lib. 11. & sic bona Bancherij sunt tacitè obligata pro eo, quod promisit ex scriptura Banci.

Ibi *Ex pacto*. Quid, si instrumentum est nudum, tamen in eo dicitur, quòd fiat Ritus, an possit causari executio ex eo pacto nudo Dic, quod sic. Bald. in l. 2. in fin. C. de exec. rei iudic. & ideo dicit Bald. quòd propter instrumẽtum ista dicitur legitima cõuẽtio, quia lege municipali adiuuatur ad agendum, & facit l. hæres paratus ff. de procur. Quæro circa prædicta an ille, qui potest executionem facere, possit ordinariè procedere. Dic, quòd sic Bar. in l. quod fauore C. de legib.

CAP. CXV.

Ibi *Oppositoria*. Pone, creditor causauit executionem debitori, qui debitor se opposuit, & exinde stante caussa oppositoria, nemo curauit ad vlteriora procedere in tantum, quòd instantia perijt ob lapsum triennij, quæro cui pereat. Iste articulus fuit in M. C. valde agitatus, tandem fuit determinatum, quòd perijt Baroni Misilmerij, tanquam actori, & qui executionem caussauit. Adde Paul. in l. in omnibus C. de iuram. calum. & clarius in l. properandum C. de iudic. Et, an in executiuis detur instantia, vide Afflict. decis. 346.

B Ibi *Restitutiones ordinariæ*. Scilicet sex dierum pro qualibet, vt infra in cap. 171. de mod. proced. in caus. ordinar.

Ibi *Personis restituibilibus*. Quæ sint istæ personæ vide in d. cap. 171. & in l. rempublicam, & ibi Bart. & omnes C. de iur. reip. lib. 11.

Ibi *Extraordinariæ*. Arbitrio iudicis statuendæ duorum, vel trium dierum, vt ipsi iudici videbitur.

Ibi *Iusta caussa*. Aliàs nulla conceditur restitutio, à contrario sensu, & ideo est practica, quòd capitula præsentata per istum se volentem restitui mittantur iudici per partem aduersam ad effectum, vt iudex videat, si sint releuantia nec ne.

CAP. CXVI.

Ibi *Permittitur*. Vt, si sit persona restituibilis, vt puta minor, Ecclesia, vel similis, vt supra dixi in proximo cap. & in l. 1. C. si aduers. rem iudic. maior enim non restituitur aduersus rem iudicatam, nisi in casibus à iure expressis, vt quando abesset caussa Reip. & similibus, de quibus vide tex. Glos. magn. Bar. & omnes in l. fin. ff. de in integr. rest. & l. sed, & si pretor, §. nũquid. ff. ex quib. caus. maio.

Ibi *Propter appellationem*. Et sic habes vnum casum, in quo sententia mandatur executioni, appellatione pendente, scilicet in caussa oppositoria, licèt de iure secus, vt ff. vt appell. pend. nih. nou. l. 1. & eodem modo pendente restitutione in integrum l. 1. C. de in integr. rest. Alius casus est, vbi nouatur appellatione pendente, scilicet cum reus suspectus est de dilapidatione bonorum, seu fructuum rei, in qua condemnatus est actori, nam fructus illi sequestrabuntur. l. ab executore C. quan. app. non recip. l. Imperator ff. de appell. cap. fin. de sequestr. poss. & fruct. Est, & alius casus in l. postquam §. imperator ff. vt legat. no. caueat. Et quando hæres conuictus super re legata appellat, nam interim præstat de restituendo, & in alijs casibus, quos vide per

Spec. in

Spec. in tit. de appellat. §. nouissimè. A

Ibi *Vel restitutionem*. An per in integrum restitutionem impediatur effectiua exequutio sententię. Communis conclusio est, quòd sic, de quo vide Bart. in l.4. §. condemnatum ff. de re iudic.

Ibi *Vt bancus*. Quid sibi velint ista verba *vt bancus*, vide interpetrationē Reg. Alphonſ. quę habetur in fin. suorum Capit. Regni, vbi quod omnia beneficia videntur renunciata.

Ibi *Intereſſe*. Not. quòd intereſſe est triplex commune, singulare, & conuentionale. vide in l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid. Doct. in l. vinum ff. si cer. pet. l. ratio. §. fin. ff. de act. empt. latè Spec. in tit. de fruct. & interes. §. nunc videamus cum seqq. Salic. in l. vnic. C. de sent. quę pro eo. quod inter. B

CAP. CXVII.

IBi *Remanente in carceribus*. Nota casum in quo admictitur appellatio in caussa oppositoria ante solutionem in fauorem debitoris pauperis.

CAP. CXVIII.

IBi *Licet supplicare*. Non tamen appellare, quod verum est inter litigantes; nō autem in odium tertij, statutum enim reijciens appellationem intelligitur quātum ad litigantes; non in odium tertij comparentis pro suo intereſſe, ita mirabiliter tenet Ant. de Butr. in cap. vt debitus, de appell. Bald. conſ. 9. incipiente scripsit Ecclesiasticus volum. 1. Alex. cōſ. 104. 4. vol. Quando autem poſſit venire tertius. Dic, quandocunque ante addictū pignus, seu sententię executionem, nisi prius sciuerit litem motam, de quo vide plenè Alex. in l. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iudic.

Ibi *Ius commune seruetur*. Scilicet, vt petatur à minore vel à maiore absente tamen caussa reipublicæ, vel alijs personis priuilegiatis, & tunc conceditur. l. 1. C. de restitut. minor. & l. fin. de in integr. restitut. Alex. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. vbi tenet, quòd siue velint istæ personę incontinenti probare caussam, siue ipsa probatio requirat altiorem indaginem, debet supersederi in executione, licèt Bart. teneat contrarium.

CAP. CXIX.

IBi *Debitum est liquidum*. Adde, quod de iure communi etiam pro non liquido potest causari executio vigore instrumenti guarentigiati, & facta executione potest fieri liquidatio. Bar. in l. 1. ff. de eden. & in l. 1. ff. de legat. 2. & in l. proinde §. non solum ff. ad leg. Aquil.

Ibi *Potest liquidari*. Et sic habes paria esse debitum liquidum, & non liquidum, quod poſſit in promptu liquidari. ad quod faciunt not. per Bart. & Salic. in l. fin. C. de compenſ. vbi, quod regula, quod de liquido ad non liquidum nō fit compensatio, non procedit in non liquido, quod potest in promptu liquidari. Et dicitur poſſe in promptu, & incontinenti liquidari, quando potest infra bimestre vt ibi per Salic.

Ibi *Frumenti*. Pone, quòd fuit obligatus quis portare frumentum in naui, & nauis fuit per Regem detenta, an teneatur. Dic, quod non Angel. conſ. 217. C

Ibi *Intereſſe*. Quid veniat appellatione damnorum, & intereſſe, vide late per Alex. in conſ. 20. 5. vol. vbi etiam quid veniat appellatione expensarum. De quo vide etiam per Salic. in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. Quotuplex sit intereſſe vide supra in cap. 116. in ver. intereſſe.

Ibi *Poſſit facere oppositionem*. Quod fieri potest, non obstante clausula, vel pacto reiectiuo de non opponendo, ita Bal. in l. 2. C. de except. rei iudic. & ita D vidi sæpius obseruari in M. C. quæ oppositiones poſſunt fieri ante executionem isto casu, nam stante statuto, quòd pars non poſſit se opponere nec defendere contra instrumentum, vel executionem, si actor petit executionem instrumenti non liquidi iuxta not. per Doct. in l. 1. ff. de eden. licèt habuerit dilationē ad probandum, & liquidandum, eadem dilatione durante, potest reus similiter allegare, & probare contra ipsam liquidationē, & cōcernentia ad illā nō obstante statuto Bald. in l. si cōmunem C. de exec. rei E iudic. ad cuius dictum semper recurritur in palatijs, vt refert Io Bapt. de Caccialup. in repet. leg. admonendi col. 15. ff. de iureiur. Et nota, quod aduersus liquidationem intereſſe pars potest opponere ante executionem, sed in liquidatione debiti est secus, & ratio huius intellectus potest eſſe, quoniā in primo casu requiritur partis citatio, vel præsentia, quod non requiritur in alio casu, & certè ista

citatio, vel præsentia non frustra requiritur, sed ad effectum, vt pars possit se defendere circa ipsam liquidationem.

Ibi *Vel citato*. Quę citatio omissa vitiat executionem, tanquam factam, non seruata forma, iuxta ea quæ dixi supra in prohemio Ritus in verbo obseruari, & ad id, quod pars debeat citari, adde Bal. in l.2. in fin. C. de except. rei iudic.

CAP. CXX.

IBi *Debitore non citato*. Idem, si citatus esset, non tamen esset ei incusata contumacia, quia paria sunt, & sic posset venire infra eundem diem, vt not. Bart. in l. arbiter Calendis ff. de arbit.

Ibi *Dilatorias*. Ideo dicitur dilatoria, quia differt, vt Inst. de excep. §. appellatur. Est, & alia quæ dicitur peremptoria, quæ actiones perimit in perpetuum, vt pactum de non petēdo, & simile vt Inst. eod. tit. §. perpetuæ l.3. ff. eod. & ibi Bart. & omnes scrib. in d. §. Est etiam alia, quæ dicitur anomala, quia non sequitur regulam, seu naturam aliarum exceptionum, nam potest ante litem contestatam proponi, secundum naturam dilatoriæ, & post secundum naturam peremptoriæ, vt est exceptio excommunicationis, & non numeratæ pecuniæ, de quibus per Bart. & DD. in d.l. 3. Specul. in tit. de except. vbi etiam habes, quòd sunt aliæ exceptiones dilatoriæ solutionis, aliæ iudicij. vide Lanfranc. in eod. tit. in cap. quoniam contra de probat. Adde, quòd exceptio debet esse nominata, & specificata in indiuiduo eam opponendo, vt puta oppono exceptionē præscriptionis, & per hoc destruitur practica multorum Aduocatorum, & procuratorum apppонentium clausulam illam, saluis omnibus exceptionibus, ita formaliter dicit Lanfranc. in d. cap. nu. 8. & idem tenet Ias. in add. ad Porc. in §. itē Romæ Inst. de exc. tut. 2. not.

Ibi *Reficere expensas*. Quæro an copia instrumenti refici debeat, tamquam expensæ. Dic, quod, si ab initio cępit copiam contractus, & tunc non venit, secus, si copia fuisset capta per creditorē, postquàm debitor fuit in mora. ita Bald. in l. 1. C. de vsur. all. cap. peruenit de fideiuss. & melius per eund. in l. eos §. super, de vsur. & ita est communis opinio, vt refert Alex. in l. Aristo ff. de acqu. hęred. Capp. Thol. q. 47. Adde, quòd, si antequam creditor cœperit copiam instrumenti, & conduxerit aduocatum, non

A denuntiauerit debitori extra iuditium, vel in iudicio, vt velit sibi amicabiliter soluere, tamen expensæ illæ nō veniunt, ita concludit Ias. in l. certi 2. col. circa fin. ff. si cert. pet.

CAP. CXXI.

IBi *Discussis bonis*. Discussio est bonorū debitoris diligens prospectio, secundum Iacob. de Aren. in tract. de discuss. bonor. vel indagatio, secundum Bald. si
B reus est soluendo, vel non, Aut. præsente C. de fideiuss. & ibi plenè per Bart. & omnes in l. à diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. habes etiam formas discussionis, inter quas ponuntur ista duo, scilicet statuatur terminus debitori principali ad ostendendum bona sua, quo elapso procedatur contra bona, vel mittatur nuntius ad reperiendum bona in domo principalis; & si referat se non reperijsse procedatur ad nomina debitorum, vel contra tertios possessores, qui vltimus
C modus est etiam in vsu hodie. Item not. cautelam, qua possit, non facta discussione, contra principalem, procedi contra nomina debitorum, quæ est, vt faciat, quód debitor cedat sibi actionem sui debitoris. Item not. cautè aliam, vt ire possis cōtra tertios nō facta discussione principalis per Bart. in l. si conuenerit ff. de pignor. act.

Ibi *Et fideiussoris*. An fideiussor possit agere contra principalem, vt eum liberet antequam soluat vide Bald. in l. si
D pro ea C. mand. Bart. & ibi Alex. in Apostill. in l. fideiussor pro venditore ff. de fideiuss. Guid. Pap. decis. 117. Afflict. decis. 141. Socin. in suis regul. ver. fideiussor. cum seqq.

CAP. CXXII.

LIcèt debitor defunctus fuerit obligatus de persona in contractu non potest fieri executio in persona hæredum; nisi occultauerit bona, vel inuentarium
E non fuisset cōfectum per hæredem, quo casu ex sui dolo carcerabitur vt habetur in cap. seq.

Ibi *Infra tempora*. De quibus temporibus conficiendi inuentarium vide l. scimus §. si vero hæredes C. de iure delib. vbi omnes, quæ tempora sunt tres menses, si bona omnia, vel maior pars sint in præsentia aliàs datur annus. l. fin. §. donec C. eod. tit. quod tempus currit à die aditæ hæreditatis, vt ibi per Alex. Ias. & alios,

alios, vbi etiam habes, quòd nouem requiruuntur, quorum nonnulla seruantur de consuetudine, & primo requiritur, quòd inchoetur infra triginta dies, & infra alios duos menses terminetur, quando bona sunt in præsentia, aliàs infra annum sufficit terminari, non tamen refert inchoari infra primum mensem, vel vltimum diem, dummodo finiatur ante lapsum anni, vt supra. Secundo quod omnes creditores hæreditarij, & ligatarij vocentur specificè, vel per publicũ proclama, affigendo litteras citatorias in loco publico, & consueto ciuitatis, & etiam exprimatur dies, locus, & hora. Tertio, quòd fiat per personam publicã. Quarto, quòd iuret hæres, se in isto inuentario non vsurum fraude occultando bona stabilia, vel mobilia, vel nomina debitorum, & hæc fiant præsente iudice. Solet tamen in inuentarijs poni clausula hoc modo, quòd si reperirentur aliqua bona non esse apposita in eo protestatur illa haberi pro appositis, vel de nouo velle apponere, & si fortè fuissent apposita, quæ nõ debebant apponi illa habeantur pro non appositis, quæ clausula operatur duo, quia liberat hæredem à pęna imposita per d. l. fin. & liberat ab illa præsumptione iuris, & de iure, de qua in l. fin. C. Arb. tut. An hæres non conficiendo inuentarium amittat falcidiam. Dic, quòd sic, vt in Aut. de hæred. & Falc. §. si vero non fecerit. Et an priuet filium iure naturæ. Dic, quòd non, vt not. in d. §. si vero. Quæ autem patiatur non conficiens inuentarium infra tẽpora, & consequatur conficiens, vide plenè per Doctor. in l. fin. C. de iur. deliberan.

Ibi *Beneficio restitutionis*. Et sic habes, quòd tale tempus currit etiam personis priuilegiatis, licèt aduersus lapsum restituantur, vt per DD. maximè Alex. & Ias. in d. l. fin. & plenè per Canon. in cap. 1. de restitut. minor. & in cap. 1. de solut.

CAP. CXXIII.

IBi *In personam hæredum*. Circa hoc vide aliquid in d. l. scimus, & per Bar. in l. postulante C. ad Trebell. & Io. de Plat. Inst. de perpet. & temp. act. §. pen. in fin. Adde, quòd stante statuto, quod pro debito carcerari possit, idem erit in hærede, secus si statutum faciat mentionem de persona, vt iste Ritus, quia per hoc non comprehenditur hæres, secun-

A dum Bart. in l. qui decesserit ff. qui satisd. cogan. idem, si statutum dicat, quòd promissor capi possit, tunc enim eius hęres capi potest, secundum Ang. & Imm. in d. l. postulante Alex. cons. 18. in fin. vol. 5. Idem si diceret, quòd instrumentum mittatur exequutioni cõtra debitorem, quia etiam contra hæredem habebit locum. Alex. vbi sup. Paul. de Castr. in d. l. postulante.

Ibi *Occultauerit*. Et sic habes duos casus, in quibus quis carceratur, licèt de

B persona non fuerit obligatus.

CAP. CXXIV.

IBi *Seu eius hæredis*. An, hæres creditoris possit executionem causare contra debitorem defuncti. Vide Paul. de Castr. in l. postulante C. ad Trebell.

Ibi *Iurium cessionem*. Sed an talis cessionarius potuisset vti priuilegio, quo potuisset, vti principalis vide Bart. in l. ex legato C. de legat. & in l. 1. in fin. de oper.

C nou. nunt. & in l. 1. ff. de act. & oblig. Paul. de Castr. in l. pretia. ff. ad leg. Falc. Moder. in l. fin. in princ. ff. de legat. 1. & Bald. in l. ad probationem C. de probat.

Ibi *Virtute litterę cambij*. Habes ergo duos casus, in quibus potest fieri executio contra personam, etiam nulla existente obligatione personæ, scilicèt virtute litteræ cambij, & si occultauerit bona. Et ratio est quò ad occultationẽ propter dolum occultantis existentis in fraude,

D ob quam priuantur priuilegiati suo priuilegio. Vidi pluries super hoc Ritu dubitari an habeat locum pręsens statutum contra mulieres, vt possint carcerari occultando bona Aut. hodie, & ibi DD. C. de cust. reor. vide omnino Bald. in l. non posse C. de iur. & fact. ignor.

Ibi *Pignora aurea*. Hoc est iuri communi contrarium, secundum quod debitor, dando quamlibet rem liberatur, & euitat carceres. l. 2. ff. si cert. pet. & ibi Bart.

E Ibi *Ad discursum*. Vltimo emptori meliorem conditionem offerenti, & pro eo pretio, quod reperiretur, nõ autem adiudicari parti, si pretium condecens non reperiatur, & hoc operatur verbum illud *Ad discursum*. Quoniã verba debent aliquid operari. l. si quando ff. de leg. 1. Et not. quòd tale pactum debet seruari. l. iurisgentium ff. de pact.

CAP.

CAP. CXXV.

IBi *Ab Vncea vna*. Inclusiuè l. si quis sic dixerit ff. de verb. signif. & l. quidquid astringendæ ff. de verb. oblig. Et si iudex, non obstante dispositione huius cap. carcerauerit debitorem tenebitur actione iniuriarum, secundum Bart. in l. si vero §. qui pro rei ff. qui satisd. cog. Et intellige hoc cap. nisi defectu bonorum, secundum vnum intellectum vt sit conforme iuri cõmuni, secundum quod, qui non habet in ære luit in corpore. l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud. ne sequatur absurdum, quod debeat lucrari cum aliena iactura per istud statutum, quod non permittitur l. nam hoc natura ff. de cond. ind. Alter tamen intellectus verior, & consuetudine approbatus est in contrarium, quod etiam defectu bonorum non potest reus carcerari. Et probatur inf. in cap. 127. in fin. Limita tamẽ, nisi talis debitor ab vncea vna infra alienaret bona in fraudem, quia tunc est carcerandus. l. fin. in fin. ff. de his quæ in fraud. cred. Item, si haberet rem, & nollet restituere, quia est in dolo. l. si procuratorem ff. mand. l. qui restituere ff. de rei vend. & hominum malitijs obuiandũ l. in fundo, & l. seruus ff. de rei vend.

Ibi *Obligatus ad factum*. Ergo obligatus ad factum, aut impleat, aut carceretur secundum hunc Ritum, quod secus est de iure communi. Nam succedit obligatio ad interesse l. stipulationes non diuiduntur vbi per DD. ff. de verb. oblig. nisi interuenerit iuramentum. Glos. in l. si pecuniam, in verb. necesse habeas ff. de cond. ob caus. Alex. in l. si conuenerit ff. de iurisd. omn. iud. Intellige tamen hunc Rit. secundum distinctionem Ang. in l. fin. ff. si quis in ius voc. non ier.

Ibi *Barattaria*. De isto verbo, vide Bart. in l. iudices C. de dignit. lib. 12. Par. de Put. de Synd. in ver Barattaria Paul. de Castr. cons. 50. Bald. in l. obseruare §. proficisci in 8. opp. ff. de off. procons. & Ang. in §. fin autem Aut. vt iudic.

CAP. CXXVI.

IBi *Defectu bonorum*. Concordat l. fin. ff. de cess. bonor. & l. pen. ff. de iure dot. & not. Ias. in l. fin. C. de iur. delib. & Moder. in rub. ff. de acq. hæred. & in l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud. Et aduerte, quòd hoc non procedit ab vncea infra, vt in cap. præced. & sic ha-
A bes plures casus, in quibus quis carceratur, licèt nulla sit personę obligatio, vt si sit obligatus ex littera cambij, vel si occultauerit bona, vel si hæres non confecerit inuentarium, & alijs similibus, de quibus in præcedentibus, in quibus omnibus debitor non euitat carceres.

CAP. CXXVII.

NOta quòd, si exequutio non habuerit effectum debet iterum causari,
B & nullæ soluuntur expensæ ipsis officialibus ratione exequutionis, sed tenentur pro primò habitis, & ita seruatur in M. C.

CAP. CXXVIII.

IBi *Non expectata satisfactione*. Et sic habes casum, in quo fideiussor agit contra principalem antequam soluat, adde Bart. in l. si pro ea C. mand. & vide quæ dixi supra in cap. 121. in verb. & fi-
C deiussoris. Et quid, quando conuentus incipit dilapidare bona, vide Bart. Bald. & omnes in d. l. si pro ea., & in l. fideiussor pro venditore ff. de fideiuss. & in cap. fin. de foro compet. lib. 6. vbi Dom. de S. Gemin. Afflict. decis. 241. & 244. Soc. in suis reg. in verb. fideiussor reg. 148. Glos. & ibi Ang. in §. si quis autem Inst. de fideiuss. Sed an possit fieri exequutio per fideiussorem contra principalem coram iudice, coram quo causata fuit ipsi fideiussori, licèt incõpetenti ipsi princi-
D pali, vide Bald. in l. cum eorum C. de sent. & inter. omn. iud. quòd sic, tamẽ põdera illius dictum, quia prima facię videtur, quòd loquatur in fideiussore de iudicio sisti. vide Bald. in l. 1. C. de fideiuss. Paul. de Castr. in l. cum iudice, vbi ponit practicam istius exequutionis, C. vbi caus. fiscal.

Ibi *Cedendo bonis*. Et sic habes, quòd licèt debitor possit cedere bonis contra creditores, tàm de iure ff. & C. quàm de iure Ritus, tamen contra fideiussores non
E potest, vt hìc. Quod de iure communĩ est contrarium, cum indistinctè possit contra quoscunque cedere, cum appellatione creditoris de iure communi veniat fideiussor, & contra creditorem possit. l. creditoris ff. de verb. signif. not. in l. omnes C. de prec. imp. offer. Bart. in l. 1. in fin. ff. si cert. pet. de quo etiam vide Ang. in §. sub conditione de verb. oblig. Hodiè tamen de iure Regni non admittitur cessio ista, nisi, probatis infortunijs

tunijs

tunijs post contractam obligationem cedentibus, vt in cap. Regni 24. reg. Io. & cap. 10. Reg. Ferdin. & citatur pars ad cessionem bonorum concedendam, vt habetur inf. eod. cap. 190. & ita practicatur. Extat etiam cap. nouissimum Reg. Charoli 65. quo cauetur, quòd cedens possit gaudere contra fideiussores, & insolidum obligatos, quod est contra hūc tex. Sed aduerte, quia correctio est euitanda, vulg. l. præcipimus in fin. C. de appell. cum simil. & hoc modo potest concordari d. cap. Regni cum hoc cap. Ritus, quòd, aut fideiussor conuenitur, & soluit principali creditori, & tūc non possit contra eum bonis cedi, & ita loquitur hic Rit. aut verò debitor, probatis necessarijs, fuit admissus ad cessionem bonorum, & tunc gaudent fideiussores dicta cessione, & si soluant nō possunt conuenire debitores, pro quibus fideiusserunt, & ita loquitur cap. Regni, vt videri potest. Et quæ sit ratio, quòd fideiussores non gaudēt cessione facta per principalem, ponit tex. in §. fin. vbi Ang. Inst. de Replicat.

CAP. CXXIX.

IBi *Solutionem*. Idem, si debiti compensationem, vel aliquid aliud de quo supra in cap. 104.

Ibi *Alleget*. Infertur ex hoc Ritu, quòd in petendo talem fideiussionē non oportet probare solutionem, sed tantùm sufficit allegare. vide Dy. in cap. ex vno, de reg. iur. in 6. Aduerte tamen, quòd ista cautio de duplo cessat in eo, qui ageret ex necessitate per tex. in l. qui hęres erat & ibi Bart. ff. fam. hercisc.

CAP. CXXX.

IBi *Iustam caussam*. Concordat l. qui in alterius ff. de reg. iur. Et, an procedat in quolibet hærede, vide Dec. & alios in præalleg. loco.

CAP. CXXXI.

IBi *Et si condemnatus*. Qua autem pęna puniatur duplum petens, vide Bald. in l. 1. C. de cond. indeb. Quæro quid si creditor, qui præstiterit fideiussionem de duplo, noluerit expectare aliquam probationem circa prætensam solutionem, nec sentētiam, sed statim post factam solutionem sibi, & præstitam cautionem detulerit iuramentum debitori, qui soluisse

A iurauit, an teneatur ad duplū. Dic quòd non, per tex. in l. eum qui ff. de iureiur. vbi qui in vno grauatur in altero releuatur, cum ergo hic debitor releuetur ab onere probandi solutionem per iuramenti delationem, nimirum si grauatur in altero, quòd non possit petere duplum. ita tenent Bar. & Bald. & omnes in l. 1. C. de plus pet. Abb. in cap. 1. eod. tit. & ita seruatur. Quæ opinio probatur alio modo, nam actor nō tenetur pęna talionis, quādo iurat accusatus non deliquisse in casi-

B bus, in quibus potest deferri iuramentum in criminalibus, secundum Pet. & Cyn. in l. in bonęfidei C. de reb. cred. Bald. & Alex. in l. 3. in princ. ff. eod. & Ant. de Butr. in cap. fin. col. ant. eod. tit. tex. est clarus in l. fin. C. de iureiur. vbi excusatur accusator à pœna talionis, si reo deferatur iuramentum iudiciale, vel generale, secus si necessarium. Quæro quid si actor non detulit iuramentum, sed in subitionibus suis confiteatur sibi solutum an teneatur ad duplum. Dic quod non,

C quia statutum requirit probationem solutionis debiti, vt sup. in cap. 112. & data, ibi *In casu quo probauerit debitor se soluisse*. Et cōfessio non est propriè probatio, sed releuatio ab onere probandi cap. 1. de confess. in 6. vbi Glos. & DD. Bald. in l. eum qui ff. de iureiur. ergo cōfessio non comprehenditur sub isto statuto maximè odioso, Abb. in rub. extr. de prob. post Io. Andr. Statutū enim in proprio significatu suo procedit. Dec. in l. nō vult hæres ff. de reg. iur. Secus tamen di-

D cerem, vbi creditor ante exequutionem confessus fuisset coram testibus sibi solutum, & facta exequutione, & præstita fideiussione debitor probaret solutionē per confessionem creditoris, quàm probaret per testes. Quia isto casu non viget eadem ratio, cum non releuetur ab onere probandi.

CAP. CXXXII.

E IBi *Decennium*. Quod currit à die, quo obligatio incipit competere. Sed quid si voluit debitor posse quādocūque conueniri via exequutiua, an currat ista præscriptio. Istam quæst. mouet Bald. in l. quòd si nolit §. si quis ita ff. de ędil. edi. & tandem concludit, quòd fuit determinatum valere pactum, & instrumentum habere executionem paratam, vide tamē eundem in l. pacisci ff. de pact. vbi videtur tenere contrarium, & vide etiam per DD. in l. nemo potest ff. de legat. 1.

Ibi

Ibi *Vigore rei iudicatæ*. Et sic habes, quòd ex sententia oritur actio in factum, pro quo est tex. in l. si actori C. de rebus cred. vbi hoc tenet Bald. & Glos. in l. miles §. iudicati ff. de re iud. Glos. in cap. fin. de app. & ita cōmuniter tenent omnes Glos. iuris communis, & Salic. in d. l. actori. Contrarium tenuerunt Bart. & Alex. in d. §. iudicati, qui tenent, quòd nascitur actio iudicati, tamen quocūque nomine vocetur non est vis, quia nomina actionum hodiè, non exprimuntur in libello. Adde, quòd sententia habet executionem paratam, vt dicunt DD. in dd. locis, & est tex. in l. 2. & ibi Bald. Salic. & alij C. de exec. rei iud. l. à diuo Pio l. post rem, & l. debitoribus vbi Bar. ff. de re iudic. Adde, quòd delegatus à Principe nō potest post annum suam sententiam exequi d. l. à diuo Pio.

Ibi *Post annum*. Quid, si ante annum pars fuisset citata ad exequutionem, & ante exequutionē labatur annus, an possit procedi via exequutiua, vide Bart. cons. 36. incip. statutum Ciuitatis.

Ibi *Fuerit confessus*. Quid si reus fuit citatus ad subeundum, an iudex possit mandare apponi verbum *Confitetur*, & postea procedi per viam cædulę secundum formam istius Ritus. Bald. in l. si finita §. Iulianus 5. col. vers. sed & si ff. de dam. infect. dicit, quòd ante litem contestatam, si reus fuit contumax in respondendo, non potest haberi pro confesso, vt per eund. in l. 1. 2. col. vers. do secundam rationem C. de confess. & est ratio, quia ficta confessio requirit ordinem, & actum iudicij, secus in vera. Innoc. in cap. Pisanę de Rest. spol. & Bald. in d. l. 1. C. de confess. in vlt. col. licèt Bart. in d. l. de ætate §. tacuit ff. de interr. act. dicat, quòd ante litem contestatam, reus contumax habeatur pro confesso, quo casu Rit. iste posset habere locum, quod intelligo verum, vbi reus citatus à iudice, vt respondeat recusaret, nam tunc ante litem cōtestatam habetur pro confesso, vt est tex. in c. 2. & ibi Glos. in verb. vobis, & DD. extra de confess. lib. 6. & Bart. in d. §. tacuit, & l. certum, & ibi Ang. ff. de confess. & consequenter ex tali confessione posset cędula causari. Et non obstat, quòd haberi pro confesso sit casus fictus, in quo statutum non habet locum, secundum Bart. in l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. quia hoc verum, nisi casus fictus procederet à iure communi, vt not. Ancharan. post alios in cap. ex parte, de cler. non resid. & ficta confessio in iudicio idem operatur, quod vera. Bald. in l. quoniam ff. de his qui not. infam. Quid, si confessio sit facta coram vno iudice, an ex cædula possit causari exequutio corā alio, Dic quod sic secundum not. in cap. 2. de dilat. & in l. 1. C. de confess. vide tamen Bartol. in l. 1. in fin. ff. de off. Proconf. post Iac. de Are. Sed quid si talis cōfessio sit facta per verbum *Credo* puta, si dixerit *Credo quod talis cædula sit facta manu mea propria*. An habeat locum Ritus iste. Et videtur, quòd sic, quia talis confessio est præiudicialis, ac si principaliter confiteatur, secundum Spec. in tit. de depos. §. 3. vers. sed quid si interrogatus, & Alex. in l. 2. §. obseruari, & ibi Bald. C. de iuram. calum. Sed contrarium est verius, quoniā talis confessio non est propriè probatio, sed releuatio ab onere probandi, ita Bal. in d. §. obseruari, hinc est, quòd iudex potest compellere per verbum *nego* vel *confiteor*, & non admittere verbum credo. Spec. in d. vers. Idem existimo de verbo *puto* per Spec. vbi sup. Bart. in l. 1. ff. de vent. insp. Quid, si cędula sit causata ex confessione partis, an possit infra quindenam iuxta formā istius Ritus probari error istius confessionis. Bart. in l. 2. ff. de confess. & in l. error C. de iur. & facti. ignor. tenet, quòd sic, idem tenet Abb. in cap. ex parte in princ. de verb. signif. Contrarium tenet Io. Andr. in cap. fin. de In int. rest. Quæro an ex probationibus factis p testes possit causari cædula. Dic, quod non, Glos. in l. si possessorij, alias, sed etsi possessori §. si cùm de hæreditate in verb. probatum esset ff. de iureiur. Vnum tamen non omittam in materia confessionis, An à sententia lata ex cōfessione partis possit appellari, & si appelletur, an sententia possit non obstante appellatione mandari executioni, & an iudex à quo teneatur deferre appellationi, de quo vide Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb. confessiones nu. 13. de prob. & decis. Tholos. q. 174

Ibi *In iudicio*. Puta super aliquo interrogatorio præsentato. Et requiritur, quòd talis confessio sit qualificata, aliàs non est opus cędula, sed fit exequutio, seu præceptum desoluendo, cum talis cōfessio habeat exequutionem paratam. l. post rem, & l. creditoribus, & ibi Bar. ff. de re iudic. Sed, an confesso sit opus dare præceptum de soluendo, vel habeatur pro condemnato, vide plenè in decis. Thol. q. 350.

Ibi

Ibi *Exceptiones*. Per hoc decidit illud, quod pluries vidi disputari, quòd, si ageretur per viam cedulæ vigore instrumẽti, in quo sit appositum pactum de non opponendo, non obstante tali pacto, potest pars infra quindecim dies se opponere, & defendere, cum veniat ex forma statuti, quod tacitè videtur velle, quòd tale pactum præscribatur decẽnio, non ergo potest fieri, quòd statutum nõ seruetur, & quòd non habeat locum. l. nemo potest ff. de legat. 1. & ita pluries fuit iudicatum. Et hæc instantia quindecim dierum tenent aliqui, quòd incipiat à die receptionis cedulæ, alij vero à die præsentationis Capitulorũ, sed ego primæ opinioni adhæreo. Quæro, quid, si infra eundem terminum nihil fiat, an iudex possit ferre sententiam, sine conclusione, vel renuntiatione defensionis. Dic, quòd sic, ita per plures rationes tenuit Rom. cons. 176. col. 2. & cauetur à Ritu antiquo huius Regni.

CAP. CXXXIII.

IBi *Causa breuiores*. De iure caussa breuior dicitur, quando summa est minor duobus aureis. Aliquando quinquaginta libris aureis, aliquando decem, prout ponit Glos. in Aut. Breuiores, & ibi Bar. C. de sent. ex peric. recit. vbi Salic. & omnes concludunt, quòd hoc est in arbitrio iudicis, consideratis personis, de quo vide etiam per DD. in l. Admonend. ff. de iureiur. De iure autem Const. Regni est à duobus Augustalibus infra, vt in Cõst. debitores, tenet Bald. in l. nec arbiter ff. de arbit. Sed de iure istius Ritus in modo procedendi est ab Vnc. quinque infra. Vide Bart. in l. fin. ff. de quor. app. non recip.

Ibi *Ad litis ingressum*. De hoc vide infra cap. 137.

Ibi *Caussa alimentorũ*. In causis alimẽtorũ nõ appellatur, & dato, quòd appellaretur, nõ suspendũtur interim alimẽta, immo sententia executioni mandatur. Bald. in l. si instituta ff. de inoff. test. & & de priuilegio alimentorum vide Bart. in l. item Mela ff. de alim. & cibar. legat. Et, in quibus alimentis procedat, an in debitis ex testamento, vel in debitis ex contractu, vide Bart. & DD. in l. cum tibi, ff. de trans. & l. de alimentis C. de procur. An priuilegium concessum alimentis extendatur ad legitimam, quæ succesfit loco alimentorũ, quòd possit in caussa summariè procedi, vide Ang. in l. fin.

A & l. si quis in suo, in princ. & ibi Bal. & Paul. de Castr. C. de inoff. test. Adde, quòd per solutionem triennij inducitur obligatio alimentandi in futurum. vide tex. & ibi Bart. in l. 1. C. de fideic. & in l. si certis annis C. de pact. & l. cum de in rem verso ff. de vsur. An lite pendente. sint præstanda alimenta, vide decis. Tholos. q. 79.

Ibi *Caussæ possessoria*. Quæ sunt, quando quis petit se immitti in possessionem bonorum, quam nunquam habuit, siue B de iure Ciuili, siue de iure Prætorio §. sequens, & ibi Ang. Inst. de interd. Siue retinendo interdicto uti possidetis in stabilibus, & in mobilibus vtrobi, vt per Spec. in tit. de pet. poss. & fruct. Siue recuperando, quo casu competunt expulso nedum remedia ciuilia, verum etiam criminalia, vt actio legis Iuliæ de vi priuata, si cum armis fiat, cuius pœna est de portatio, & publicatio bonorum, vt Instit. de interd. §. restituendæ, & de publ. iudic. §. item lex. Iulia, vbi Ang. & l. 1. C vbi Bart. ff. ad l. Iul. de vi publ. Et de hoc iudicio spoliatorio, vide etiam infra in cap. 135. Adde, quòd in iudicio spoliatorio sufficit semiplena probatio per vnum testem, vel per alium modum, per quem inducitur semiplena probatio, secundũ Bart. in l. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iudic. & ita est communis conclusio, vide ibi. An à sententia lata in iudicio possessorio siue retinendæ, siue recuperandæ possit appellari, vide dec. Tholos. q. 500. & Dic, quod de iure Ciuili nõ D appellatur. l. 1. C. si de mom. poss. fuer. appell. Sed de iure Canonico benè appellatur. Clem. 1. de caus. poss. & propr. vide Abb. in cap. conquerenti, de rest. spol. Bart. in l. 2. ff. de app. recip.

Ibi *Causa seruitutum*. Siue agatur pro seruitute reali, quæ debetur à re rei, siue rusticorum, siue vrbanorum prædiorum, siue personali, siue mixta, de quibus per Glos. in §. 1. in verbo iura, & ibi Ang. Aret. Inst. de seruit. rust. præd. & in l. 1. & ibi Bart. ff. eod. tit.

E Ibi *Prothomiseos*. De hac materia vide inf. cap. 194. cum multis seqq.

Ibi *Salariorum*. Scilicet Aduocatorũ, Procuratorum, Doctorum legentium, Tutorum Curatorum, & similium. Qua autem actione petantur, Dic, quòd actione ex stipulatu, si sint promissa, si autem non sint promissa, vide Bart. in l. illud quoque ff. de var. & extr. cognit. vbi benè distinguit, Spec. in tit. de salar. §. 1. & seq. Bald. post Cyn. in l. 1. C. mand.

vbi etiam habes, quòd totum salarium debetur Doctori legenti, ante tẽpus morienti, secus in mechanicis artificibus, quia pro rata temporis debetur. Bald. in l. 1. col. 2. vers. sed ego, C. de vsufr. vbi etiam, quòd Aduocato tripplici modo debetur salarium, promissione hominis, vt si interuenit stipulatio; promissione legis, quando nihil est promissum; & promissione mixta, vt si prouidit, sed tamen pacto nudo, in quibus locis etiam habetur, an valeat pactum cum Aduocato, seu Procuratore de quota litis. Adde etiã DD. in l. sumptus ff. de pact. l. si quis C. de post. & l. litem C. de procur. Et an tale pactum de quota litis firmetur iuramento. Dic quod non, vt per Bald. vbi supra, per cap. nõ est obligatoriũ, de reg. iur. in 6. vide plenè p Guid. Pap. dec. 120. & melius decis. 140. & plenius de hac materia habetur in l. diem functo ff. de off. Assess. vbi per Alex. qui distinguit in d. casu de legente, cui est præstandum salarium, vt ibi per eum. An salarium integrum sit præstandum Aduocato, si in medio litis partes transegerint. Dic, quòd sic, vt in d. dec. 120. An tot salaria debeat habere Aduocatus, quot sunt iudicia, Dic, quòd vnum tantum, vt per Glos. in d. l. sumptus ff. de pact.

Ibi *Stetur mercatorum arbitrio*. Pro quo facit Glos. in §. præterea Inst. de rer. diuis. quæ allegatur ad hoc, quòd vnumquodque decidendum, debet committi peritis in eo, de quo est lis, Vnde de agricoltura standum est rusticis. Et nota quòd si tractatur de emptione, & venditione, vel de quocunque contractu circa seruos, non dicitur caussa mercantibilis, eo quòd mercis appellatione homines nõ continentur l. mercis appellatione, ff. de verb. sign. Et ex eo, quod dixi standum peritis, infero, quòd, si Potestas cępit delinquentem, qui vulnerauit aliquem mortiferè, ob quod iudex tenebatur eum diligenter custodire, tamẽ ex dicto medici afferentis vulnus nõ esse lætiferum, sed minimũ, si relaxauit, non tenetur, quia non est in culpa, cum crediderit peritis in arte.

Ibi *De dote promissa*. Idem in dote restituẽda, Clem. dispendiosam, vbi Card. in 3. q. de iudic. & circa hoc, est hoc cap. conforme iuri communi, secundum Bal. in l. de quibus ff. de legib. Rom. cõs. 171. Sed, an Ritus procedat, quando agitur contra tertium, vide Bald. in l. 1. ff. de leg. 1. Bart. in l. rei ff. de iure fisc. & in l. si cum dotem ff. sol. matr. & ita audiui aliàs fuisse iudicatum, & practicatum, sed nesciuit ille allegare dictum Bald. in d. l. 1. tene menti, idem Bald. in l. 1. C. si vn. vel plur. Bal. & Paul. de Castr. in l. si marito, ff. sol. matr.

Ibi *Miserabilium personarum*. Quarũ caussæ debent expediri gràtis, vt habetur infra cap. 176. per Abb. in cap. significantibus, de off. deleg. vbi etiam ponit de lumine orbatis, & perpetuo morbo detentis, de viduis, & pupillis qui possunt quandocunque trahere ad M. C. in omnibus caussis, nisi alia pars sit etiam priuilegiata, quia tunc inspicitur voluntas cõuenti, vt per Andr. in Const. statuimus, vbi ponit etiã de personis miserabilibus, quæ dicantur, de quo vide etiã per DD. in Aut. Habita C. ne fil. pro pat. Salic. in l. quæuis, C. de iur. fisc. DD. in Aut. quas actiones C. de Sacr. Eccles. Et quæ sit persona miserabilis, iudicis arbitrio relinquitur, secundum Bart. quem omnes sequuntur in l. 1. C. quand. Imp. Et quis dicatur pauper, & cui debeatur legatum factum paeperibus maritandis, vide Porc. in §. item propter paupertatem, Inst. de exc. tut. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verb. summariæ, not. 2. de Prob.

Ibi *Ecclesiarum*. Idem in clericis, maximè quia æquiparantur viduis, secundũ D. Ant. in cap. ex parte de for. comp. 6. col. post alios, Contrarium tamen tenet expressè Andr. in d. Const. statuimus.

Ibi *Pupillorum*, *& viduarum*. Quis dicatur pupillus, quis infans, & quis pubes, vide Alex. in l. si infanti C. de iure delib. & l. pupillus ff. de verb. sign. Et vidua dicitur, quæ virum habuit, & quæ nunquam habuit. l. malum §. viduam ff. de verb. signif. Abb. in cap. ex tenore de foro comp. Item, si habeat virum, sed inhabilem, vel absentem, secundum Gl. not. in l. fin. in ver. qualitatis C. de plagiar. & clarius per Bar. & Alex. in l. eleganter §. qui reprobos ff. de pign. act. Quid, si pupillus, & vidua sint diuites, an dicantur miserabiles personæ, vide Alex. cons. 121. in 1. vol. vbi, quod non, Contrarium tenet Isern. in d. Const. statuimus. Quære, an dictæ personæ possint eligere forum Ecclesiasticum, vide in cap. ex tenore, & cap. ex parte, vbi DD. de foro comp. Quid, si in talibus caussis summarijs fuerit ordinariè processum, non est dubium quòd valet processus, secundum Glos. in Clem. sępè, & ibi Imm. in 4. col. de verb. signif. vbi alios allegat, & vbi Princeps mandat procedi summariè, etsi

riè, etsi fuerit processum ordinariè, quòd A valeat processus, vide Bald. in l. quod fauore C. de legib. & in l. 4. §. proficisci q. 4. ff. de off. Proconf. Imm. in l. nouit, de iudic. Parif. de Put. de Synd. in 34. col. Dubium tamen stat, an à sententia lata in tali iudicio possit appellari in M. C. & videtur dicendum, quòd non per cap. inf. 139. vbi, quòd à M. C. in caussis summarijs non appellatur, Contrarium tamen est verum, quòd ex quo fuit ordinariè processum, consideratur, ac si caussa fuisset ordinaria, quoniam res facilè re- B ducitur ad naturam suam. l. si vnus §. pactus, & ibi DD. præsertim Ias. 2. col. ff. de pact. & ita audiui pluries fuisse iudicatum, licèt contrarium possit substineri per multa iura, quæ adduxi in d. cap. 139. An caussa nullitatis sententiæ sit summaria, vide Bart. in l. si expressim ff. de appellat. quòd non, immo est ordinaria, per not. per ipsum vbi sup. dum æquiparat caussam nullitatis, & reiuendicationis, vide Ang. Aret. in l. 3. §. illud in fin. ff. de appell. & melius per Paul. de C Castr. in l. quæ sub cõditione ff. de cond. infer. & DD. de Rota in decis. 5. in nou. tit. de lit. cont. vbi distinguitur, an petitum fuerit simpliciter sententiam declarari nullam, & est summaria, aut nullam, & omnia ad pristinum reduci, & est ordinaria, Inn. in cap. cum inter de consuet. aliter sentit, vult enim, quòd aut dicitur nulla, quod constat ex actis, & est summaria, aut non, & erit ordinaria, & ita seruatur in M. C. Et an in caussa nullitatis sit lis contestanda, vide DD. de D Rota vbi sup. & Bald. in l. fin. §. pen. C. de temp. app.

CAP. CXXXIV.

Ibi *In summarijs*. An, in summarijs debeat lis contestari. Bart. in l. ne quid quam §. planè ff. de off. proconf. tenet, quòd sic, idem etiam tenuit Spec. in tit. de lum. cogn. §. 1. col. 1. ad fin. Et generaliter, quòd in omni caussa debeat lis contestari Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. inf. in vlt. col. vers. E summariè l. tigni ff. de verb. sign. nisi dicatur summariè, & de plano. An actor faciens mentionẽ de instrumento teneatur illud edere parti petenti suis expẽsis, vide per Guid. Pap. q. 116. Lanfr. in cap. quoniam contra de probat. tit. testium depositiones nu. 41. & ibi in apostill. An sit legitimãda persona in caussis summarijs. Bart. in l. 2. C. de ed. diui Adr. toll. tenet, quòd sic, & ibid. Ias.

Ibi *Per actorem capitula*. Scilicet libellus. Et nota, quòd de iure licèt caussæ sint summariȩ, debent per libelli oblationem expediri, nisi sint caussæ minimȩ, vbi sine scriptis, & sine aliquibus expensis debet iudex prouidere, vt in Aut. breuiores iuncta l. 2. C. de sent. ex breui. recit. Et facit, quod dicit Florian. in l. 1. in fin. ff. de testam. quòd est in arbitrio iudicis, quot testes velit admittere, nam, si viderit, quòd caussa est minima paucos testes admittet; si magna plures. De quo vide in clem. sȩpe de verb. sign. Bart. in Aut. offeratur C. de lit. contest. Et quòd in caussa damni infecti, & quibuscunque minimis, & in multis alijs casibus non sit necessarius libellus, vide per Ant. de But. & Spec. in tit. de libell. oblat. & facit, quod not. Bart. in l. mediterraneæ C. de ann. & trib. lib. 10. Adde, quod talis sollemnitas, quòd libellus offeratur, & lis contestetur, partium consensu tolli non potest, secundum, Bart. in l. 1. 2. col. C. quan. prou. non est necess. & plenius in Aut. offeratur C. de lit. cont. Abb. in cap. vnic. eod. tit. & melius in d. tit. de lib. oblat.

Ibi *Et caussa non est appellabilis*. Vt in caussa possessionis momentaneæ. l. 1. C. si de mom. poss. fuer. app. & ibi Bart. Bald. & omnes. Quòd procedit de iure Ciuili, vt in decis. Thol. 500. secus de iure Canonico. cap. significauerunt de testib. cap. ex quæstione de restit. spol. & ibi Bald. Idem in caussa damni infecti, alimentorum, & alijs quamplurimis casibus, in quibus non appellatur, de quibus per Lanfranc. in cap. quoniam contra de prob. in tit. de Int. & app. Spec. in tit. de app. §. quibus, & p DD. in l. de alimentis, C. de transf. & in l. 1. quor. app. non recip. vbi Bart. & omnes.

Ibi *Breuis restitutio*. Distingue, aut actor fuit negligens, & nõ datur, aut non, & datur. ita Glos. in l. 1. ff. quod quisque iur. & tenet Bald. Alex. & Ias. in l. 1. ff. de cond. & demonstr.

Ibi *Fiat conclusum*. An cõclusio sit de ordine substantiali ipsius processus, & quid in appellatione, vide Andr. in cõst. vniuersa, vbi Glos. quæ est in contraria opinione. Adde, quòd conclusio nihil aliud est, quàm omnium terminorum, & exceptionum renuntiatio, vt per Glos. in const. vniuersos in verb. conclusione. Et fieri debet in scriptis, vt in cap. quoniã contra, in verb. conclusiones, & ibi Lanfranc. de prob. DD. in Aut. iubemus. C. de iudic. in quibus locis etiam habes, an

F 2 post

post coclusionem possint partes restitui. A Et in M. C. seruatur, quòd post conclusum in caussa dantur restitutiones, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, quæ restitutiones sunt vtrique parti communes. Adde, quòd, si post conclusum admittantur articuli ex aliqua caussa, conclusio tacitè reuocari videtur, & sic discludi. ita not. DD. de Rota decis. 12. de renunt. in antiq. sit ergo cautus Aduocatus, vt iterum concludat, aliàs sententia erit nulla. Nota, quòd post conclusionem possunt præsentari capitula B allegatoria, non autem probatoria, vel protestatoria, Et ita seruatur in M. C. Aduerte, quod si ante conclusionem, ad litteras de audientia testium pars voluerit producere testes extra Curiam, & antequam venirēt testes fuerit conclusum, isto casu non obstante conclusione, admittuntur, & ita vidi pluries obseruari. Adde, quòd pars concludens non potest iterum conclusionem rescindere, nisi sit persona restituibilis ex iuxta caussa; altera vero pars benè potest. C

Ibi *Fiat apertura*. An publicatio sit de ordine substantiali, ita quòd omissa vitiet processum, vide Andr. de Iser. in Const. vniuersos, & melius decis. Thol. q.436. & ibi in addit. Geor. Natt. in clem. sæpe §. quæ omnia col. 28. de verb. sign.

Ibi *Persona restituibilis*. Quid, si caussa sit mixta cū persona restituibili, & non restituibili, vide Gl. in l. 1. C. si in vn. ead. caus. in int. rest. post, & ibi Alber. & Paul. de Cast. Nota, quòd in causis dupplicium iudiciorum quilibet terminus est cōmunis, vt not. DD. in cap. ex litteris de rest. D spoliat. Quæro circa l. petenda C. de tēp. in int. rest. an terminus restitutionis datus personæ restituibili sit cōmunis parti aduersæ, adeo quòd possit eo vti. Dic, quòd sic, sed minor potest renuntiare, volente aduersario l. si iudex ff. de minor. Andr. de Iser. in Const. minorum. l. si post mortem, §. fin. ff. de contratab. Quod verum, re integra, secùndum Bart. in d. l. petendæ, Lanfranc. in cap. quoniam contra tit. de rest. nu. 8. de probat. Porc. E Inst. de excus. tutor. §. 1. in Glos. in verb. excusatur. Et habes expresè infra in cap. 143. item in caussis criminalibus.

CAP. CXXXV.

IBi *In caussa autem spolij*. Hodie per cap. Regni nouissimè cōcessum à Rege Ferdinan. quod est in ordine 54. in quatuor tantùm casibus procedit Ritus iste, videlicet in spolio violento, clandestino, per interuersionem, & per Iudicem commisso. Sed an in spolio debeat lis contestari. Dic, quòd sic, ita concludit Bart. in l. Naturaliter, §. nihil commune, in antep. col. ff. de acquir. poss. Immo, lite non contestata, processus, & sententia erunt ipso iure nulla, ita D. Alex. cōs. 6. col. 3. vol. 3. Adde, quòd litis contestatio est necesse, quòd fiat. infra bimestre tempus adhoc, vt interrumpatur præscriptio l. cum notissimi C. de præscript. nec sufficit citatio tantùm, quia sumus in præscriptione minoris temporis, secus in longissimi, d. l. cum notissimi, supplicatio tamē Principi porrecta habet vim litis contestationis l. 2. C. quan. lib. prin. dat. ad quod adde Afflict. decis. 40. 2. col. vers. videamus. An in tali casu minor possit esse in iudicio sine curatoris auctoritate. Dic, quòd sic, secundum Afflict. in decis. 283. vbi examinat, quòd intellige in maiore annorum quatuordecim, minore tamen decem & octo, vt ibi per eum. Aduerte quòd, ad defensionem partis aduersæ, tantùm lis contestatur, & offertur libellus, vt supra dixi, & ita seruatur indifferenter, quòd non concluditur, nec sit publicatio. Sed quæro, An in tali libello debeat locus, & tēpus inseri, quo tu accedens non fuisti admissus, & tempus quo fuisti spoliatus, dic quod sic, secundum Bart. in l. 1. §. siuè autem ff. de vi, & vi arm. & in l. 1. §. si condictio, ff. vti possid. Bald. in l. fin. C. vbi de possess. ag. opor. Rom. consi. 188. Et similiter quando agitur post bimestre tempus.

Ibi *Infra bimestre*. Quęro, quid si supplicatum sit infra bimestre, & pars spoliata non curauit vlterius procedere, ita quod sit elapsa instantia triennij, an possit spolium de recenti tentare stante spoliatione intra bimestre tempus, fuit determinatum quod non, in caussa Fluminis Dionisij, sed benè poterit spolium de antiquo, & ita fuit determinatū in caussa Baronis Casalis Noui. Quæro, quid si probauit ante perpetratum spoliū possedisse, non tamen tempore commissi spolij. Dic, quòd succumbet, secundum Bart. in l. fin. vers. 3. C. vnd. vi, quoniam hoc casu debet agi conditione d. l. fin. & hoc nota.

Ibi *Constito*. Etiam per testes de auditu deponentes ab ea parte quæ spoliauit, ita not. Domini de Rota in Decis. 2. in cap. licet, & cap. quā, de excess. Prælat. & cap. per inquisitionem, & ibi Doct. de except. Adde quod testes debent esse concor-

concordes de possessione quoniam sunt de substantia, Innoc. in cap. qualiter, & quando 2. col. de Accus.

A

Ibi *In defensionibus suis*. Etiam si excipiatur de notoria proprietate, vel tali exceptione, quæ possit incontinenti probari, quoniã indistinctè loquitur de qualibet defensione, licèt Immol. in cap. 2. de restit. spol. tenuerit contrarium. Adde l. si quis ad se fundum, & ibi Salic. C. ad l. Iul. de vi publ. Immò non auditur in aliqua caussa spoliator contra spoliatũ, quia non datur reconuentio in casu isto nisi in simili caussa, putà in altera caussa spolij, vt not. Bar. & Alex. in addit. in l. fin. §. fin. C. de compens. Sed quæro an videatur sublata appellatio, cùm sit species defensionis vt in cap. vt inter, & cap. significasti, de except. & ibi Abb. & omnes. Dic, quòd sic, Bald. in l. peremptorias C. sent. resind. nõ poss. vers. quæro vtrum, cum sequentib. Specul. in tit. de appell. §. 1. vers. 7. & ibi per Io. Andr. & Bald. in addit. & per ipsos etiã in prædictis locis concluditur, quòd si per statutum denegatur audientia in excipiendo, & defendendo vt hic, denegatur etiã appellatio, vide bonam Glos. in verb. auditiam, in cap. si quis deinceps, de quest. Doct. in l. cum mulier, ff. sol. matr. Et prædicta procedunt, etiam si appelletur à quocunque grauamine ante sentẽtiam latam in spolio. Hodie tamen in Curijs inferioribus appellatur, sed sententia non suspendit, vt dixi supra in cap. 133. in verb. caussæ possessoriæ, sed à M. C. non appellatur, per allegata supra. & in d. cap. 133. Sed an priuilegium datũ caussæ intelligatur datum incidẽti, vel emergenti ipsius, vide latè Parid. de Put. in tract. Sindic. in verb. an stante dicto statuto, vbi, quòd non, quando tale factum incidens, vel emergens non tangerit factum principalis caussæ. Quæro quid de exceptione incompetentiæ iudicis, Dic, quòd non obstabit, immò spoliatus poterit quemcunq; iudicem, etiam incompetentem, & quemcunq; inuenerit adire, & coram eo agere, per l. 2. C. de agric. & censit. lib. 11. secundum Io. de Plat. ibi in fine, licèt Glos. ibi restringat ad iudicem competẽtem, adde Alex. in l. de pupillo §. qui opus ff. de noũ. oper. nunc. Fran. in cap. dilecti q. 52. de appell. Bald. in l. Acta C. de test. & in l. exceptionem, in fin. C. de Probat. & in l. 1. in vlt. not. ff. si à non compet. iud. & in cap. Pastoralis de except. Quęro quid de exceptione iuris, Dic vt in cap. Ad decimam, de

B

C

D

E

Rest. spoliat. & ibi Doct. Adde etiã, quòd quando tollitur defensio, videtur quòd pars possit obtinere cum probationibus, etiam non concludentibus, & quando pars altera nõ potest hoc opponere, Dic quod iudex potest absoluere ex offitio suo Bald. in l. corã C. mand. & in l. Prætor ait, §. hoc autem ff. de oper. no. nunc. Nota quod Regula dolo facis, &c. non habet locum in spolio, vt eleganter notat Dec. in l. Incondemnatione, §. dolo, ff. de reg. iur. & magis clarius Alex. in additt. ad Bart. in l. fin. C. de Compensat. Quid de exceptione compensationis? Dic quòd non, sic clarè in Decis. Tholos. q. 1. & ibi in Additt. licèt ibi loquatur de excommunicatis, tamen aduerte, quòd idem fortius, quia excommunicato tollitur actio, non defensio, sed spoliatori vtrumque tollitur, pro quo vide Nell. De bannit. q. 66. par. 1. 2. temp.

Ibi *Fit restitutio*. Et sic ante omnia spoliatus restituendus est, concordat l. si maritus, C. de Donation. inter vir. & vxor. l. si quis in tantam, C. vnd. vi, cap. cũ dilectus, & cap. fin. de ordin. cognit. l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. idem tenet Raff. & Paul. de Castro, in l. Naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. Io. Andr. & Host. in cap. 2. de caus. possess. & propriet. Iac. Butrig. in l. Incerti C. de interdict. Ant. de Butr. in cap. Cum dilectus, De caus. possess. & propriet. & cap. In Literis, de Restit. Spoliat. Andr. ad Specul. in tit. de pet. poss. & spol. §. 1. verb. quid si pro vno, Paul. de Castr. in l. 1. C. de Edict. diui Adr. toll. & cum hac opinione tamquã magis cõmuni transit. Alex. ibidem, cui adde Oldr. cons. 224. in pen. col. circa finem Hanc tamen receptam opinionem limitant Bald. & Alex. per 16. Fallentias, vbi vide, & hæc cõmunior, licèt contrarium tenere videatur Imol. in d. §. nil cõmune. Quæro, An Tertius possit impedire istam restitutionem pro suo interesse, Ant. dicit quòd sic, in cap. In literis, de Restitut. Spoliat. Franc. in cap. Exceptione 7. col. de Exception. clarius per Alex. in d. §. nihil commune nu. 33. Felyn. in cap. veniens, de Testib. Ias. in l. si vnus, §. ante omnia, ff. de Pact. Afflict. Decis. 19. Alex. in cons. 163. Decis. Tholos. q. 493. Adde quòd Tertius potest agere petitorio iuditio contra Spoliatum, & ita concludit Abb. in d. cap. In literis, Rom. cons. 154. Felyn. in d. cap. veniens Angel. in §. 1. Instit. de Exception. DD. de Rot. Decis. 438. & sic non poterit opponere

ponere exceptionem spolij contra Tertium l. si de bonis, C. de iur. deliber. Pone quod quis de facto spoliatus petit restitutionem quam primùm habeat restituere spolianti, An procedat Ritus iste, vel competat exceptio, dolo facis, &c. vide Angel. in d. §. 1. col. 4. Instit. de exception. & dixi supra eod. cap.

Quæro An istud statutum procedat in Spolio Iudicis, vt quando iudex ex se facit mitti aliquem in possessionem non citato possessore? Dic quòd sic, quod tamẽ intellige, quando Iudex decidit extraiuditialiter, nulla iuris, nec iudicij sollemnitate seruata, secus autem quando in forma iuditij, quia tunc non habet locum Ritus iste, vt putà quando in forma sententiæ, tunc enim alia remedia possessori spoliato conceduntur, scilicet ad appellandum, &c. Abb. in cap. Conquerente, de Restitut. Spoliator. & tenet Archid. distinctè, in Can. Presentium, 7. q. 1. & ibi bona Glos. pro quo facit, quòd quando iudex iuditialiter processit per viam sententiæ, pro sententia præsumitur, l. Herennius, ff. de euict. l. Res iudicata, ff. de Reg. iuris, tàm quò ad rectitudinem quàm quò ad rititudinem, nisi contrarium probetur, secundum Alex. in l. sciendum, ff. de verb. obligat. & hoc quando sententia transiuit in rem iudicatam, & hæc communior, tamen vide in cap. Quoniam contra, de probation. & ibi Lanfranc. & Moder. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. Angel. & Rom. in l. Meminerint, C. vnd. vi, Bart. in l. sequitur, §. si fundus, ff. de vsucap. plenè Angel. in §. quadrupli, Institut. de Action b.

Quæro etiã, An spoliatus vigore huius Ritus possit agere cõtra alium spoliatũ, putà ego spoliaui te, tu me? Dic quòd sic, & est casus in §. restituendæ, Institut. de Interdict. & l. qui possessionem, ff. de vi, & vi arm. & notat. Archid. in cap. 1. de Restitut. Spoliat. in 6. & hoc procedit, quando tu spoliasti me, ego spoliaui te, nam secus si indiuersa re, quia tunc obstabit exceptio, vt ego non audiar, nisi tibi restituta re, vt in cap. fin. De ordin. cognit. & Archid. in d. cap. 1.

Quæro An procedat iste Ritus in rebus ecclesiasticis? Dic quòd sic, quando concernit ordinem iuditiorum, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi Abb. & omnes, de Constitut. & ita quotidie practicatur. Quæro etiam an Ritus iste habeat locum in incorporalibus, vt si quis fuerit spoliatus possessione alicuius seruitutis,

A vel alterius iuris? vide Alex. in l. 3. de Acquir. possess. 1. col. vbi dicit quod debet intelligi de vera, & propria, & sic de rebus corporalibus, non autem de incorporalibus, quæ non propriè dicuntur possideri, per l. seruus, §. incorporales, ff. de acquir. rer. domini quia verba statuti sunt propriè intelligenda, l. 3 §. hæc verba, ff. de negot. gest. sequitur ergo, quòd non procedat Ritus iste, contrariũ tamen seruatur in M. C. maximè quia in incorporalibus dantur interdicta, l. omnes, ff. de seruitut. & l. serui, §. Aristo, B ff. si seruit. vindic. idem expressè tenet Abb. & omnes in cap. olim inter, de Restitut. spoliator. & in cap. Quærelam, de elect. Insuper, An, qui est in possessione percipiendi quolibet anno, si denegatur perceptio, possit agere spolio, vidè Specul. in tit. de Restit. spoliat. §. nunc dicendum, nu. 14. Pone, amicus tenet, & possidet nomine meo, fructus percipiendo, fuit de possessione expulsus, An cõpetat interdictum vnde vi? Dic quòd nõ, C nisi docuero, quòd possessionem illam nomine meo factam, ratham habuerim, & fructus possessor mihi soluerit, & ita intelligitur regula illa, scilicet, is possidet, nomine cuius possidetur, tex. est & ibi not. in cap. cum venisset, de restitut. spoliat. & ita decidunt DD. de Rot. in Decis. 151. & Afflict. decis. 300. Aduerte tamen, quòd illa rathihabitio debet fieri in tempore ante spolium, vt prosit, Dec. in l. semper, ff. de reg. iuris. Pone etiam, quòd Hæres adiuit hæreditatem, nondũ D tamen apprehẽdit hæreditatis possessionem, aliquis fuit possessionem ingressus rerum hæreditariarum, An huic competat benefitium huius Ritus? Dic quòd nõ de iure, quoniam defecit vnum extremũ, scilicet possessio ipsa ratione spolij, quoniam hæres ante apprehensionem rerum non dicitur possidere, l. cum hæres, in princ. & ibi DD. ff de Acquirend. hæredit. Tamen de iure capit. Regni nouissimè per Regem Ferdinand. cap. 43. est secus, & competit remedium huius Ritus, quia continuatur possessio defuncti E in hæredem. Pone insuper, quòd quis constituit se nomine meo possidere, An si fuerit spoliatus, ego possim vti benefitio huius Ritus? Dic quòd sic, vt dicunt DD. in l. Quod meo, ff. de acquirend. possess. Quæro An huic Ritui possit renuntiari, Bald. in cons. 49. lib. 4. tenet, quòd sic, alleg. cap. 1. extra de Restitut. spoliat. Alex. cons. 93. vol. 5. vbi tenet, quòd pactum de non agendo ad restitutionem,

tionem, obstat agenti via spolij, & not. Abb. in cap. sollicitè, de Restitut. spoliat. Quæro etiam, An, si quis obtinuit sentētiam in possessorio pro se, & postea succubuit, in petitorio, teneatur ad restitutionem fructuum per ipsum perceptorum vsque ad litis contestationem factam in petitorio, vide plenè in Decis. Tholos. q.494. & ibi in Addit.

CAP. CXXXVII.

IBi *Ad litis ingressum*. Quæ autem exceptiones impediāt litis ingressum, dic vt per DD. in l. Fratris, C. de transact. & denique omnis exceptio, quæ est inducta, vt fit litium finis, vt est exceptio rei iudicatæ, transactionis, &c. cap. 1. de lit. contest. Ias. in d. l. Fratris, Bart. & Ias. in l. postquam liti, C. de Pact. Lanfranc. in cap. Quoniam contra, de Probation. in ver. exceptiones, nu. 10. & generaliter omnis exceptio, per quam presupponitur agens sine actione experiri, de quo vide Bart. in l. 2. & l. Ait Prætor, & l. Nam, & postea, ff. de Iureiur. vt exceptio solutionis, & acceptilationis. An pactum de non opponendo impediat litis ingressum, cōmunis est opinio, quòd non, secundum Alex. in l. creditori, C. de pact. vt fit litium finis, & hoc limita, nisi sit exceptio notoria, quòd, licèt non sit litis finitæ, tamen admittitur vt fit litium finis, & dic quòd impedit litis ingressum, scilicet impedit litis contestationem, quæ est litis ingressus, vt Alex. in d. l. creditori, & quæ exceptiones impediant litis cōtestationem, vide Capell. Tholos. q. 67. & de istis exceptionibus, vide Io. de Amic. in cōs. 14. & vide Pragmat. Quomod. proced. vt quæ fuit in anno 1531. die 20. Septembr. facto Colloquio Generali in vrbe fęlic. Panhorm. in qua disponitur, quòd non impediat. Nota quòd tales exceptiones debent opponi ante litem contestatam ad effectum impediēdi litis ingressum, Sed quid si opponantur, & requirant altiorem indaginem, Dic vt per Bart. & DD. vbi supra. Hodiè tamen practicatur, quòd in præsentatione libelli, Actor apponit in Rubrica, Petens non obstante exceptione huiusmodi, hanc formam vide infra, tamen opposita huiusmodi exceptione, litis ingressum impediente, à iudice debet procedi ad vlteriora cum reseruatione, & operatur ista reseruatio, quòd si in fine causæ apparebit iuridica, & vera, quicquid fit factum in processu habetur pro

A non facto, ita concludit Alex. in l. Prætor, in fine, ff. de damn. infect. Et an talis reseruatio possit fieri, vide eumdem vbi supra.

Ibi *Infra mēses duos*. Quid si processus non poterit expediri infra duos menses, & sic infra habitum terminum, propter aliquam necessariā causam, vt putà, quòd probationes erant exteriores, quas fuit impossibile infra prædictum terminum habere, An terminus prorogari debeat? videtur quòd sic, Angel. in l. Insulam, §. 1. de verbor. obligat. & ita tenent DD. B in Auth. Clericos, C. de Episc. & Cleric. Bart. in l. Scire oport. §. consequens ff. de excusat. tutor. circa fin. & quòd hoc, quod dicitur hìc, habet locum nisi iusta causa subsit, vt supra cap. prox. ibi *nisi rationabilis*. Quid si per longam dilationem à Iudice datam aduersario opponēti ad litis ingressum, causa non potest expediri infra duos menses? Dic quòd, non obstante lapsu huius bimestris temporis, causa poterit expediri, secundum Bart. C in l. si cum ipse. post Glos. ff. de excusat. tutor. Cyn. in l. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. & Bald. ibi in d. l. fin. Idem etiā si facto aduersarij laberetur huiusmodi instantia, pro quo est textus in l. si potest, ff. de reiuendicat. Idem si propter causarum multitudinem causa non poterit expediri, quia tunc daretur restitutio, secundum Glos. in l. Senatusconsulto, in verb. restituantur, & ibi eam commendat Angel. ff. de offic. Præsid. Quæro, quid si nulla subsit iusta causa, tamen sententia fuit lata post bimestre tempus, an D teneat sententia? Dic quod non, DD. in l. fin. C. de tempor. In; Integr. restitut. & per allegat. in l. Scire oportet, §. consequens, circa finem, ff. de excusat. tutor. Subsequēter quæro, An Iudex teneatur ad expensas proferendo sententiam ipso iure nullam, vide Bart. & DD. in l. 1. §. fin. ff. Quod quisque iuris.

Ibi *Duos menses*. Et sic habes hic vnum casum, in quo instantia est per bimestre tempus, alium similem habes in Auth. vt E Cleric. apud propr. Episc. §. 1. vbi in causa criminali cōtra clericos loquitur. Nota, quod in omnibus causis, siuè ciuilibus, siuè criminalibus datur instantia de iure, scilicet trium annorum in ciuilibus, duorum verò in criminalibus, l. Properandum, in princ. C. de Iudic. & etiam per statutum, vt hic, quia instantia perempta, perimitur causa ipsa, exceptis quibusdam casibus, vt si agatur de fundo fisci, & alijs rebus fiscalibus, vel publicis functionibus,

bus, quæ Principi debentur, vt DD. ibi referunt. A

Ibi *Vel impedimento*. Siue iusto, siue iniusto, propter verbum, *omni*, quod vtrumque comprehendit, l. Procurator, & ibi notatur, ff. Mandat. cap. Solitæ, De Maiorit. & obedient. in hoc tamen dubito.

CAP. CXXXVIII.

IBi *Neque supplicari*. Quid sit supplicatio, & in quo differat ab appellatione, vide Gl. in cap. ex literis, in verbo, *supplicauit*. De integr. restitut. & plenè per B Ias. post Alios in l. fin. C. de precib. Imperat. offer. supplicatio enim est quædam venia aduersus sententiam misericorditer implorata, l. 1. ff. de Minor. & Ias. in Auth. quæ supplicatio, C. de Præcib. Imperat. offer. supplicatur enim à sententia; à qua non licet appellare, & supplicatio est remedium extraordinarium, & restitutio aduersus sententiam datur, & interponitur infra biennium, & potest C etiam interponi infra decem dies, verùm quòd primo casu non impedit executionem, & hoc secundum cap. Ritus infra, de Reuis. sentent. cap. 188. secundo casu impeditur executio, nisi victor det cautionem de restituẽdo in casu succumbẽtiæ, & tamen hodie per d. cap. Ritus debet victor vtroq; casu cauere, de quibus vide Ias. in d. l. fin. & DD. in d. Auth. quæ supplicatio, & vide etiam aliquid infra in d. cap. 188.

CAP. CXXXIX.

IBi *Summariè*. Quid si causa sit sui natura summaria, & fuit processum ordinariè, an alteretur natura causæ, vt de non appellabili fiat appellabilis? teneo quòd non, quia inspicitur origo ipsius causæ, per tex. in l. cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. iud. vbi est casus, quòd si tempore litis cõtestatæ causa est summaria ratione personæ priuilegiatæ, vt viduæ, & in medio litis tradidet se nuptui, ita quòd tempore latæ sententiæ matrimonium est consumatum, an per E illud incidens commutet etiam naturam suam, & sic de non appellabili fit effecta appellabilis? Dicitur quòd non, quia attenditur origo, & initium causæ, propterea, quando causa est summaria, & proceditur ordinariè, ille modus ordinarius subrogatur in summarium, sed subrogatum sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caution. Preterea eodem modo in actione, inspicimus enim primam naturam, & non accidentalem, secundum Glos. in verb. æstimaretur, & ibi Aret. in §. his autem, Institut. de leg. Aquil. præterea facit infra cap. seq. 140. p quòd apparet, quòd causa inspicitur, non obstãte quòd Aduocatus dixerit, quòd summariè procedatur, quia non mutatur natura causæ, & sic vbi est eadem ratio ibi idem Ius, l. illud, ff. Ad leg. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. obligat. dicendum ergo expremissis naturam nõ esse alteratã, & ita fuit sæpe sæpius iudicatum, & vide quæ scripsi infra, in cap. prox. 140. in Glos. fin. vide etiã ad hoc Philipp. Frãc. & cæteros in cap. cum cessante, de Appellat. & Io. de Anan. in cons. fin. per totum, & Alex. in l. si cum dotem, §. maritus, num. 6. ff. solut. matrim. vnde non est pretermittẽdum, non posse summariè procedi, etiam ex pacto, vbi iuditium est ordinarium, secundum Glos. ab omnibus cõmuniter approbatã in Clem. Sæpè, de verb. significat. nõ potest enim ordini iuditiorum pacto renuntiari, licèt per consuetudinem possit, §. argentum, Auth. de Fideiussor. & l. 2. C. de Const. pecun. Bald. in l. de quibus, in 4. col. ff. de leg. Imol. in cap. 1. de Libell. oblat. nõ tamen per pactum, vt dixi, secundum Aret. in l. Nemo potest, in princ. ff. de leg. 1. & tenet Innoc. & Abb. in cap. Cum causa, de testib. plenius per Bart. in l. Ius publicum, ff. de Pact. vbi etiam tractat quibus iuribus possit renuntiari. Ad- D de, quòd quando est in electione partis, an ordinariè, vel summariè procedere velit, non debet quæri quomodo processit, vel procedere dixit, secundum Bal. post Cyn. in l. diffamari, C. de ingen. manumiss.

Ibi *Iniunctionis*. Quis autem sit ordo istius iniunctionis, habes supra de. mod. proced. per viam cædul. cap. 132.

Ibi *Scripturarum visione*. Intellige si pars consensit, ita est practica, & pars semper consentire videtur, nisi expressè dissenserit in scriptis, per ea quæ voluit Bart. in l. 1. C. de Relation. vidi tamen dubitari. Scripturæ fuerunt missæ ad effectum, pars aduersa non reclamauit incontinenti, quòd nõ consentiebat in modo procedendi, hoc est non supplicauit, sed in tantum retardauit, quòd eodem die, quo supplicauit, fuit lata interloquutoria super scripturis, dicebatur interloquutoria nulla, ex quo pars non consensit,

fit, imò dissensit, replicabatur, quòd imò diffenserit in tempore non opportuno, & alleganturea, quæ habentur in l. fin. C. de edict. Diu. Adriani toll. & l. 1. §. 1. ff. de Bonor. possess. secund. tabul. & not. per Bald. in l. de rebus, C. de Donat. ant. nupt. & Ias. in l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. Iur.

Ibi *Non appellatur*. Posset tamen haberi recursus per viam supplicationis ad superiorē, exclusus enim ab appellatione non intelligitur exclusus à quærela, secundum Bald. in l. fin. C. de Appellat. & ibi Salyc. & Salyc. in l. fin. C. de sentent. & interloq. Abb. in cap. Quærelam, de Procurat. Lud. in l. pen. de Aqu. pluu. arcend. Abb. in cap. ex literis, De in integr. restitut. & Bart. in l. 1. C. Ne lic. in vn. ead. caus. tert. prou. prout tenet cōtrarium dicit, quòd prohibita appellatione, prohibetur etiam supplicatio, hoc idem tenet Bald. in l. 1. C. de edict. Diu. Adr. toll. & Imol. in d. cap. ex literis, probatur in l. si quis aduersus, C. de Precib. Imperat. offert. & ibi hoc expresse affirmat Paul. de Castr. in l. ex consensu, in fine, De appellat. Alex. in l. properandum, §. fin autem, C. de iudic. Sed dicendum puto, quòd nisi esset sublata expresse, nunquam intelligeretur sublata supplicatio, nec alia remedia, maximè quando euidenter apparet de iniquitate sententiè, quo casu etiam posset appellari, non obstante aliquo statuto, vel isto Ritu appellationem prohibēte, secundū Alex. in cons. 113. in vlt. col. vers. & per prædicta, in 5. vol. post Bald. in l. vnic. C. si de moment. possessor. puer. appell. vers. quæro quid si euidens, & in l. consentaneum, C. quomod. & quando Iud. Rom. in Rubr. de Arbitr. dum tractat quæ appellatio dicatur remota, dum statutum prohibet appellationem, & quòd si apparet sententiam iniquam esse, ea nunquam transit in rem iudicatam, tenet Alex. in cons. 73. 6. col. in fin. vol. 4. Adde quòd si à sententia nō potest vna pars appellare, item nec alia, licet sit priuileggiata ita vt vidua, cap. 2. & ibi not. de Appellat. Felyn. in cap. Si duobus, post princ. de Appellat. Non obstant notata in l. quòd fauore, ff. de leg. quia ista procedunt vbi quid est productum in fauorem, & respectu personæ, & non respectu causæ.

CAP. CXLI.

IBi *A tempore scientiæ*. Scientia præsumitur quando publicè notū est, Bal. A in l. 1. C. de his qui latron. Glos. singul. in §. qui autem excusare, in verb. cognouerunt, institut. de excusat. tutor. cap. 1. de postulat. Prælat. cap. Quod dicitis, & quod ibi notatur, 16. Distinction. notat Abb. in capit. Ab excommunicato, in Glos. in verb. de facto, de rescript. Alex. in cons. 187. 3. col. vol. 2. Et si non diceretur expresse à tempore sententiæ, intelligitur à die commissi delicti, secundum Salyc. in l. fin. De dol. & ratio est quia ignoranti non currit tēpus, l. 1. in princ. B ff. de iur. & fact. ignor. l. Bonorum, C. Qui admitt. & ibi not.

Ibi *Procuratoris*. An quis possit per procuratorem accusare, vel in criminalibus possit litigare actiuè, & passiuè, Dic distinguendo, aut causa est merè criminalis, aut mixta, aut merè ciuilis, primo casu, aut pœna est à relegatione supra, aut non, Primo casu dic quòd non, l. pen §. ad crimen, & ibi Bart. plenissimè, ff. de public. iudic. l. 1. ff. An per alium caus. app. idem Bart. in l. seruum C quoque, §. publicè, ff. de procurat. Capic. Dec. 143. Marsil. cōs. 60. nu. 23. ad crimen enim frustra procurator interuenit, secūdo casu, vide cap. 1. de Procur. Limita tamen primum casum, quòd licèt non admittatur, tamen si est casus, in quo absens potest condemnari, vt ex forma statuti, & tunc admittitur, d. l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procurat. l. fin. C. eod. & ibi plenè per DD. maximè Ias. & Alex. Limitatur etiam non procedere in illis casibus, in quibus non prohibetur D venire ad allegandum, & probandum causam absentiæ accusatoris, vel accusati, vel opponendum exceptiones, quæ veniunt ante litem contestatam opponēdæ, ventilanddæ, vt declinatoriam fori, & iudicis in competentiam, vel quòd iudex est excommunicatus, vel rescriptum non valet, & similia, & vt in d. §. publicè, Imol. in cap. veniens, & ibi Innoc. in Glos. extra de Accusat. plenius per Guid. Pap. Decis. 338. incip. si quis accusatur, & Alex. in cons. 116. vol. 2. incip. E Animaduersis, & ratio est, quia, proponere talem excusationem, & causam, nō est ad defendendum, arg. eorum, quæ notantur in cap. 1. extra de lit. contestat. in Glos. & in prædictis locis habes quæ sunt istæ causæ absentiæ, quæ possunt per procuratorem allegari. Item Limita, si accusator, vel accusatus esset persona illustris, l. fin. C. de iniur. & qui dicatur illustris, vide Glos. in l. 1. ff. de offic. eius, & d. l. fin. in fine. Item Limita, in Do-

A mino defendēte seruum, l. si cui, §. idem ff. de Accusat. & l. si cuidam, C. eod. Limita etiam in patre defendente filium, vt notatur in dict. iurib. & debet intelligi, vt pater possit defendere vt pater, nō vt procurator, Bald. d. in l. si cuidam. cum l. seq. C. de Accusat. & vide Petr. de Ferrar. in sua practica, in form. Inquisitionis in verb. Hæc est quędā inquisitio, nu. 33. Limita insuper, si Reus est carceratus, vel fideiussione ligatus, quia tunc potest interuenire procurator ad defendendum, B & testes producendum, & alia similia faciendum, vt dicit Bart. in d. §. ad crimen, & plenè per Gandin. in Tract. de malef. in titul. vtrum procurator in maleficijs. Sed prædicta non procedunt vbi veniret pęna à relegatione supra, vt mortis, deportationis, aut mēbri mutilationis, seu alia pęna corporis afflictiua, quia tunc nō admittitur procurator, nisi in casibus, de quibus supra, si autem venit pęna a relegatione infra, vel pœna pecuniaria, tunc admittitur, vt per Bart. in d. §. ad crimē, C & in prealleg. locis, ad quæ adde magistral. Bal. in sua pract. in tit. de procurat. q. 8.

Ibi *Vel Præstat*. Quid si iudex negat fideiussorem accipere, volens accusatū in carceribus detinere? Dic quòd tenetur actione iniuriarum, secundum Bart. in l. si verò, §. qui pro rei, ff. qui satisd. cogantur, & poterit præstare, si præsentauerit se infra bimestre, vt infra in cap. 159. Item si aliquis fuerit accusatus de aliquo delicto. Quæro An correus possit D pro alio correo fideiubere? Angel. in l. Reos, ff. de duob. Reis, tenet quòd sic, iudex tamen non potest compelli ad hāc fideiussionem capiendam, secundū Imol. in d. l. Reos. & potest esse ratio, quia nō quicquid Iudicis potest subijci authoritati, subijcitur, l. Non omne, ff. de iudic.

Ibi *Læse Maiestatis*. Et sic nota hic duos casus, in quibus quis proposita accusatione carceratur, nec in fideiussione auditur, sunt, & Alij casus, de quibus in Constitut. Humanitate, De his, qui fideiuss. dar. poss. quibus adde, idem si delictum esset enormæ, & graue, vt homicidium, In quo venit pœna vitæ, & mēbri mutilationis, & deportationis, secundum Bald. in l. 3. C. de Episc. Aud. & est tex. in l. Diuus, ff. de custod. Reor. vide tex. Glos. & Bart. in l. 1. ff. eod. & ita practicatur, & obseruatur, quòd in arduis non admittitur fideiussio ab initio, sed carceratur Reus, Salyc. in l. 1. in prin. C. de exhib. reis, licèt ex forma Constit. in quocunque delicto, etiam capitali admittitur fideiussio, tamen vt dixi, de iure, & in practica contrarium seruatur. Item intellige hoc in crimine Lęse Maiestatis in primo capite in personam Principis, & eius consiliarium, secundum Andr. in d. Const. Humanitate, multa enim capita habet Lex Iulia Maiestatis, vt ff. Ad l. Iul. Maiest. l. 1.

Ibi *Plenè*. Plæna debet esse probatio, & luce meridiana clarior ī criminalibus, l. fin. C. de Probationib. cū iuribus vulgatis, ex his enim præiuditiū infertur, & periculum imminet, ergo cautius est agēdum, Nec obstat quòd iudex dicat, procedatur summariè, nam intelligitur de modo procedendi quò ad sollemnitatem iuditiorum, non autem quò ad probationem, Sin autem esset causa, quæ non afferat præiuditiū, & tūc sufficerēt semiplenę probationes, l. Instrumēta C. Ad exhibendū, l. Thesaurus, ff. eod. cum similib. Salyc. & Paul. in l. Iudices, C. de iudic. vbi habetur, quod, quando mentio fit à iure, quòd summariè procedatur, intelligitur de modo procedendi, & nō summariè, quantum ad probationem. Et an vnicus testis faciat semiplenā probationē in criminalibus, vide Lanfranc. in cap. Quoniam contra, de probation. in verb. testium depositiones nu. 132.

Ibi *Vel semiplenè*. Supple, vel præsumptiuè, secundum Abb. in cap. cum in cōtemplatione, De reg. iuris. Sed Quæro, quæ sunt illa inditia, seu semiplenè probationes, quæ ad torturam sufficiunt, dic vt per Bart. in l. admonendi 2. col. vers. quæro, ff. de iur. iurand. vbi ponit, quod est testis vnus de visu, & idem Bart. in l. pen. de quæstion. & Glos. in d. l. Admonendi, in verb. vel per vnicum testem, & ibi plenè Ias. & Alex. hoc dictum multis modis limitat. Et nota, quòd quodlibet inditiū per duos testes debet probari, vt ibi DD. prealleg. & adde Bar. in l. quid sit fugitiuus, §. 1. de ędilict. ędict. vbi ponit de fuga, & plenius per Gandin. in tit. de Indit. in verb. fama publica, & per Angel. de malefic. in d. verb. Fama publica, vbi ponit omnia Inditia, per quæ peruenitur ad torturam, Isern. in Const. Si damna clandestina, vbi habes quasi totam materiam torturæ.

Ibi *Testes*. Nota quòd testes in criminalibus, qui ritè non deponunt, vel taliter, quòd eorum dictum non valet, debent iterum examinari, cap. 2. de Testibus, & in cap. cum causa in fin. in Glos. magna, & ibi dicit Ant. de Butr. eod. tit.

Specul.

Specul. eod. tit. §. 1. & sic est casus, in quo didicitis testificatis, iterum possunt recipi testes, adde Barb. in cap. 1. de testib. & Abb. in cap. Fraternitatis, eod. tit. Bald. in Auth. Qui semel, C. Quomod. & quand. iud. vbi ponit plures casus, in quibus possunt recipi testes didicitis testificatis, & adde Bald. in cap. 1. in vsib. feud. Adde quod in productione testium debet pars citari in tali die, qua pars vult producere testes, & si alia die iterum citabitur, aliàs testes sunt nulli, ita dicit Bart. in l. Qui ante calendas, ff. de verb. obligat. Sed si aliud seruatur, an processus sit nullus, vide DD. in l. Iudices. C. de fide instrument.

CAP. CXLII.

IBi *Non recentibus*. Idest post duos mẽses numerandos à die scientiæ delicti, & delinquentis, vt in cap. præced. 137.

Ibi *Sit locus torturæ*. Quando sit locus torturæ, vidi Glos. in verb. semiplenè, supra in cap. præced.

Ibi *Concluso processu*. Hoc verum, nisi contra accusatum nõ constaret, quia tũc non debet carcerari, secundum Iacob. de Butri. & Bald. in l. 2. C. de exhib. Reis, & ratio est, quia absoluẽdus à delicto nõ est ita diligenter custodiendus, Glos. in l. si pecunia, ff. de Cond. ct. ob caus. & Bald. in l. Lex Cornelia, in 5. col. ff. Ad Syllan. adde Alex. in Apostill. ad Bart. in l. 1. ff. de custod. reor. in pen. Apostill. vbi dicit, quòd accusatus de crimine capitali, & in vinculis positus, debet excarcerari, si constat eum non deliquisse, non expectata sentẽtia, per tex. in l. Nullus, ff. de exhibend. Reis, in fine.

CAP. CXLIV.

IBi *Restitutiones ordinariæ*. Adde, quòd de iure non dantur l. Auxilium, ff. de Minor. l. Sepulchrorum, ff. de Sepulchr. violat. Andr. de Iser. in Constit. Oscuritatem, in princ. nisi agatur de re familiari, vt in Iurib. alleg.

Ibi *Ex clausula generali*. De qua in l. 1. ff. ex quib. caus. maior. & ex qua causa restitutus potest etiam didicitis testificatis testes producere, vt dicam infra eod. in verb. Non habuerit copiam productorum, adde Ias. in §. rursus, super Gl. reipublica, 16. col. Institut. de Action. licèt remissiuè loquatur.

Ibi *Post Conclusionem*. Adde Bald. in l. 1. §. fin. ff. de quæst. Innoc. & Io. Andr.

A in cap. Fraternitatis, de testib. Anchar. in cap. vbi periculum, de elect. in 6. imò ex officio iudicis, non ad petitionem partis, Bart. in l. si non defendatur, de Pen. & vbi supra.

Ibi *Super nouis capitulis*. Quid sit nouum, quid sit antiquum, vide Bart. in l. Per hanc, C. de tempor. appellat. & in Auth. qui semel, C. de Probat. vbi omnis articulus, seu intentio actoris, qui respicit, & coadiuuat primam actionem, dicitur antiquus, ille autem, qui non respi-
B cit, neque coadiuuat primã actionẽ dicitur nouus, secũdũ eũ ibi, qui ponit multa exempla, & plenè per Canonistas in cap. Fraternitatis, de Testib. & Bart. in l. Admonendi, ff. de iur. iurand.

Ibi *Nõ habuerit copiam productorum*. Tunc enim, ex quo didicit testificata, subest timor subornationis, & ideo impeditur testium productio, Auth. Qui semel. C. quomod. & quand. iud. & ibi Bar. & omnes, & quot modis dicantur didicita testificata, vide Bart. & DD. vbi su-
C pra. Quæro, quid si pars didicit testificata viua voce, & à testibus, non autem capiendo productorum copiam, vide ibidẽ. Nota quod illa regula, scilicet, quòd post didicita testificata non admittitur testiũ productio, fallit in multis casibus, in quibus per Lanfranc. in cap. Quoniam contra, de probat. in ver. testium depositiones, nu. 71. cum seq. Abb. & DD. in d. cap. Fraternitatis, de testib. vt in Minore, Ecclesia, & in Maiore restituto ex clausula generali, vide aliqua ad infra
D scripta per Ias. in l. Iubemus, C. de iudit. Nota etiam, quòd publicatio sola, non didicitis testificatis, non excludit productionem secundum Abb. in d. cap. Fraternitatis, col. 5. Alex. in cons. 84. lib. 4. num. 5.

Ibi *De nouo reperti*. Dicit Bart. in l. 1. C. Locat. quòd ex noua causa noua datur dilatio, iuxta illud, quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, datur autem ex causa impedimenti sine culpa eius, cui datur, l. oratione, ff. de Ferijs, quòd im-
E pedimentum potest probari per iuramẽtum, vt tenet Lanfranc. in d. cap. Quoniam contra, de probation. in ver. dilationes, cap. Nulli, de elect. in 6. vbi pro eis, quæ nouiter deuenerunt ad notitiã, potest, & debet dari noua dilatio, & etiã restitutio. Adde quod iudex in criminalibus, non obstante lapsu triennij, potest testes cogere, eos carcerando, vt deponant; etiam post aperturam; de quo vide Andr. de Isern. in Constit. In pecuniarijs,

& Bald. in l. Presbiteri, C. de Episc. & A Cler. Hoc tamen non fit in criminalibus, vt Bald. vbi supra, Adde etiam quæ dicã infra in ver. Iudex ex suo officio,

Ibi *Nõ caderet suspitio subornationis*. Sic debet articulari, & probare, quòd tales testes sunt tales, in quibus non cadit suspitio, aliàs si essent simpliciter recepti non probarent, secundum Angel. in l. 1. §. si quis neget, circa mediũ, ff. Quemad. testam. aperiant, quem sequitur Alex. cõs. 82. col. 3. vol. 1.

Ibi *Iudex ex suo officio*. Et sic habes, B quòd iudex tàm ex suo officio, quàm ad petitionem partis post conclusum potest concedere restitutionem super nouis articulis ex antiquis descendentibus, vel antiqua concernentibus, aliàs si essent penitus noui, nouam causam concernẽtes, non admitterentur, tanquam impertinentes, de quo vide per Abb. in cap. Fraternitatis, de testib. quando enim restitutio petitur, & esset casus, in quo restitutio deberet concedi, mittuntur illa capitula per partem aduersam ad effectũ C vt videatur si sunt releuantia, vel impertinentia, vt dixi supra in causa oppositoria in Glos. fin.

Ibi *Aliquid faciendo*. Et sic re non integra, quia tunc non potest renuntiare in preiuditium aduersarij, vt dixi supra in tit. de modo proced. in summar. cap. 133. in Glos. pen. & in d. Apostill. & isto casu potest post didicita testificata testes producere, nec subornatio præsumitur, secundũ Bart. in l. Petendæ C. de tẽpor. in integr. restitut. & in l. Admonendi, D ff. de iur. iurand. Angel. in l. fin. ff. de Ferijs, & in cap. Ab eo, de Elect. in 6.

CAP. CXLV.

IBi *Duobus mensibus*. Scilicet à die scientiæ delicti, & delinquentis, vt supra in cap. præced. 141. in princ. & tunc dicitur antiquum delictum, & non recens, vt supra ibidem.

Ibi *Per termini dationem*. Idest ordinario modo, vt habetur supra in causis E criminalibus nõ recentibus de mod. proced. in caus. ord. in crimin. cap. 142.

Ibi *Duos menses*. A die scientiæ delicti, & delinquentis, & tunc dicuntur recentia delicta, vt in d. cap. 141. In causis verò.

Ibi *Summariè*. Modo vt supra in d. cap. 141. In causis verò. De caus. criminalibus, in quibus summariè proceditur.

Ibi *A relegatione supra*. Vt mortis, mutilationis membri, deportationes, & similibus, de quibus probatur in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iudit. & Bart. in l. 3. C. de Episc. Aud. & bonus tex. in l. capitalium, per tot. ff. de Pœn. & ibi per Bart.

Ibi *Præposita est accusatio*. Nota quòd sola accusationis præpositio, siue partis citatio non facit desistentem incidere in Turpillianum, vt notat Bart. in l. Quæsitum, ff. Ad Turpill. & ideo licet desistere per cõtumaciam, & sic habes quòd tunc demum in causis arduis est quæsitũ ius Curiæ, vt possit subintrare, præposita accusatione, quãdo accusatus est præsens, seu carceratus, vel sub fideiussione ligatus, vel citatus, & per contumaciam absens, aliàs secus, & ad hoc, vt sit contumax, opus est vt incusetur contumacia, secus si, porrecto libello accusationis ante citationem, & contumaciæ incusationem, accusatus se absentaret, tunc enim, si ante citationem remittitur, non est quæsitum ius Curiæ, quia non dicitur per contumaciam absens, l. denuntiasse, §. quid ergo, & ibi Bart. ff. Ad leg. Iul. de adulter. & pro hoc est Cõstitutio Regni incip. Post citationem in tit. Lit. non contest. in crim. Iud. Adde quòd contumax in causa criminali persistens in contumacia punitur hoc modo, quòd bannitur, & annotantur eius bona ad petitionem Curiæ, seu herarij, & ammittit tertiam partem bonorum mobilium elapsis duobus mensibus, post annum verò omnia bona publicantur, & etiam stabilia, si si filios non habet, de quo vide plenè in in Constitut. Grandis, In tit. de pœn. cõtum. in crim. & ibi Andr. de Isern. & si veniret infra bimestre tempus recuperat tertiam partem bonorum, & si non compareat post annum foriudicatur in causis arduis ad petitionem partis, vt in Constitut. Pœnam eorum, de Iure autem communi cõtumax pro graui delicto patitur annotationem, seu descriptionem bonorum, l. 1. C. de requir. reis, & ibi Bart. l. 1. ff. eod. & vide supra in cap. 159. si aliquis fuerit accusatus de aliquo delicto, vbi sit mẽtio de dicto banno, in minimis verò nõ foriudicatur, sed absens cõdemnatur, secundum Glos. in d. Constitut. Grandis, & vide per Bart. Salyc. & omnes in l. absentem, C. de accusat.

Ibi *Eorum concordia*. Et sic vna pars non potest alteri parti in preiuditium fisci aliquid permittere, ita notat Glos. in §. fin. Institut. Quib. mod. toll. oblig. &

l. venia

l. venia, cum Glos. C. de in ius vocand. ita nec fiscus in partis præiuditium, vt in §. fin. Institut. de Iniur. & Bart. in l. 1. ff. eod. & l. venia, cum Glos. C. de in ius vocand. Sed an teneat talis concordia, seu trāsactio inter partes, hic nō dicitur, ergo remanet in dispositione iuris communis, tanquam casus omissus, l. comodissimè, ff. de Liber. & posthum. & propterea dicitur, quòd in omnibus delictis, in quibus esset imponēda pœna sanguinis, transactio est permissa, l. Transigere, & ibi Bart. Alex. & omnes, C. de Transact. exceptis casibus, de quibus ibidem. de Iure autem Constit. Regni aliàs est statutū, de quo etiam dic vt in Constitut. Post citationem, In tit. Lit. non contest. in crimin. & ibi Andr. de Iser. Vnum tamen est notandum, quòd hodiè cessiones litis in criminalibus debēt acceptari per Iudices, aliàs non valent, imò partes possunt puniri, l. 1. C. de Abolit. l. 1. ff. Ad Turpill.

Ibi *A relegationem infra*. Quod intellige nisi relegatio fieret cum publicatione bonorum, vel nisi veniret fustigatio, secùndum Alex. in cons. 116. vol. 2.

Ibi *Concordare*. Sed an, facta concordia possit alter cōsanguineus iterum accusare, Bart. in d. l. Transigere, in vlt. col., ten et quòd sic. Sed infra quod tempus post dictam concordiam, Dic quòd infra quatuor dies. Sed quæro, an filio percusso, & accusante, ac postea cedente, possit pater accusare, vide Glos. in l. sed si vnius, §. filio familias. ff. de Iniur. vbi etiam quid in matre, & affine, cōtrarium disponitur per cap. Regni Regis Alfons. 360.

Ibi *Ad publicationem*. Contrarium disponitur per d. cap. Regis Alfons. videlicet, quod licitum sit vsque ad conclusionem inclusiuè.

CAP. CXLVI.

IBi *Possint capi, & carcerari*. Istud verbum *possint* neque inducit, neque importat necessitatem, vt iudex habeat eos de necessitate carcerare in istis casibus minimis, Glos. in cap. 1. de Reg. iur. in 6. cum ibi alleg. & l. sæpe cum l. seq. ff. de offic. Presid. Bart. & DD. in l. Gallus, in princ. ff. de Liber. & posthum.

Ibi *Audiantur in appellatione*. Sed videtur quòd non debēt audiri in appellatione, quando deparendo præstiterunt, Respondeo, quòd præstando deparendo non obligantur omnino parere iudici, siue iustè, siue iniustè iudicauerit, & per appellationem suspenditur, ita notatur in cap. Quintauallis, de iur. iurād. & Bar. cons. 46. in fine, dicam infra in cap. 151. itē si aliquis fuerit accusatus de delicto, in verb. Non auditur.

Ibi *Possint impinguare*. Idest non deductum deducere, & non probatū probare, circa quòd vide tex. in l. per hanc, C. de tempor. appellat. & Isern. & Alios, in Constitut. Iuris Peritorum. Aduerte tamen ad illud, quòd dicitur, scilicet, nō probatum probare, quia intelligitur, si super eo non probatum fuerit, sed si sint recepti testes, qui nō probauerint fortè, tunc non potest super eo impinguari, & testes produci, & ita seruatur, de quo omnino vide Isern. in d. Constit. Iuris peritorum.

CAP. CXLVII.

IBi *Personæ miserabiles*. De quibus in cap. significantibus, de offic. & potest. Iud. deleg. & ibi Abb. post Alios, l. 1. C. Quand. Imperat. inter pupill. & vid. & vide quæ dixi supra in cap. 133. De mod. proced. in Summar. in verb. Miserabilium.

Ibi *Potest assistere*. In libello, & alijs actis non mutatur nomen personæ accusatricis, sed ponuntur ista verba in fine, scilicet, Curia, seu fisco assistente pro eo.

CAP. CXLVIII.

IBi *In re*. Vt pro furto, rapina, vel re stabili inuasa, facit l. Interdum, §. qui furem, & ibi Bart. & Ang. ff. de furtis, licèt Iudex tātùm habeat iurisdictionem in criminalibus, quia illud, quod dicitur, quòd iudex causarum criminalium nō habet cognitionem causarum ciuiliū, vt l. solemus, §. latrunculator, ff. de iudit. procedit vbi principaliter intentatur actio ciuilis, secus si incidenter, vt hic, & l. Quoties, C. de iudic. d. l. solemus, §. latrunculator, & Bart. in d. §. qui furem, adde Angel. & Addit. ad eum in Tract. melefic. in verb. Iudices, & adde quæ dicam infra in cap. 157. item si aliquis interogatus ante litem cōtestatam, in vers. Quæro quid si iudex.

CAP. CXLIX.

IBi *Delicta publica*. Quæ dicantur publica, & quæ priuata, vide tex. in l. 1. ff. de public. iudic. & dic publica; prout

prout est crimen Læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ, & crimen adulterij, & similia, priuata verò vt sunt crimen iniuriarum, furti, rapinæ, & similium, de quibus in d. l. 1. & Instit. de public. Iudic. per totum, vnum tamen notandum est, quòd accusatus ante litis cõtestationem potest opponere, quòd accusatoris non interest, & si non opposuit, procedit iuditium, nec licèt postea opponere, nisi prius ignorasset, secundum DD. in cap. 1. De accusat. Aliud crimen dicitur publicum vltra ista per Constitut. Regni, vt est crimẽ vsurariæ prauitatis, in quo quilibet ad accusandum admictitur, per Cõstitut. Vsurariorũ, hodiè tamen per cap. Regni 443. Regis Alfonsi est aliter prouisum, vt non admictatur nisi ille, cuius interest, & pœna vsurarij est publicatio bonorum, vt per d. Constit. vsurariorũ.

Ibi *Hæresis*. Quid sit Hæresis, & qua pœna puniatur, vide Archid. in cap. Quicunque, de hæretic. in 6. & dicitur hæreticus à fide diuisus, & qui aliter sentit de Sacramentis, quæ Ecclesia obseruat, cap. cum ad abolendam, de Hæretic. Item dubius in fide, Item simoniacus, itẽ qui non tenet articulos fidei, vt in dictis locis alleg. item qui nouam opinionem inuenit, 23. q. 3. Can. Hæreticus, item qui malè interpretatur Sacram Scripturam, Can. Hæresis. 24. q. 3. Pœna autẽ est publicatio bonorum, cap. cum secundum, de Hæretic. lib. 6. itẽ pœna mortis, cap. Hæreticis, eod. tit. licèt consuetudine comburentur, vt in Constitut. Inconsutilem, de Hæretic. & in Auth. Gazaros, C. eod.

Ibi *Læsæ Maiestatis*. In ipsius tamen Principis personam, seu eius statum, & collateralium, vt per Constitut. Humanitatæ, & p cap. Regni 359. in tit. Quòd non proced. per viam denunt. licèt de iure multis modis crimen Læsę Maiestatis commictatur, l. Quisquis, Ad leg. Iul. Maiest. & l. 2. cum l. seq. eod. tit. tamen hìc strictè capitur, ex quo refert se ad Constitut. Regni, vt supra, quæ stringit, facit quod etiam not. Bart. in d. l. Quisquis, Idem Bart. Ad reprimend. in verb. quicunque crimen, & per Imol. & Salyc. in suprad. locis, & in d. l. Quisquis, vbi dicunt, quòd in alijs capitibus legis Iuliæ Maiestatis non propriè dicitur, & sic nõ fit extensio in statutis ad casus fictos, l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. ponit Imol. in l. si vero, §. de viro, ff. Solut. matrim. vbi ponit exemplum in officialibus Principis, & Magistratibus, & per

A prædicta infertur, quòd si sit facta resistẽtia officiali Regio, quòd Curia non possit principaliter agere, consuetudo tamẽ contrarium seruat, & est opinio Andr. de Isern. in Constitut. Eos in tit. de iniur. curial. person. & notant Canonistæ in in cap. cum olim, & cap. 2. de offic. & potest iud. delegat. & hæc opinio obseruatur in Curijs, & Hærarius principaliter agit, seu prosequitur, licèt in puncto iuris videatur verior prima opinio. Quid in Cõtrauentione banni, An possit prin-
B cipaliter agere, Dic quòd sic, quoniam protuenda iurisdictione ipsorum officialium omnia banna imponere potest, de quo per Bart. in l. 1. ff. Si quis ius dicent. non obtemp. & ibi per omnes, & in l. 1. ff. Quod quisque iur. Sed quid in spretis pęnis, & mandatis pœnalibus ad petitionem partium, Dic quòd non, nec Fiscus principaliter agere potest, nec parte cedẽte Fiscus subintrat, vt in cap. Regni 467. & 503. Regis Alfonsi, & quòd non procedatur, vide infra, de spret. pę-
C nis, in cap. Ritus 153.

Ibi *Constitutionum*. Vt in Constitut. Humanitatè, in tit. de his, qui fideiuss. dar. pos. & in Const. 1. de Hæret.

Ibi *Et nefandi*. Quot modis cõmictatur tale crimen, vide in cap. Sollicitatores, §. qui puero stuprum, de Pęnit. dist. 1. & ne dum cum pueris, sed etiam cum manibus proprijs commictitur, vt notat Gl. 32. q. 7. Can. omnes, & Can. Flagitia, & eodem modo mulier cum agit cũ muliere, l. Fędissimam, C. de adulter. &
D multis etiam modis, de quibus in dictis iuribus. Sed quæro qua pœna puniantur talia crimina commictentes, vide tex. in in l. cum vir nubit C. de Adulter. & in Auth. vt non luxurient. contr. nat. vbi dicitur, quod est pęna mortis, & ibi per Bart. & hoc est de iure, de consuetudine tamen cremantur, vt per Angel. in d. l. cum vir nubit, & per Andr. de Isern. in Constitut. Asperitatem, sed de iure Canonico, si est laicus excommunicatur, & si est clericus detruditur ĩ monasterio,
E cap. Clerici, de excessibus Prælat. vbi Abb. post Alios, & vide quæ notantur in d. Can. omnes, & in d. Can. Flagitia.

Ibi *Accusator*. Aduertas, quòd de iure Cap. Regni aliter disponitur, quia non potest alius accusare, nisi sua intersit, vt in cap. 43. Regis Alfonsi, sed p aliud cap. Regis Ioãnis obtentum à Clarissima Ciuitate Cataniæ fuit reformatũ hoc, quòd dicitur in anno 1460. 3. Indict. 16. Ianuarij.

Ibi *Ad pœnam talionis*. Et hæc subscriptio est de substantia, ita quod eius omissio vitiat accusationem, Bald. in l. Qui crimen, 1. col. C. Qui accus. nō poss. quem refert Angel. in l. Si cui ff. eod. & ipsemet Bald. in l. fin. C. de Accusat. qui tenet, quòd sit necessaria, in tātum quòd eius omissio vitiat processum, & deficiēs accusator in probatione non tenetur, sed in contrarium est veritas, quòd nō vitiat, & deficiens in probatione tenetur, quibus adde Glos. in l. 2. C. de fid. instrum. quam refert, & sequitur Abb. in cap. super his, in 3. col. de Accusat. qui dicit hanc esse communem, & ita sentit Bart. in d. l. si cui, vbi etiam declarat formam istius subscriptionis, & per Abb. in cap. Licèt ab eo, extra de Accus. & Salyc. in d. l. Qui crimen, secus tamen puto de iure statutario, & sic de iure Ritus, qui est obseruandus ad vnguem in forma in eo tradita, secundum Imol. & Alios, in l. 2. Quæ sit long. cōsuetud. Bald. in l. de quibus, ff. de leg. adeò quòd, si non seruaretur, actus non valeret, tex. est in l. Sacri affatus, C. de diuers. rescript. vnde cùm Ritus det formam in accusando in istis criminalibus, talis forma est seruanda vt substantialis, & omissa ea, actus corruit, l. cum ij, §. si Prætor. ff. de Transact. & l. Prolatam, C. de sentent. vbi dicit Bal. in fine, quòd omne verbum à Principe prolatum inducit ordinem, ad idem Ias. in Auth. Quæ supplicatio, in 4. not. in fin. C. de precib. Imperat. offer. vbi dicit, quod si statuta aliquid disponant tàm in specie, quàm in forma sunt seruanda, & si contra fieret, ipso iure actus esset nullus, allegat Bart. & Bald. ita dicentem in l. ordo, circa medium, C. de except. re. iud. & isto casu nullla fideiussio debet præstari fisco, quia non fit subintractio, non data tela iuditij preambula, per not. in l. Libellorum, §. fin. ff. de Accusat. facit regula, nō præstat impedimētū, &c. & vide not. in cap. cū dilecta, de rescript. Limita tamen non procedere hanc pœnam talionis in casu, vbi accusatur publicè infamatus de eo de quo infamatus est, quia excusatur propter famam, ita not. Bart. in l. 2. si seruit. vindic. quem sequitur Abb. in cap. cum contingat, de Rescript. in princ. Bart. in l. fin. §. pactum, pen. col. ff. de Hæredib. instituend.

Ibi *Blasfemijs*. Quæ autē sit pœna blasfemantium, Dic quòd de iure ciuili est pęna mortis, vt in Auth. vt nō luxurient. contr. nat. de iure tamē Canonico habes tex. in Can. si quis. 22. q. 1. & ponunt

A Canonistæ in cap. statuimus, de Maledic. Ias. in §. si quis postulante, Institut. de Actionib. sed de iure Cōstitut. Regni est pęna mutilationis membri, & perforationis linguæ, & vt in Constitut. Blasfemātibus, in tit. de Blasfemant. Deum. Sed Nota quòd pęna iuris communis in blasfemijs, quæ est pœna mortis, procedit in eo, qui solet ex consuetudine blasfemare, ita dicit tex. in d. Auth. vt non luxurient. contr. nat. sic allegat, & declarat Cyn. Bald. & Salyc. in l. 2. C. de reb. credit. Qui autem non ex consuetudine

B blasfemat debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis, vt fustigationis, vel carcerationis, vt DD. preallegati vt sup. nec binus, neque ternus actus inducit cōsuetudinem isto casu, licèt aliàs inducat l. 3. in fin. de Episc. audient. & not. in l. de quibus, de leg. requiritur ergo quòd soleat pluries blasfemare, secundum prefatos DD. & not. Ias. in l. Ait Prætor, §. iurare, in 4. col. ff. de iur. iurand.

Ibi *Artis Mathematicæ*. Quid sit Ma-

C thematicus vide in Rubric. de Malef. & Mathem. & in Can. Illos, 26. q. 2. & tex. in cap. 1. de Sortileg. & ibi plenè per D. Abb. post Alios, & ibi habes, qui dicuntur diuinatores, & incantatores, & isti de iure ciuili puniuntur pęna mortis, & bonorum publicatione, aliquando pęna concremationis, vt est tex. in l. nullus, vbi Salyc. & omnes, C. eod. de iure autem Canonico excommunicantur si est laicus, si verò clericus priuatur officio, & benefitio. Sed quæro, ad quem spectat

D punire talis delinquentes, Dic, quòd ad iudicem spiritualem, & temporalem, & erit locus preuentioni, nisi contineret hæresim, secundum Salyc. vbi supra.

Ibi *De Homicidio*. Et sic habes, quòd hoc crimen homicidij est publicum, quotiescunque occisus non habet consanguineos, qui mortem eius vindicent aliàs est priuatum per istum Ritum, concordat Constitut. si damna clandestina, in tit. de Homicid. & damn. & cap. Regni 359. Regis Alfonsi.

E Ibi *Vindicent*. Fuit aliàs hæsitatum super hoc Ritu, nunquid, seruo occiso, possit Curia principaliter agere, domino non agente? Ex vna parte fuit allegatū, quod sic, nam seruus non habet statum, §. seruus, Institut. de capit. diminut. nec connumeratur in numero ciuium, l. 3. de oper. nou. nunt. ergo est exterus, & de morte exteri potest Curia principaliter agere, stante cap. Regni preallegato, & huius Ritus dispositione, ergo, &c. Ex

aduerso

aduerso fuit allegatum, quòd non obstat cap. Regni, nec Rit. nam procedunt, quando exterus occisus non habet per quem vindicetur, & ideo in eius locum succedit fiscus, scilicet loco consanguinei, cui liberũ est criminaliter agere, seu ciuiliter vindicare, cùm ergo seruus habeat, quis vindicet, scilicet dominum pro morte serui, quia seruo iniuria illata, dicitur facta domino, l.eũ qui,§. si seruus, ff. de Iniurijs, & l.1. in princip. ff. eod. §. seruis, Institut. eod. ergo nõ procedit cap. Regni, nec Ritus, cum cesset ratio eorum,& sic milititat argumentum à cõtrario sensu rationis desumptum, i dest illius qualitatis, quæ quidem est etiam talis dispositionis, quod validũ est in iure, l. conuenticulam, & ibi omnes, C. de Episc. & cler. & Mod. in l.1.§.huius rei, ff. de offic. eius,& hæc vltima est verior, quæ tamen procedit, vbi ab extraneo esset occisus, secus si à domino, quia tunc procederet cap. Regni, & Rit. Idem si à filio domini,quia vna est persona patris, & filij, l. fin. ff. de Impuber. & alijs substitut. §. ei verò, Institut. de Inutilib. stipulat. maximè quia præsumitur, quòd pater plus diligat filium, quàm seipsum vel seruum, l. Isti quidem, ff. Quot met. cauf. l. fin. C. de Iur. furios. Sed quæro, quid si occiso extero, præposita accusatione ab aliquo de populo, vel à fisco, ante sententiæ prolationem veniret consãguineus, an cessaret ille de populo, vel fiscus? Dic, quòd sic, vide Gandin. de malef. in titul. Quomod. de malef. cognosc. per inquisit. nu.19. quem sequitur Alber. in Tract. statut. 3.p. q. 5. & tenet idem in omni alio crimine publico, quãdo cõparet ille, cuius interest per supradicta allegata, vide Salyc. in l. Ea quidem, C. de Accusat. 7.col. & eum eo est communis opinio, vt refert Felyn. in cap. Qualiter, & quando, de Accusat. in fine.

Ibi *Falsæ Monetæ*. In quo crimine etiã de iure procedi potest sine accusatore, l. 2. C. de fals. monet. vbi Bald. & Salyc. Sed quæro, quis dicatur cõmictere istud crimen, Dic, quòd quando priuatus nũmum aureum, argenteum, vel ęneum cudendo sculpit, tunc tale crimen commictit, & huius pęna est omnium bonorum publicatio de iure Constit. Regni, vt in Constitut. Adulterinã, De cudend. monet. adult. ac etiam de iure communi, vt l.3. & ibi Salyc. C. de Falsa monet. l. quicunque nummos, ff. Ad l. Cornel. de fal. Sed quid in radentibus monetam? Dic, quòd erit pęna mortis, vt in Constitut. Qui nummos, in tit. de cudent. fals. monet. & Glos. in d. l. Quicunque, & Bart. in l. Qui falsam, ff. ad leg. Cornelia de fals. Quid de ex pendentibus, seu tenentibus, vel cambiãtibus falsam monetam, Dic, quòd erit pęna mortis, vt in Const. Adulterinam, eod. tit. & ibi per Andr. Sed de iure Authent. aliter est prouisum, nam si plumbeam, vel stagneam expenderint, puniuntur pęna deportationis, aliàs pęna extraordinaria, secundũ Bart. in l. Lege Cornelia, ff. Ad leg. Cornel. de fals. vide tex. & Glos. vbi Abb. in cap. Quanto, de Iureiurand. Et adde, quòd aliquãdo cremantur tales falsarij, & quãdo hoc procedat, vide Glos. in l. 2. C. de Falsa monet. quæ communiter approbatur. Adde etiam, quòd in tali crimine expensionis falsæ monetæ potest per inquisitionem procedi, fiscus tamen non potest inquirere, nisi primò fuerit factus reus ille, cui pecunia falsa fuit traddita, & debet agere quando ipsi sit facta iniuria, ita dicit Bart. & Angel. in repetit. l. si vacantia, in 3. col. C. de bon. vacantib. lib. 10. Bald. conf. 155. & 376. vol. 3. Sed quid in faciente aurũ, & argentũ in materia, vt quia facit artẽ Alchimię, Dic, quòd nõ punitur, vt est Gl. in d. Cõst. Adulterinã, quã sequitur ibi And. de Iser. & Afflict.

Ibi *Moniales*. Hoc crimen de iure communi, est etiam publicum, & potest pro eo quilibet agere, l. si quis in hoc, C. de Episc. & cleric. & ibi Bart. Salyc. & omnes, & eodem modo contra celebrãtes diuina officia, & ea turbantes, & quæ sit pęna inferentium iniuriam celebrantibus diuina officia, & ea turbantium, Dic, quod est pęna capitis, Auth. Sed nouo iure, C. eod. & ibi Bald. & Salyc. & vide in Constitut. Multæ, de crim. Sacrileg. & ibi Doct. si autem non turbarent diuina officia, sed tantùm Inferrent iniuriam, tunc erit pęna deportationis, per supra allegata, & vide l. Raptores, C. de Episc. & cleric. Sed quæro, Quid, si fieret iniuria non celebrantibus diuina officia, sed alicui laico, Dic, quòd si per talem iniuriam turbarentur diuina officia per sanguinis effusionem, & tunc erit pęna capitis, sicut si fieret in personam ecclesiasticam celebrantem diuina officia, aliàs erit pęna amputationis manus puniendus, & ita vidi pluries, obseruari, de quo per Andr. de Iser. in Const. si quis rapere, in tit. de Rapt. & viol. monial. & in d. l. Raptores, C. de Episc. & cler.

Ibi *Incendiarijs*. Idest proijcientibus ignem tẽpore prohibito, putà de nocte, vel die

vel die ventoso vt l. qui occidit, §. in hac ff. Ad leg. Aquil. de quo vide in Constitut. super Incisionibus, in tit. de Malef. clandest.& in Constitut. Qui dolosè, de incendiarijs, & ibi Andr. & pro intelligentia dicas, quòd contra incendiarios potest agi ciuiliter, & criminaliter, nam, si est factum incendium culpa leui, vel leuissima, vt putà quia talis in stipulam, vel in spinas ignem immisit, & per hoc ignis fuit illatus in segetem, vel vineam, & tunc tenetur ad emendationem damni, d. l. Qui occidit, §. in hac, si verò immisit ignem in domum, vel segetem attentatè propter inimicitiam fortè, & tunc punitur pęna mortis, per d. Constitut. Regni, de Incend. l. Capitalium, ff. de Pęnis, l. Qui ędes, ff. de Incend. Ruin. naufr. Bart. plenè, & DD. in l. 1. ff. de offic. Præfect. vigil. & ibi Alex. in Apost. vide Glos. & DD. in cap. Tua nos, de sentent. excommun. & Ang. de malefic. in verb. Incendiario.

Ibi *Quilibet de populo*. Licèt verba ista sint prægnantia, restringuntur nihilominus ad habiles, non ad inhabiles iure naturali, vt est furiosus, Infans, vel pupillus, vel iuregentium, aut diuino, secus de iure ciuili, ita in terminis decidit Bart. in Rubr. Qui accusar. non poss. vlt. col. & sic filius familias admictitur, vt dicit tex. & Alex. in l. Ille, à quo, §. si quis, ff. Ad Trebell. Sed quæro, vbi quis non admictitur ad accusandum, An alius possit iudicis officium implorare, vt ipse inquirat ad petitionem partis? Videtur, quòd sic, vt per Alex. in Additt. ad Bart. in l. 1. C. Qui accusar. non poss. & tenetur Iudex dicere parti, aliàs, si non vult dicere, potest pars de hoc appellare, Alber. in l. ęquidem, in 3. col. C. Qui accusar. non poss.

Ibi *Per officiales*. Etiam per porteriũ, vel seruientem Curiæ, & per quemcumque, de quo vide Andr. de Isern. in Cõstitut. Iustitiarij non per calendas, in tit. Qualiter Iustitiarij. Sed quæro, an officialis, vel alius, qui cæpit inflagranti delinquentem, sit idoneus testis, & an sufficiat per eos probari delictum? Dic, pro vt per Andr. de Isern. in Constit. Humanitate, in tit. de his qui fideiuss. Quæro etiam, An in delictis priuatis possit procedi per viam inquisitionis, vt in furto, vide Bart. & Bald. in l. 1. ff. de Furtis, & Salyc. in l. si fęmina, C. Ad Turpill. & An socer possit accusare de morte generi, vide Glos. in d. l. si Fęmina, C. Ad Turpill. & ibi Salyc. vbi dicitur, quod sic.

A Ibi *Inflagranti crimine*. Quando dicatur delictum seu crimen flagrans, & quis dicatur in flagrãti crimine deprehensus, vide plenè per Andr. in d. Constitut. Iustitiarij non per calendas, not. Bart. in Rubr. de Iudic. & in d. l. Raptores, & in l. Defensores, C. de defensorib. Ciuitat. & Bart. in l. Fur manifestus, ff. de Furtis, & plenè per Ang. & ibi Additt. in Tract. Malef. in verb. Dictus Andreas Armatus, & Cyn. in l. Falsus, C. de Furtis, & in l. vnic. C. de Rapt. virg. Sed qualiter de-
B beat procedi cõtra istum delinquentem in flagranti crimine comprehensum, vide Andr. de Isern. in d. Constit. Humanitate, & vide quæ scripsi infra in cap. 155. Item si aliquis accusatus.

Ibi *Crimen fateantur*. Et sic potest Curia principaliter agere contra confessos, vt hic, & in d. Constitut. Humanitate, & istud est etiam de iure communi, secundum Bart. in l. Mercalem, C. de Condict. ob turp. caus. Et hoc verum, quando confitetur delictum, de quo con-
C uenitur, secus si aliud delictum incidenter confiteatur, quia de illo non potest Curia principaliter agere, nec sine accusatore punire, secundum Bald. in l. Presbiteri, C. de Episc. & cleric. & in Auth. Nouo iure, C. de Pęn. Iud. qui mal. Iud. sed Bart. In l. si confessus, ff. de custod. reor. & Abb. in cap. Si clerici, in 3. not. De Iudic. videntur tenere contrarium, sed pro concordia dicas, quòd quis non potest puniri ex eodem processu, & ita intelligas opinionẽ Bald. sed ex alio be-
D nè potest, secundum Bart. & Abb. vbi supra, pro quo vide Abb. in cap. 2. de Confess. super secunda solutione, quam facit ibi Glos. mag. & not. Bart. in d. l. si confessus, vers. quæro, Adde Paul. de Castr. in l. Nullum C. de Testib. Et in illo secundo, siue nouo processu sufficit illa confessio facta ante in alio, secundum Abb. in d. cap. 2.

CAP. CL.

E Ibi *Reaccusationes*. De quorum criminũ reaccusationibus loquatur hic Ritus, an priuatorum, vel publicorum, vide Bart. in l. Is qui reus, de public. Iud. 2. col. & Specul. in §. nunc dicamus, in tit. de cõuention. vbi dicit quod in criminalibus non auditur reconuentio.

Ibi *Aperturam*. Et in hoc Ritus corrigit iura Constitut. Regni, quòd debet procedi in vtroque, siue maius, siue minus sit crimen obiectum, vt in Constit.

si ciuiliter agens, in tit. de preiudicial. A
hic enim vsque ad aperturam, de iure autem communi, si maius fuerit crimen obiectum, in eo proceditur, l. 1. & l. Neganda, C. qui accus. non poss. & ibi Bart. & Saly c. in l. Is qui reus, C. de public. iudic. Iste tamen Ritus est seruandus, ad quę facit regula, qui prior appellat, prior agat, l. Qui prior, ff. de iudic. cap. 2. de ordin. cognit. faciunt notata per Glos. in cap. 1. de pęn. & ibi Abb. post DD. vbi dicit, quòd primo debet expediri actus conuentionis, quàm reconuentionis, obserua Ritum. B

Ibi *Dilatandi aut calumniandi animo*. Quod præsumitur, vt dicitur in preallegata Constitut. si ciuiliter agens, vbi euidens videtur esse accusantis nequitia, ac frustra actio.

Ibi *Superius*. Vt in cap. 141. incip. In causis verò criminalibus quand. delict. est recens, in tit. de caus. criminal. in qu. summar. proced.

CAP. CLI. C

IBi *Corporis afflictiua*. An Relegatio sit pœna afflictiua, & an in crimine iniuriarum veniat pœna afflictiua, Dic vt per Bart. in l. pen. 4. col. de public. Iudic.

Ibi *Pęna pecuniaria*. Et sic semper seruatur Ritus in liberto, filio, genero vocantibus patronum, patrem, socerum, in iuditium sine venia §. fin. Instit. de pęn. temer. litig. & similiter quando quis accusatur de termino moto, est pęna 50. D
aureorum, l. Agraria, de Term. mot.

Ibi *Prestando de parendo*. Et hoc est etiam de Iure communi, & in pęnis pecuniarijs prestat de parendo, & iudicatũ soluendo, secundum Bald. in l 2. C. de exhib. Reis, licèt nemo suo nomine conuentus teneatur prestare de iudicatum soluendo, §. sed hodiè, Institut. de Satisdat. tamen aliud in criminali, vt ibi per Bald.

Ibi *Appellare*. Potest condemnatus appellare ab iniquitate iudicis, secundũ E
Bart. & communiter omnes in l. si qua pęna, ff. de verbor. Significat.

Ibi *Non auditur*. Et hoc ex præheminentia M. R. C. cùm cautio de parendo non tollat benefitium appellationis, siuè reuisionis, licèt talis condemnatus non audiatur, nisi in reuisione, not. Abb. in cap. Prout, in 3. col. de Dol. & contum. & vide quę dixi supra in cap. 146. in verb. Audiantur.

Ibi *De nouo*. Nam, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vide quæ scripsi supra in cap. 144. Itẽ in causis criminalibus, in verb. de nouo reperti.

CAP. CLII.

IBi *De quantitate pœnæ*. Non enim attenditur ad quantitatem pęnæ impositæ, sed ad qualitatem violentiæ cum armis, vel sine, nam primo casu, idest cum armis punitur non obtemperãs tertia parte bonorum, secundo vero casu, & sic sine armis punitur quinta parte, nõ autem in quantitate in pęna contenta, vt in Constitut. si quis in posterum, in tit. de Defens. Imposit. Quis autem possit imponere, an pater pro filio, tutor pro pupillo, procurator pro domino, vel è contra, vide plenè in d. Constitut. si quis in posterum, & ibi Andr. & Glos. & in Cõstitut. Iurisgentium, in tit. de Defens. Imponend.

CAP. CLIII.

IBi *Spreta pęna*. Scilicet defensæ, nã prosequitur materiam precedentem. Sed quæro, An Iudex possit mãdare sub pęna quãti pluris, vt compareat sub certa pęna, & an valeat præceptum Iudicis, factum litigantibus sub ea pęna, & quid sit effectus istius præcepti, vide per Io. de Imol. & per Alex. l. Filius familias §. Diui, in vlt. col. de leg. 1. Et nota quòd, actio spretæ pęnę, siue mandati pręscribitur anno, ita quòd post annum nõ potest accusari, l. vnic. in fine, ibi *Per annum*, & ibi Glos. & Bart. Si quis ius dicent non obtemper.

Ibi *Per Constitutiones*. Vt Constitut. Si quis in posterum, In tit. de Defens. Imposit. & Constitut. defensas, in tit. de Defens. Iniust. Impos.

Ibi *Regni statuta*. Scilicet tertiæ partis bonorum, si vis fuit cum armis, vel quintæ si sine armis, vt dixi supra in cap. præcedenti.

Ibi *In corpore puniendus*. Vt in l. Quicunque, C. de serui. fugit. & in l. 1. §. fin. ff. de postul. l. Pęnam, C. de pęn. & hoc in pęna, secus in mulcta, l. Illicitas, §. fin. ff. de offic. Præsid. & Bart. ibi in d. l. 1. §. fin. & Cyn. in d. l. pęnam, & quæ sit pęna, & quæ mulcta, vide in l. Mulcta, & quod ibi not. ff. de Cõdict. & demõstr. l. Aliud. §. 1. & l. si qua pęna ff. de verb. significat. & vide not. in l. 2. C. de Episc. & cleric.

Ibi

Ibi *Alios criminosos*. In quos non venit pęna mortis, aut à relegatione supra, & pęna erit secundùm formam Constit. Grandis, in tit. de pęn. cont. in crim. caus. non autem foriudicatur, vt dicam infra in cap. 159. Item si quis fuerit accusatus.

CAP. CLIV.

IBi *In contractu alio*. De iure communi valet pęna. l. Iulianus, §. idem Papinianus, de Actio. empt. l. cum allegas, & ibi Bald. C. de vsur. & in l. Lucius, ff. eod. Alex. cons. 50. vol. 4. Roman. cons. 141.

Ibi *Facilitate*. Faciunt not. per Bart. in l. excusatione, C. de non numerat. pecun. vbi dicit, non valere renuntiationē exceptionis non numeratæ pecuniæ, & ratio est, quia eadem facilitate, qua quis inducitur ad contrahendum, inducitur ad renuntiandum, Ias. in l. Qui pecuniā, ff. si cert. petat. Sed quid, si in alio contractu promitteretur aliquid facti, & si factum non fuerit, debeatur tantum nomine pęnæ pro interesse à partibus extimando? Dic, quòd valet, quia hæc non est pœna, sed Interesse, quod partes taxare possunt, §. fin. Instit. de verb oblig. Glos. in cap. dilecti, de Foro compet. Alber. in l. vnic. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. Bald. in l. si dotem, C. de iur. dot. & vide Franc. Aret. in l. 4. §. Cato, col. 1. vers. aduerte tamen, ff. de verb. obligat. Quid autem in contractu transactionis, cum ęquiparetur compromisso, vt dicit Bald. in l. Mandato, ff. de Procurat. & cap. Quintauallis, de Iureiurand. & Abb. in cap. ex parte, de Arbitr. & per Bartol. in l. post rem, ff. de Transact. & Alex. in l. de fideicomisso, C. de Transact. Dic quod non, vt dicunt Iac. Butrig. Cyn. Raff. & Paul. de Castr. in l. Promissis, C. eod. Alex. cons. 22. vol. 1. & cons. 49. lib. 4. licèt Bald. teneat contrarium in d. l. cum allegas, & Imol. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat. Sed nota, quòd licèt in alio contractu non possit pęna apponi, possunt tamen partes eo modo conuenire, vt si solueres decem infra tantum tempus, sis liberatus à residuo, l. si intra, ff. de Pact. Bart. in l. 1. C. de his quæ sub pęn. nom. & vide Oldr. cons. 16. & adde, quod pęna applicata facto valet, secus si dationi, vt not. Bald. in d. l. cum allegas, C. de vsur. DD. in d. l. stipulatio ista, & faciunt notata per Apostill. hic in verb. in contractu compromissi. Nota etiam, quòd

A quis excusatur à pęna compromissi, si habuit iustam causam petendi reductionem ad arbitrium boni viri, etiam si succubuit, secundùm Bald. in Auth. Generaliter C. de Episc. & cleric. 4. col. & Io. Andr. in Additt. ad Specul. in tit. de Arbitr.

Ibi *Ius commune seruetur*. Scilicet, quòd exigi potest contraueniendo, siue agendo, siue excipiendo contraueniat sententiæ Arbitri, l. 1. C. de Arbitr. & plenius per Bart. in l. cum antea, C. eod.

B vbi etiam habes, An ex sententia arbitri oriatur actio, si pęna adiecta non sit. Quid si non contraueniatur sententiæ Arbitri agendo, vel excipiendo, sed solutionem differendo, an possit peti pęna, vide Bart. & Bald. in d. l. cum allegas, C. de vsur. Imol. in d. l. stipulatio ista, §. alteri, sed vide Glos. in d. §. alteri. Sed an partes in compromisso possint pęnam stipulari pro fisco, Dic, quòd non, Angel. in §. alteri, Institut. de verb. obligat. benè tamen posset fieri per Notarium ista stipulatio, vt dicit Bart. in l. Arbiter, ff. de

C Arbitr. & in l. 1. ff. de Iur. fisc.

CAP. CLV.

IBi *Extractione armorum*. Et quæ dicantur arma, Dic vt in l. 1. & l. Armatos ff. Ad leg. Iul. de vi public. & ibi Bart. & Doct. & nota, quòd insultus etiam cum armis dicitur, licèt quis non extraxerit arma, idem si deponeret in loco, vnde facilè poterant capi antequam in-

D sultum faceret, Bart. in l. 2. Quod met. caus. & in l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi armat. & notatur in cap. 1. extra Quod met. caus. Angel. de Malef. in verb. Dictus Andreas armatus.

Ibi *In casu remissibili*. Scilicet vbi venit imponenda pęna à relegatione infra inclusiuè, vt dixi supra in cap. 145. Ad declarationem cap. optantes.

Ibi *Extractionis armorum*. Nisi per officiales, vel seruientes fuerit inuentus, & captus inflagranti cum armis, & si nō

E sit locus remissioni, & constiterit de delicto cum armis, cum idem censeatur.

Ibi *Officiales*. Etiam quoscunque, proquo vide quæ scripsi supra in cap. 149. Item omnia delicta publica, in verb. inflagranti.

Ibi *Inuentos, & captos*. Copulatiuè requiruntur ex forma istius Ritus ista duo, scilicèt inuentio, & captio, licèt in banno contineatur, quòd nullus debeat portare arma, nec extrahere arma, tamen

requiritur captura actualis ad hoc vt quis incidat in Pœnam portationis armorum, seu extractionis, dato quòd in banno nil dicatur de captura, & idem est de iure communi, vt testatur Cyn. & omnes, in l. si Barsatorem, C. de Fideiuss. Alex. in l. 3. §. Neratius ff. de Acquir. possess. vbi etiam per Bart. licet Angel. Imol. & Roman. teneant contrarium, Item ex quo iste Ritus dicit captus, requiritur, quòd sit actualis captura, vt Alex. in d. §. Neratius. Sed queritur, officialis in sequitur aliquem portantem arma contra bannũ, ipsum cępit, sed retinere non valuit, adeò quòd captus euasit, An teneatur ad pęnam, Dic, quòd non, secundum Bart. in l. 1. §. si non habet, ff. quod quisque Iur. & in d. l. si Barsatorem, Nec obstat l. si quis in sequitur, & ibi Bart. & l. Fur manifestus, ff. de Furtis, & l. 1. §. hæc verba, ff. Quod quisque Iur. quoniam ibi Respondetur per DD. Sed nota, quod Inuentus, & captus cum armis non debet duci ad palatium, si idoneum det fideiussorem de se præsentando, Bart. in terminis in l. 1. ff. Si quis in ius vocat. non ier. & ibi Alex. Bald. in l. sed & si is, ff. de in ius vocand. vnde, si officialis nollet istam fideiussionem capere, sed vellet illum ad palatium ducere, teneretur actione iniuriarum, vt ibi, & in l. si vero, §. qui pro rei, ff. Qui satisd. cogant.

A

B

C

D

E

Ibi *Vnica pęna*. Confunditur enim portatio armorum, tanquam preambulum ad delicta subsequentia, vt est tex. in l. illud, ff. Ad leg. Aquil. & Salyc. in l. 3. C. de vi public. Glos. & Andr. in Cõstitut. Intentionis in tit. De Illicit. portat. armor. Pęna autem Insultus cum armis, si Interuenit coadunatio personarũ, erit legis Iuliæ de vi publica, ex quo est illata Iniuria personę, aliàs teneretur actione iniuriarum, & pęna in ea statuta, l. 3. vbi Bart. & Doct. ff. Ad leg. Iul. de vi publ. Andr. de Isern. in d. Constitut. Intentionis, sin autem vis esset illata in rem, siue in personam propter rem, tunc non requiritur coadunatio, secundum eos, & vide Bart. in l. Lege Iulia, ff. eod. & eundem in d. l. 3. & est tex. in l. 2. §. 3. ff. de vi bonor. rapt. Bald. in tract. statut. in verb. Arma, vbi dicit, quòd si statutum punit portantem arma, & aliquis percussit cum armis, non debet puniri dupplici pęna, scilicet portatione, & percussione, sed vnica tantùm, tanquam si vnum delictum esset, & allegat l. Illud §. fin. ff. ad l. Aquil. & vide Glos. & Andr. in Constitut. Si quis aliquem, in tit. de Percuss. illic. & in simili tenet Gandin. in Tract. malef. in Rubr. de pęn. reor. n. 27. Sed quid, si pęna insultus est minor, percussionis verò maior, An confundantur, vide Glos. in l. Nunquam, ff. de Priuat. delict. & l. Qui de crimine, & ibi Gl. Bar. & Salyc. C. de Accusat. Bart. in l. Respiendum, §. delinquunt, ff. de Pęn. Quid autem, si iuditium insultus intentatur separatè à iuditio percussionis, vide Bald. in l. Diuortio, ff. Solut. matrim. l. Aduersus, C. de Furtis, Bart. in l. Illud, §. fin. ff. Ad leg. Aquil. Sed quid, si insultus fiat in vno territorio, & percussio in alio, Dic, vt per Bald. in §. Iniuria 3. col. de Pac. iur. firm. & plenè per Salyc. in l. pen. C. de Accusat. vers. quæro aliquis insultauit. Quid autem si testes in processu dicunt, percussit, & insultauit, Dic vt per Bald. in d. l. Aduersus, & de ista materia vide Gandin. in tract. Malef. in Rubric. de pęn. reor. Andr. de Isern. in d. Constitut. Si quis Aliquem in tit. de percuss. illicit. cum arm. Adde, quòd repertus, & captus inflagranti potest de facto puniri, vt not. Glos. in l. Ictus fustiũ, ff. de his qui notant. infam. & Bald. in l. vt vim, ff. de Iustit. & iur. quem sequitur Roman. in Rubr. de Arbitr. Ias. in l. Pactum inter hæredes, in vlt. col. 3. limit. ff. de Pactis, & potest talis sic repertus condemnari ad pęnam armorum sine aliqua probatione, ita tenet Alber. in l. Defensores, C. de Defensor. Ciuit. Sed quæro, An à sententia, qua quis condemnatur ad pęnam portationis armorum possit appellari, vide Andr. in d. Constitut. Intentionis, in tit. de Illic. port. armor.

CAP. CLVI.

IBi *Oblatum post litem contestatam*. Et sic paria sunt præsentare interrogatorium post litem contestatam, quod sit de casibus præsentari, & ante, quod non sit de casibus, quoniam in vtroque casu non potest deiurans de periurio intercipi vt hic. Et aduerte, quòd hic Ritus non est diffimilis à iure communi, scilicet, quod post litem contestatam nõ potest deferri iuramentum, nisi pars fuerit oblita facere ante litem contestam, tamen non ad effectum periurij, secundum Bart. & ibi Glos. in Rubric. ff. de Interrogat. action. & in l. Qui petitorio, ff. de rei uendicat. & Decis. Tholos. 17. & ibi Additt. vbi plenè, & quòd pars non tenetur subire sub interrogatorio pręsentato post litem

litem contestatam, & rationem ponit Paul. de Castr. in l. Iudices, C. de Iudit. sed super articulis sic, vt in dictis locis, quinimo est notandum, quòd articuli possunt præsentari post publicationem, pro ut Afflict. in Decis. 33. & aliàs fuit ita in M. C. iudicatum. Adde, quòd Iudices possunt quandocunque partes ex officio interrogare etiam post conclusum, non tamen potest ad petitionem partis, secundum, Paul. de Castr. in d. l. Iudices. C. de Iudit. & Andr. de Isern. in Const. Terminum vitæ, in tit. de Homicid. puniend.

Ibi *Ex casibus*. Notatis in d. Rubric. de Interrogat. action. qui sunt casus 12. in quibus, si pars deiurauerit super interrogatorio præsentato ante litem contestatam, potest de periurio intercipi, vt hic Ritus affirmat, debet tamen micti cędula parti deieranti quòd abstineat infra certum tempus determinatum, quo elapso, & non abstinente, est locus accusationi, quod tamẽ quomodo procedat, vide in cap. seq. & notatur in d. l. 1. ff. de C interrogat. action. in quibus casibus est vnus generalis, vt quando ęquitas mouet Iudicem, quem casum aliqui intellexerunt hoc modo, scilicet, quando pars non potest aliter esse certa nisi per interrogationem partis, nam si posset esse certa, non deberet fieri interrogatorium, nec vlla iudicis subesset ęquitas, vt tenuit Glos. quam sequitur Bart. in l. vbicunque, ff. eod. vt quando putà Bononiensis locauit famulo plurium scholarium lectum, qui famulus pro vno conduxit, & locator D bononiensis ignorat pro quo, tunc enim potest ille famulus interrogari super hoc, ad effectum periurij, & hæc est vera opinio, ita teneas. Nota, quod si Iudici visum fuerit aliquem interrogare ad effectum periurij, nedum potest fieri super casibus supra notatis, qui tendunt ad litis ordinem, sed etiam in alio casu tendente ad litis decisionem, putà si petitur interrogari aliquis, an talis apodixa sit scripta manu ipsius aduersarij, secundũ Roman. cons. 368. & Bald. in Auth. cõ E tra qui propriam, C. de non numerat. pecun.

Ibi *De periurio accusari*. Sed quæ sit pęna periurij, vide Bald. in l. Iusiurandi, C. de iureiurand. vbi ponit octo pęnas, Aliquando est pœna mortis, vt quando testis falsum dixerit in causa capitali, aliquando pęna deportationis, aliquando pęna extraordinaria, vt l. Nullum, C. de Testib. Glos. in cap. 1. de Falsis, & ibi

A Abb. & DD. de iure autem Constitut. Regni, siue in iuditio, siue extra quomodocunque punitur deierãs pęna obtruncationis manus, vt in Constitut. Eos qui scienter, in tit. de Periurijs, & hæc omnia intelliguntur, quãdo in præiuditium tertij falsum dixerit, secus si aliter, vt quia iurauit non comedere carnem, & & postea comedit, quia solùm Deum habet vltorem, vide Andr. in d. Constitut. eos qui scienter, & Angel. in Tract. Malefic. in verbo Falsario. Sed quid, de per-
B iurio in non obseruando cõtractum, Dic, quòd punitur arbitrio Iudicis, & pęna extraordinaria, vt ponatur ad catenam, vel fustigatur, de quo vide Glos. in l. fin. ff. de Iureiurand. vbi plenè per DD. post Alex. & ad materiam adde Angel. in §. item si quis postulante, Institut. de Actionib. Salyc. & Bald. in l. 2. de Iureiurand. Sed quid in foro conscientiæ, vide tex. & DD. in Can. Quicunque, 6. q. 1. vbi dicitur, quòd debet ieiunare per 40. dies pane, & aqua.

CAP. CLVII.

IBi *Iudex ex officio*. Vt l. Nullum, & ibi DD. C. de Testib. & not. in l. Qui falso, ff. eod. Salyc. in l. vbi C. ad leg. Cornel. de fals. non autem pęna periurij, vt lege Cornelia de falsis, sed mitiori pęna Iudicis arbitrio, vt dicit Glos. quam ibi sequitur Bart. & DD. in d. l. Nullum, & Angel. in repet. l. si vacantia, C. de Bon. vacant. lib. 10. in 4. articul. princ. Specul. in tit. de testib. §. 1. & Bart. in l. 2. §. 1. ff. ad leg. Iul. de Adult. & vide cap. verum, de Foro compet.

Ibi *Si vero Accusator non habeat testes in promptu*. Dic, quod eo casu tenetur mictere cædulam, vt Accusatus abstineat à periurio, in qua fiet mentio specificè de capitulis, & confessionibus, in quibus dicitur Accusatum deierasse, & idem accusato iniungatur, quòd infra tres dies abstineat, & eius confessionem reformet secundum veritatem, quod si accusatus fecerit, non procedit accusatio periurij, aliter secus, & similis cædula cum capitulis debet micti parti producenti falsos testes, ita notat Capic. in Decis. 67. nu. 9. Sed an accusatus possit cogere accusatorem ad agendum, vide Socc. cons. 45. vol. 1. Boer. Decis. 255. vbi dicitur, quod sic. Quæro, quid si Iudex interrogauerit nõ habens cognitionem in criminalibus, An obsit exceptio in competẽtiæ, Bart. in l. Diuus, ff. Ad leg. Cornel. de fals. tenet,

tenet, quòd non, contrarium Idem tenet in d. l. Nullum, Ang. in d. l. si vacantia, Bart. in l. Hoc iure, ff. de aq. quotid. & æsti. & not. in l. si lis, C. ad leg. Cornel. de fals. facit tex. in §. sed si quis, Instit. de suspect. tutor. faciunt quæ scripsi supra in cap. 148. Item si delictum committitur. Sed quid de clerico deierante coram seculari, vide in d. cap. verum, de Foro compet.

A Ibi *Abstineat*. Quid, si non abstineat, sed perseuerat, An in prosequutione accusationis possit errorē allegare, & probare, vide Bart. in l. cum Præcum, C. de Liberal. caus. vbi dicit, quòd nō, quia quando quis deliberatè respondet, non potest reuocare errorem, vt not. in cap. ex literis in Glos. 2. extra de diuort. quā sequitur Bald. in d. l. cum præcum circa finem, & l. si quis C. de exceptionib. & l. 1. de confessis, & l. Non solum, ff. de Procurat. Contrarium est verius, secundùm Bald. in l. Error C. de Iur. & fact. ignor. & in l. Iusiurandum, ff. de Iureiur. & Io. Andr. in cap. fin. de iureiurand. in 6. Ant. de Butr. in cap. fin. de Confess. Alex. post Bald. in l. 1. C. de erro. calcul. & ibi per Bart. Sed an copia debeat dari parti ipsius interrogatorij, vide Specul. in tit. de Interrogat. §. causa.

B

CAP. CLVIII.

IBi *Non possit*. Concordant notata in §. Item si quis postulante, in Glos. Instiut. De Actionib. & in l. Quod si deferente, cum l. seq. ff. de dolo mal. & l. 1. & 2. C. de reb. credit.

CAP. CLIX.

IBi *Si aliquis*. Dummodo sit maior. Sed quæro, quid in Adulto? Dic, quod potest accusari, & banniri, secùndum Bald. in l. Clarum, C. de Author. præstand. etiam sine curatoris authoritate, & in l. 1. C. de confessis, & in l. cum & minores, C. si aduers. rem Iud. vbi vide plenè per Alber. de Rosat. Angel. de Males. in verb. qui Iudex videns quòd inquisiti, secus in pupillo, vt ibi.

Ibi *De sanguine*. An sufficiat gutta sanguinis ad hoc vt possit banniri, notatur per Abb. post Alios, in cap. cum illorum, extra de sentent. excommunicat. & ibi Glos. in verb. effusione, & Can. Reuertimini, 16. q. 1. & latè per Angel. de Malef. in ver. sanguis exiuit, vbi dicit quòd in casu statuti sufficiat gutta sanguinis, ex quo simpliciter mentionem facit de sanguine, secus vbi statutū requireret sanguinis effusionem, vt ibi per Angel. Sed pone, quod ego extuli quem sublimè, qui offendit caput ad lapidem, & sanguis exiuit, An procedat Ritus iste? Dic, quòd non, secundùm Bald. in l. si de Interpretatione, ff. de Leg. Idem si sanguis peruenit ex vulnusculo vide Additt. ad Bart. in l. Prætor. §. rem atrocē, ff. de iureiur. & melius in l. Denuntiasse, §. quid tamen, ff. Ad le. Iul. de Adulter. in 3. Additt. Et ad materiam vide Abb. in cap. cum illorum. De sentent. excommunic.

C Ibi *Et incusata contumacia*. Quæ si nō esset incussata, bannum esset nullum, secùndum Bald. in l. non sunt, ff. de statu hom. & cap. 1. De Milit. Vassall. qui cōt. est. quia quod hic dicitur datur pro forma.

Ibi *Post triduum*. Quid si Iudex, Reo peremptoriè citato, non expectato triduo banni, promulgauerit sententiam, An valeat bannum? Dic, quod non, quia Ritus iste procedit dando formam, vt pluries per triduum citetur, qua pretermissa, actus corruit, seu bannum est nullum, notat Bald. in d. l. Non sunt, ff. de stat. hom.

D Ibi *Post lapsum anni*. Qui annus incipit currere à die latæ sententiæ banni, per Constit. Regni, Pęnam eorum, in tit. de Forbannit. & foriud. quo elapso, statim, absque eo quòd non forìudicetur, bona eius sunt fisco acquisita, vt in d. Cōstit. Pęnam eorum.

Ibi *Mutilationis membri*. Mutilatio seu mutilare non est ex toto membrum secrare, & à corpore diuidere, prout est obtruncare, sed eius membri officium desistit, secundùm Abb. post Alios, in cap. cum illorum, de sentent. excomm. & Bald. in l. 2. ff. de public. Iudit. & ibi plenè per Imol. & pęna mutilationis mēbri hodiè non est in vsu in Regno, vide etiam infra proximè, in verbo, capitula.

E Ibi *Secundum Constitutiones*. Vt Constitut. Grandis, in tit. de Pęn. cont. in criminal. secundùm quam ita dispositum est, quod in his criminibus minimis talis contumax post annum punitur pęna cōfiscationis tertiæ partis bonorum mobilium, quo casu, si se præsentat infra duos menses recuperat bona, solutis dānis, interesse, & expensis omnibus Accusatori, Doct. in l. Absentem ff. de Pęnis, & in l. Absentem, C. de Accusat. vide Bart. in l. Tutores, §. hæredes, ff. de Admim-

Administrat. tutor.& ita intelligas quòd A obseruatur in M. C.

Ibi *Capitula Regni*. Expone ergo mutilationis, idest abscissionis, vide Bald. in l. de quibus, ff. de Leg. vbi etiam An statutum, loquens de osculante, procedat in tentante, & in omnibus prædictis locis habes, quid sit membrum, & quid sit officium membri, & vide etiam supra proximè, in verbo Mutilationis.

Ibi *Duos menses*. Idem si sexagesima prima die, vt not. Dec. post Alios in l. vbi lex. ff. de reg. Iur. B

Ibi *Præstito de se præsentando*. Secundum Andr. in Constitut. Humanitate, in tit. de his qui fideiuss. dar. pos. bannitur, & quandocunque veniat vltrò, auditur in fideiussione, secus, si capiatur, hoc tamen per istum Ritum limitatur in veniente infra bimestre.

Ibi *Purgato banno*. Quid si nolit se defendere, An possit cogi ad purgationem banni? Dic, quòd non, secundùm Bald. in l. si deportatus, C. de Bon. proscript. & in Auth. Bona damnatorum. C

Ibi *Iuxta iuris dispositionem*. De quo in l. absentem, C. de Accusat. & ibi Salyc. post Alios, & in l. Absentem, ff. de Pœnis, & ibi Bart. & in Constitut. Grandis. in tit. de Pœn. cont. in criminal. & ibi Andr.

CAP. CLX.

IBi *Fideiussor*. An teneatur parti ad pęnam, Dic secundùm Bart. in l.2. ff. Iudicat. soluend. D

Ibi *Pro pœna promissa*. Sed nunquid partes possint hanc pœnam remittere, Dic, quòd non, Bart. in l.1.§. & post, ff. de oper. nou.nunt. qui voluit, quòd si datus sit terminus sub certa pœna, fisco applicanda, & ille non comparuit, non potest remitti talis pęna per partem, nolente fisco, vt ibi per Bart. Sed An requiratur processus pro tali pęna exigenda, Dic, quòd non, vt dicit Bart. in l.1. §.1. ff. Iudic. soluend.

Ibi *Consueuit apponi*. Et in hoc concordat Iuri communi, vt est tex. & ibi Bart. & omnes, in l.4. ff. de Custod. reor. & ita tenet Bald. in l. Qui crimen, C. Qui accuss. non poss. & vide Moder. in l.2. ff. Qui satisd. cogant. post Bart. In his etiã Iuribus habetur, quòd arbitrio Iudicis est pęna taxanda. E

Ibi *Tunc carceratur*. Ita est de iure cõmuni, quando pœna est applicanda fisco, & si debitor non potest soluere in re, luit in corpore, l. Quicunque C. de seruis fugitiuis, & ibi not. & l.1.§.1. ff. de pęnis.

Ibi *Præsentato quandocunque*. Et sic, non solum post terminum iniunctũ fideiussoribus ad præsentandum, sed etiam vsque ad solutionem pœnæ, præsentando reum, liberantur fideiussores, Idem est de Iure communi, vt tenet expressè Bald. in l. Qui crimen, C. Qui accusare non poss. etiam si interuenisset iuramentum, secundum Bart. & Alios in l. Insulam, in 4. col. ff. de verb. obligat. & plenè per Imol. & canonist. in cap. Dilecti, de Arbitr. Sed An, post condemnationem ad pœnam, præsentato Reo, liberetur fideiussor? videtur, quòd non, per tex. in l. Habere licere, ff. de Euiction. & per Glos. Bart. & Angel. in l. Fideiussor, ff. de Dol. exception. In Regno tamen seruatur, quòd præsentato Reo ante effectiuã pœnę solutionẽ, licèt post condemnationem, liberetur fideiussor, & fortè hoc ea ratione, quia condemnatus ad quantitatẽ respectu certæ speciei, dando ipsam speciem ante solutam quantitatem, liberatur, l. si viro, §. fin. ff. solut. Matrim. not. Bart. & Angel. in d.l. Fideiussor, & Bart. in l. 2. ff. de Condict. fine caus. Cessante enim causa, cessat effectus, & sententia, l. 2. ff. de except. rei Iudicat. & l. Adigere, §. quamuis, ff. de Iur. patron. cum Iuribus vulgatis.

Ibi *Principalis*. Qui se absentauit propter timorem delicti, de quo fuit accusatus, & fideiussor intercessit, secundum Bart. & Moder. in l. si vero, ff. Qui satisd. cogant. Abb. in cap. 1. & ibi Glos. Qui accus. non poss. Quid autem, si detineatur ab aliquo Magistratu? Dic, quòd non tenetur fideiussor, vt tenet Bart. in l. si vero, ff. si quis caution. adde tex. & ibi Abb. in d. cap. 1. qui accus. non poss. Sed quid, si pro alio delicto se absentauerit, vel fuerit bannitus, An fideiussor teneatur, vide Bart. & Salyc. in d. l. si vero, & in l. sed & si quis, ff. si quis caution. & Gandin. in Tract. Malef. in verb. de Aliquibus quæstionibus.

CAP. CLXII.

IBi *Si deuenerit*. Idem tenet Bald. in l. Qui crimen, C. Qui accus. non poss. & potest esse ratio, quia videtur facta nouatio, per quam fideiussio corruit, l. 2. ff. de Nouation.

CAP. CLXIII.

IBi *Non possit molestari*. Concordat Iuri communi, vt l. contra pupillum ff. de re Iud. & l. Capitalium, §. ad statuas, ff. de Pęnis, & Afflict. in Constitut. Clementiæ, in tit. de Redim. capt. & vide in l. Quid si fugitiui, ff. de ædilict. ædict.

CAP. CLXIV.

IBi *Per sex menses*. Secus in causa ciuili, vbi fideiussor non potest se eximi petere, nisi diu steterit in obligatione, l. si pro ea, & ibi omnes, C. Mandat. & est tex in l. Lucius, ff. eod. Et qualiter intelligatur diu stetisse, vide Glos. in d. l. Lucius, vbi dat duas opiniones, vna, quòd Intelligatur per decennium, Altera, quòd stet in arbitrio Iudicis, & hæc videtur verior, quam sequitur Bald. in d. l. Lucius, & in d. l. si pro ea, & vide Glos. in §. multū, Institut. de literar. obligat. vbi, quòd Intelligitur de decennio, vide Alex. in l. Qui aliena, ff. de acquir. hæredit. Idem Alex. in l. Facere posse. ff. solut. matrim. & clarius per Afflict. Decis. 241. & ibi dat intelligere istam materiā, qualiter intelligatur. Adde, quòd iusta causa petendi, vt fideiussor eximatur, est, si vult ire ad studium, ita tenet Speculat. in tit. de Iudic. §. nunc specialiter, vers. quid, si fideiussor, quem refert Franc. in cap. consultationibus, de offic. & potest Iud. deleg. Roman. singul. 100. Et quòd ex causa possit peti vt eximatur, Rom. cons. 359. & Adde, quòd de iure non dicitur posse liberari sine Iudicis requisitione præsentando, Idem Roman. cons. 137. Et prædicta limita primò in fideiussore pro euictione, re nondum euicta, secundò in fideiussore Iuditij, tertio vt habetur per Barbat. in cap. Quod quibusdam, de Fideiussor. & in Additt. ad Bar. in l. Fideiussor pro venditore eod. tit.

CAP. CLXV.

IBi *Toties Quoties*. Ista verba de iure hoc important, quòd licèt fideiussor de præsentando non teneatur nisi vsque ad sententiam, l. Græcè, & ibi Bart. ff. de fideiuss. tamen, si apposita sint hęc verba in fideiussione tenebitur fideiussor etiam post sententiam, secundum Bart. & omnes in l. si quis Reum, ff. de custod. reor. l. 2. §. fin. ff. Qui satisd. cogant. vbi

A etiam expressè Alex. & Ias. Important etiam hæc verba, quòd non tantum ter, vt hic dicitur, sed etiam pluries, vt ait Bart. vbi supra, & Moder. in l. si finita, in princ. ff. de damn. infect. licèt Angel. aliter teneat ibi, & sic in hoc Ritus exorbitat à iure communi.

Ibi *Durante instantia*. Quæ biennio durat in criminali, & in ciuili triennio, l. properandum, in princ. C. de iudit. Imò etiam in causa appellationis tenetur fideiussor, si verba illa, *Toties quoties*, apposita
B sint, Bart. in d. l. si quis reum, ff. de custod. reor. & in l. 2. §. fin. ff. Qui satisd. cogant. & ibi Alex. & Idem Alex. post Bart. in d. l. Grecè, ff. de Fideiussorib.

CAP. CLXVI.

IBi *Stuprum*. Hoc committitur cum virgine, vel cum vidua, l. stuprum, ff. Ad leg. Iul. de adulter. & l. Inter stuprum, ff. de verb. significat. Sed An possit commicti cum serua, ita quòd possit
C procedere Ritus iste, vide tex. cum ibi not. in l. Si stuprum, ff. de Iniur. Adde quod Actio stupri quinquēnio præscribitur, tex. est in l. Mariti §. præterea, ff. ad l. Iul. de Adult. sufficit tamen actionē proponi, & incipi ante lapsum quinquēnij, licèt causa non Initietur, vt in d. §. præterea notatur, vbi habetur etiā quando incipiat currere istud tempus, cui adde etiam l. Adulter, C. eodem tit. & hoc in Adultero, vt ibi, In Adultera verò per sex menses vtiles, d. l. Mariti
D §. sex mensium, ff. ad leg. Iul. de Adult. & ibi not.

Ibi *Ad relegationem*. Intellige quando stuprum esset commissum voluntariè cum muliere honesta, tunc procedit Ritus iste, non autem cū muliere inhonesta, quia non potest accusari, etiam à consanguineis, vt tenet Glos. in §. item lex Iulia, Institut. De public. Iudit. de quo etiam dicemus in seq. cap. Sed An cū hac pœna relegationis veniat etiā pœna ammissionis tertię partis bonorum prout de iure imponitur? Dic, quòd non, quoniā
E hoc statutum simpliciter imponit pęnam relegationis, quo casu non venit ammissio bonorum, nisi exprimatur à statuto, l. Nemo, *la* 2. in fine, & ibi Glos. Salyc. & omnes, C. de Episcopal. audient. & tex. in l. Relegatorum §. ad tempus, ff. de interd. & relegat. & tenet Bart. in l. 1. ff. de Bonis damnat. possit tamen augeri pęna propter enormitatē delicti, vt not. Glos. in d. §. item lex Iulia, Instit. de publ. Iu-

blic. Iudit. vt si tutor agnoscat pupillam. A
Ibi *Per parentes.* Vt est tex. cũ Glos. & DD. In l. Lex Cornelia, ff. de Iniur. & habetur per Bart. & Alios, in l. fin. ff. de Priuatis Delict. l. 1. §. 2. ff. de Iniurijs hoc autem procedit, quando criminaliter agere intendunt, secus si ciuiliter pro interesse Iniuriæ, vt not. Bart. in d. l. 1. §. 2. & per superius allegata.
Ibi *Vltimi supplitij.* Idest pœna mortis, l. Capitalium, ff. de Pœnis, cum Iurib. vulg. & hoc respectu violentiæ, & raptus, vel violentiæ, tantùm, & hoc con- B cordat cũ Iure communi, §. Item lex Iulia, Institut. de public. Iudit. l. vnic. C. de Rapt. virg. l. Raptores, C. de Episc. & cleric. & hoc idem in dolo subducta, quia dicitur per vim stuprata, l. 3. §. si quis volentem, & ibi Bart. ff. de Liber. hom. exhib. Sed qualiter probetur ista violentia? Dic per clamorem mulieris, vt putà, quia clamabat, dum esset in colluctatione, vel dum eam subtus detinebat, vt dicit Andr. in §. fin. in Constit. capitalem, in tit. de Rapt. virg. Sed quid C in dubio? Dic vt per Bart. in d. l. Raptores. Nota, quòd quando mulier reperitur in domo viri, & tunc præsumitur voluntas, aut è contra, & tunc præsumitur vis, aut neutrũ istorũ est, & tũc præsumit aut vi, aut dolo subducta. Sed an Ritus iste procedat in inhonesta muliere p vim cognita, & in meretrice? Dic, quòd procedit, si talis vim passa, & cognita, infra octo dies accusauit, siuè querelam proposuit, alias non præsumitur per vim cognita, sed voluntaria, & non punitur, D vt in Constitut. Omnes nostri, in tit. de violent. meretric. ill. & ibi DD. Andr. de Isern. in Constitut. Si quis rapere, In tit. de Rapt. & violent. monial. de Iure autem communi talis non punitur indistinctè, secundum Bald. & Salyc. in d. l. vnic. C. de Rapt. virg. & in d. l. Raptores, & Glos. in d. §. Item lex Iulia, Instit. de public. Iudit. Sed quid, in nupta? Dic, quòd talis violentus Adulter punitur pęna mortis, vt in d. Constitut. capitalem, In tit. de Rapt. virg. & in d. l. vnic. C. E de Rapt. virg. si vero violentus non sit, Dic vt in cap. sequenti. Quid autem in sponsa rapta per sponsum per violẽtiam? vide Andr. in d. Constit. Capitalem, Bal. Salyc. & oẽs, in d. l. vnic. In quibus locis habetur etiã, quid Iuris de Marito rapiente vxorẽ, & quid de Muliere rapiente virũ. Qualiter autẽ puniatur Adulter sine violentia, vide infra in cap. seq. Sed quæro, quid, si non potest probari violentia, mulier autẽ asserit vim passa, An ei credendũ sit? vide Innoc. in cap. super hoc, de Renũt. Itẽ quæro. Quidã rapuit puellã, & per vim tentauit, & nõ cognouit, An puniat pęna huius statuti? Dic, quòd nõ, cùm requiratur delictũ consumatum, vnde iste casus remanet in dispositione Iuris cõis, tanquã omissus, secundũ quod punitur pęna extraordinaria motu Iudicis statuẽda, l. 1. & ibi Bar. & oẽs, de var. & extraord. cognit. videtur tamẽ dubitabile, quãdo verũ crimẽ in casu proposito sit raptus, vel stuprũ, & in quo casu punitur solùm raptus sine stupro, de quo vide Bal. & Salyc. in d. l. vnic. C. de Rapt. virg. & in d. l. Raptores. Sed quid, si semẽ emisit super eam? Dic, vt per Afflict. in Cõst. Legum asperitate, in tit. de Adult. n. 12.

CAP. CLXVII.

IBi *Super Intellectu*. Qui talis est secũdũ Andr. ibi, quòd mulier nupta, adulteriũ cõmictens, puniatur pęna bonorũ, & dotiũ, si filios non habeat, & tradatur viro puniẽda proprijs manibus ipsius viri nasi obtruncatione, & in hoc mutata est iuris cõis pęnalis dispositio, secundum quod talis pęna, mors Intelligebatur, l. Castitati, & l. Quamuis, in fine C. de Adult. & hoc de Iure Codicis, de iure autẽ Auth. erat fustigationis pęna, & detrusionis in monasterio, vt in Auth. Sed hodie, ibidem posita, & Instit. de public. Iudit. §. Item lex Iulia, & per legem Mosaicam dilapidabatur adultera. Dubium tamen erat super verbis textus illius Constitut. per quæ dijudicabatur, quòd potest adaptari, & procedere in adultera, & adultero, licèt expressè Andr. de Isern. dicat non procedere in adultero, quamuis de Iure Ritus aliter esse videatur, ibi *tam in Adultero*, vt scilicèt Adulter non puniatur pęna mortis, sed publicatione bonorum, si filios nõ habet, si verò filios habet, punitur pęna extraordinaria, Iudicis arbitrio statuenda, & hodiè est relegatio in quinquennium, non autem punitur adulter obtruncatione nasi, licèt hoc Innui videbatur, sed alia pęna extraordinaria, vt dixi, propter illud verbum *arbitrio Iudicis*, & in hoc differt ab adultera.

CAP. CLXVIII.

IBi *Omnes expensæ*. Sed An in criminali omnes expensæ reficiantur de iure cõi, vide Doct. in Auth. generaliter, C. de Episc. & cleric. Salyc. & oẽs, in l. Qui crimen, C. Qui accus. non poss. Bart. in l. 1. ff. Ad Turpill. pro quo etiam vide Bart. in l. eum quem temerè, ff. de Iudit.

I &ple-

& plenè per Iaſ. in l. Properandum, §. ſin autem alterutra, C. eodem, & Bald. & Ang. in l. Sed & ſi, §. quod autem, ff. de petit. hæred. & l. ſed & ſi hæreditas, §. 1. ff. Ad exhib. Abb. & omnes, in cap. Finem litibus, de Dol. & contum.

Ibi *Ceſſerit liti*. Quæ ceſſio non prodeſt temerè litiganti, d. l. eum quem temerè, & ibi Bart. & in Auth. contra qui propriam, C. de non numer. pecun. Sed An pars poſſit cedere liti, ſi ceſſio illa alteri parti non proſit? Dic, quòd non, pro quo vide Lanfranc. in cap. Quoniam cõtra, de Probat. in verb. exceptio, in fine.

Ibi *Scire potuit*. Quod eſt, quàm primùm habuit copiam productorum, vel habere potuit, ſecundum Bart. in l. ſi quis inficiatus, ff. Depoſit. à cuius theorica fuit hoc capitulum extractum, quod Intellige, quando ipſa deſcendit ex facto alieno, aliàs ante copiam productorum etiam dicitur ſcire potuiſſe, quoniam factum proprium nemo ignorare præſumitur, vt vulg. Iuribus, & tenetur ad oẽs expenſas, vt ſi peto à Titio centum ex cauſa mutui, & probat ſolutionem per aliud Inſtrumentũ inter me, & Titiũ cõfectũ, licèt, viſo ipſo inſtrumento, ceſſerim liti, non excuſor ab expenſis, tex. eſt & ibi Bart. in d. l. eum quem temerè, §. 1. ff. de Iudit. Limita tamen non procedere, vbi pars habuit iuſtam cauſam litigandi, per tex. in l. Qui ſolidum, §. etiam ff. de Legat. 2. & §. oportet, in Auth. de Iudic. Alex. conſ. 83. nu. 14. lib. 6. Sed quæ ſint iſtæ iuſtæ cauſæ litigandi, Dic, quod relinquuntur arbitrio Iudicis, ſecũdũ Bald. in l. Generaliter, C. de Reb. credit. & l. edita, col. 6. de edend. & l. Generaliter, C. de Epiſc. & cleric. Abb. & Butr. poſt Alios, in d. cap. Finem litibus, de Dol. & contum. qui Iudex debet arbitrari ex qualitate facti, & perſonarum conditione, quoniam non poteſt dari certa doctrina. Dantur tamen plures concluſiones, in quibus victus victori non condemnatur in expenſis. Prima eſt, quam dat Bar. in l. Bonorũ, ff. de Bonor. poſſeſſ. & ibi Apoſtill. Bald. & Salyc. in l. Iuris ignorantiã, C. Qui admicti, l. Properãdũ, §. ſin autẽ alterutra, de C. de Iudit. & ibi etiã limitat Alex. vno modo. Secũda cõcluſio eſt, quã not. Ant. de Butr. in preal-leg. cap. Finem litibus, vt quando articulus eſſet dubitabilis, ita quòd non appareret cõis opinio, ſecundũ Ant. in d. cap. Finem litibus, & Iaſ. in d. §. ſin autẽ alterutra, nu. 18. Tertia cõcluſio eſt, quã ponit Bald. in l. Qui non probaſſe, C. de

A calumniat. & not. in d. cap. Finem litibus. Quarta cõcluſio eſt, ſi pars victa probauerit intentionem ſuam per teſtes, qui poſtea fuerunt reprobati, Quinta concluſio eſt, quam not. Bald. in l. Non ignoret, C. de fruct. & lit. expenſ. Plures etiã concluſiones ponit Iaſ. in d. §. ſin autem alterutra, quas potius laborioſum, quàm ſubtile eſſet, referre. Aduerte tamẽ, quòd expenſæ tũc veniũt in prædictis caſibus, ſi ſunt in contractu promiſſæ, & in aliquibus alijs caſibus, de quibus per D. Iaſ. vbi

B ſupra. Vnum Addo, quòd ſi quis cõdemnatur per interloquutoriã ſuper mero articulo iuris, non condemnabitur ad expenſas, cùm potuerit ei citius per Iudicẽ expediri, vt tenet Bald. in l. ſin. C. quãd. prouoc. non eſt nec. & ponit Iaſ. vbi ſupra, & Lãfr. in cap. quoniã cõtra, de probat. & an iuramentũ calũniæ excuſet ab expenſis, vide Bart. & oẽs in d. l. Properandũ, §. ſin autẽ alterutra, & Alex. in l. 3. ff. de Iureiur. vbi dicitur, quòd non.

Ibi *Calumnioſè*. Et hoc probatur ex

C coniecturis, quando non poteſt de certo probari, cùm calumnia in animo conſiſtat, ſicut dolus, l. Dolũ. C. de Dol. & ita etiã declarãt DD. in d. §. ſin autem alterutra, & Abb. in cap. Calumniã, de Pęn. calumnia enim dolum cõprehendit, Bar. in l. 1. col. 3. ff. Ad Turpill. Salyc. in l. oẽs, C. de Epiſc. & cleric. & Bald. in Auth. Non iure, C. de Pęn. Iud. qui male Iud. l. Athletas, §. calumniator, ff. de his qui not. infam. & Bart. & Bald. in l. Nõ ignoret, C. de fruct. & lit. expenſ.

D Ibi *Ad omnes expẽſas*. Dũmodo vtiles, & neceſſarias, & moderatas, vt not. DD. in d. cap. Finem litibus, & l. Sancimus C. de Iudit. & hinc eſt, quòd ante verificãtur, & taxãtur. Sed qualiter probantur expẽſæ, An per partis iuramentũ, vel per taxationẽ factã per Iudicẽ, & An poſſit appellari, vide Iaſ. in d. §. ſin autem alterutra. Sed Quæro, An ad condemnationẽ expenſarũ debeat haberi conſideratio ad damna, quæ paſſus eſt victor pro lite proſequenda? Dic, quòd non, niſi ad ea

E quæ reſpiciunt perſonam, vt ad damna obueniẽtia ratione omiſſi artificij, vt putà, quia victor erat artifex, & pro lite proſequenda vacauit de neceſſitate ab officio, vt voluit Abb. poſt Alios in d. c. Finẽ litibus, & tenet Iaſ. vbi ſup. Sed An Doctori poſſit taxari ſalariũ pro cauſa propria? Dic, quòd nõ, vt not. Iaſ. vbi ſupra, & DD. ĩ d. l. c. Finẽ litibus, Quod aũt limita, pro vt not. DD. ĩ l. Generaliter. §. ſi iudex, C. de Reb. credit. & ibi Bart. & oẽs.

Ibi

Ibi *Etiam viaticas*. Idem de Iure cõi, vt in d.l.Properãdũ,§. fin autẽ alterutra, & dicuntur viaticæ,quæ fiunt in eundo, & redeũdo,& ſtãdo forte in hoſpitio,habita conſideratione ad ea,quæ domi ſuæ facturus nõ fuiſſet, per tex. in l. eum quẽ temerè,& ibi Bart.& DD. ff. de Iudit.& in d.l. Nõ ignorat, vbi Bart. & Salyc. & cap. cũ pro cauſa,& ibi canoniſtæ, extra de Procur.l.Sancimus,vbi DD.C. de Iudit.Spec. in tit. de expenſ.§. poſt, 2. col. In fine. Vnum tamen nõ omiſtã in materia expenſarũ,quòd, ſi Iudex non condemnauit, nec liberauit victũ ab expẽſis, An poſſit lata ſentẽtia cõdemnare, & infra quantum tẽporis, Dic,vt per tex.in l. Paulus, ff. de Re iudic. & l. Terminato, C.de Fruct & lit.expenſ. Quid ſi reſeruauit,An poſſit inde ad plures dies poſt ſententiã ſuper illis prouidere? Dic,quòd ſic, ſecus, ſi non reſeruauit,vt voluit Gloſ. in d. l. Terminato. Nota, quòd per hoc ſtatutũ ſubuenitur victori ad petendum expenſas iure actionis quãdocũque voluerit, vt dicit Bart. in l. 1. §. 1. ff. de Leg. 3.

A

B

C

Ibi *Solùm denuntiauerit*. Idem de iure cõi, ſecundũ Gloſ. in cap. Cũ dilecti, de Dol.& cõtum.& ibi Bald.in 4.col.& Iaſ. in d. §.fin autẽ alterutra,& Salyc. in l. Ea quidẽ,C.de Accuſat.& ita ſeruatur. Quid, ſi aliquis inſtigauit Iudicẽ, vt inquireret cõtra aliquẽ,& demũ inquiſitus fuit liberatus,An iſtæ Inſtigator veniat in expenſis condemnãdus? Dic,quod ſic,vt voluit Bart. in l. Senatus, ff. Ad Turpill. Sed quid, ſi Iudex non fuit ab aliquo inſtigatus, ſed voluit vltrò quid inquirere,& nõ probauit, An teneatur ad expenſas, & Intereſſe? vide Bald. in Auth. Generaliter, C. de Epiſc. & cleric. vbi dicit,quòd ſic, facit quod dicit Innoc.in cap.fin. extra de ijs quæ vi metuſque cauſ.& vide Bald. in l. Sancimus, C. de Iudit. vbi idẽ dicit, Cõtrarium tenent Aliqui, nam, licèt,Iudex,vel hærarius inquirat, nõ præſumitur,quòd calumnioſè inquirat, dato quòd nihil probet, quia facit ex neceſſitate officij,& ideo non tenetur ad expenſas,niſi probetur, ſcilicet,quòd animo calumniandi inquiſierit,ita Bald.poſt Gloſ. in l. Athletas,§.calumniator,ff. de his qui not. Infam.& Gloſ. in l.2. C. de Calumniat. & DD. in l.2.C.Qui accuſ.non poſ. Tu tamẽ cogita. Adde ad id, quod ſupra dictum eſt de Inſtigatore, quòd teneatur ad expenſas,tex. in l. Seuerior, C. de excuſat.tutor.& in terminis Deciſ. Tholoſ. q.97.vbi etiam quæritur, An talis inquiſitus poſſit producere in teſtem illum Iudicem cõtra denuntiatorem, vel Inſtigatorem, & dic, quòd ſic etiam, Inuitum.

D

E

C A P. CLXIX.

Ibi *Eſt notorium*. Tribus modis dicitur notoriũ, Iure, ſcilicet,præſumptione, & facto, Iure,vt quando eſt lata ſentẽtia, præſumptione,vt quando natus in domo patris præſumitur illius filius,l.Filium,ff. de his qui ſunt ſui vel alien.Iur.& hoc ſecundum Canoniſtas, vt in cap. veſtra,de cohabit.cleric.& mul.& ibi Gloſ.magna Secundũ tamen Legiſtas, notorium præſumptione,& Iuris idẽ eſt,vt dicit Salyc. in l.ea quidem,C.de Accuſat. & Abb. in d. cap. veſtra, & vtrunque notoriũ efficitur miniſterio Iuris, notorium autem facti, eſt clara, & famoſa loquutio, quæ tergiuerſatione aliqua cælari nõ poteſt.

Ibi *Confeſſus, & conuictus*. Qui etiam de Iure cõi non appellat,ſed fit executio ſententiæ,l.2.C.Quor.appellat. nõ recip. & ibi not. ſed ſi cõfeſſus tantùm ſit,& nõ conuictus, tunc appellat,ſed fallit in certis caſibus,de quibus in d.l. 2. & Salyc.in d. l. ea quidem,verſ. quæro.& hoc in notorio iuris. Quid aũt ĩ notorio facti? Dic, quòd,ſi in ſententia ſit mentio,quòd condemnauit tanquam Reum notorium,tũc appellat,aliàs ſecus, ſecũdũ eos vt ſupra, & Canoniſt. in cap. Romana,§.ſi autem, de Appellat.in 6.

Ibi *Aſſerit ſe habere*. Quid, ſi dicat ſe nõ habere, An debeat dari ſibi terminus? Dic,quòd non, ſecundum Bald. in l. omnes,verſ.tertio not.C.de Epiſc. & cleric.

Ibi *A Magna Curia*. In Alijs ergo Curijs inferioribus Ius cõe ſeruatur, & obſeruatur præſens cap. quatenus Iuri cõi ſe cõforme reddit. Sed vtrum ab aliquo emergente cauſę criminalis poſſit appellari, vide Pariſ. de Put. in Tract. Sindic. in verbo, appellatio, & An ſtante ſtatuto, vel Priuilegio Principis, vide Bald. quem ipſe allegat,in l.Incerti, in fine, C. de Interd. & Iaſ.in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de Re Iudic.

C A P. CLXX.

Ibi *Memoria hominum*. Adde quòd tãti temporis conſuetudo habet etiam vim priuilegij,tex.eſt in cap.ſuper,§.prætereа, & ibi Abb. poſt Alios, de verb. ſignificat. & l. Hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de Aqu. plu. arcend.& ibi Bart.in quibus etiã locis habes, qualiter debet probari talis cõſuetudo,& ꝑ DD.in cap.1.de Præſcript.in 6. & in caſu iſto valet teſtimoniũ de auditu,l. ſi arbiter, ff.de Prob.

Ibi *Pœnis legalibus*. De quibus in l.2. A
C. Quæres export. non deb.

CAP. CLXXI.

IBi *In caussis ordinarijs*. Quid si pars dixerit, quòd In talibus causis procedatur summariè,& sic direxit se, An libellus possit emendari, vide Bald.in l.ędita, C. de ædendo, & in Clement. Sæpè, de verb. significat. Quæro, An causa ordinaria, consensu partium possit fieri summaria? Dic,quod non,secundum Glos.in cap. de causis, extra de offic. & potest. B
Iud. Deleg. Sed benè è conuersò, causa summaria potest fieri ordinaria, Glos. in d. Clem. Sæpè, & ita Ias.in l. Properandum, col.6. C. de Iudit.

Ibi *Terminus est communis*. Io.Andr. in cap.1. de Testib. stultum enim esset, quòd Reus se in probando ligaret, antequam viderit, vtrum actor probauerit, nec ne,quia semper debet expectare probationes testium actoris, secundum Angel. in Auth. de Testib. §. quia verò, in C
princ. Idem Andr. in Constitut. Probationũ, in tit.de Probat.& testib. & quòd Iudex extra terminum potest permictere, quòd producatur,quia potest in multis facere gratiam. Sed pone, quòd testes sint recepti extra terminnm, An cõsensu partium possint valere, ac si in termino fuissent recepti? Dic,quòd non,quia partes nõ possunt mutare iuris formã.l. Cerdonem, ff. de oper. libert.& l. Ius publicũ,ff.de Pact.& Andr.in Const.Appellationũ tẽpora,in tit.de Appellat.licèt partes possint cũ consensu Iudicis terminũ D
prorogare,l.sed & si manente, ff. de Precar. Doct. in d.l. Properandum,§.sin autem alterutra, C. de Iudit.

Ibi *Fiet publicatio*. Sed An fit de necessitate facienda, ita quod eius omissio vitiet processum? vide Canonist. in cap. Quoniã contra,de Probat.DD.in l. Prolatam,C. de Sentent. l. solent, C. de Testib.l.Gesta,de Re Iudi.& cap.Albericus extra de Testib. & plenè per Alex.in E
Addit.ad Bart. in d. l. Prolatam, latius Cappell. Tholos. Decis. 396.

Ibi *Ex causa prima*. Sed An istis restitutionibus possit renuntiari? Dic,quòd non, secundũ Bald. in l.si quis in conscribendo, C. de Episc. & cleric. & Bart. in l. si quis in conscribendo, C. de pact.

Ibi *Infra quem Alia pars*. Ad hoc adde quæ scripsi supra de Mod. proced. in summ. cap.134. in verbo, Persona restituibilis,sed ea loquuntur de restitutione. Sed quæro, quid si pars non approbauerit in eodem termino reprobatorio, An poterit vlterius approbare? Dic, quòd non, sibi enim imputetur, & ita practicatur, & ita etiam fuit decisum.

Ibi *Ad reprobandum reprobantes*. De Iure cõi secus, pro quo vide cap. Licèt dilectus, de Testib. & not. Bald. in l. si quis testibus, C. eod. tit. vbi An possint dari duo termini ad reprobandũ,& quòd ego possum reprobare testes, quibus tu approbasti tuos, & qualiter, vide in d. cap. Licèt dilectus, & ibi Glos.

Ibi *Extra Regnum*. Si verò in Regno, obseruatur in M. G. quòd,si receptio cõmissa est cõmissario, & tunc post conclusum per octo dies fiunt literæ refrenatoriæ, si verò extra, & tunc expectantur attestationes per dies octo post cõclusũ.

Ibi *Concludatur, & expediatur*. Quid si partes petũt expeditionem,prætermissa cõclusione, An valeat sententia? Dic, quòd sic,secundum Io. Andr. in Constit. Vniuersas,in tit.de caus.in Iuditio decid.

Ibi *Et reprobandum*. Quæro, quis habuit terminum ad reprobandum præsentauit capitula sua, super quibus produxit testes,deinde, elapso termino, dicit esse in continua, vult præsentare alia capitula reprobatoria,nũquid possit? Dic,quòd fuit decisum quòd non,& ita obseruatur, quòd elapso termino reprobatorio, quãuis pars sit in continua, non potest vlterius alia capitula præsentare, sed tantùm super pręsẽtatis ꝓducere testes,& ideo, quia terminus reprobatorius est odiosus, & ita fuit decisum,Ratio est Iuditio meo, nam talis terminus nõ est restituibilis, ex quo odiosus,Bart. in l. Mancipiorum, ff. de option. Legat. & Bald. in cap.2. de Milit. vass. qui cont. est, qui dicit quòd restitutio non datur ad vindictã, vt l. Auxilium, & ibi not.ff. de Minor. & Bald. in l. fin. C. In quibus caus. in Integr. restitut. non est nec. Oldr. cons. 3.

CAP. CLXXII.

IBi *Personis restituibilibus*. Adde, quòd dicit Andr. in Const. obscuritatem, in tit. de integr. restitut. mul. quòd Minor. potest restitui aduersus conclusionẽ, etiam si renuntiauerit, Idem si litigat cũ Minore,sed An debeat ostẽdere causam, quare petit restitui, putà, quòd est lęsus? Dic, quòd sic vt est tex.in l. Nam posset, §.si minor,ff. de Iureiur. Doct.in l.2.C.si contr. Ius vel publ. vtilit. non enim eo ipso quòd est Minor, præsumitur læsus,& restituitur. Nota, tamen circa istud cap. quòd, Aut pars aduersa conclusit contra

Minorem,

Minorem, & tunc indiſtinctè abſque aliqua probatione lęſionis, reſcinditur concluſum, Minore ipſo petente, Afflict. deciſ. 114. ex mẽte Bar. in l. 2. ff. de in integr. reſtitut. & Paul. de Æliaz. in clem. 1. de in integr. reſtit. Afflict. & Iſern. in d. conſtitut. Obſcuritatem, quem ſequitur Marant. in 6. p. princ. act. 15. Abb. in cap. Auditis, de integr. reſtit. Aut ipſe Minor concluſit, & tunc oportet probare læſionem, qua probata, reſcinditur, & ſic cauſa cognita, & ita ſeruatur, ſed vide Cappell. Tholoſ. deciſ. 45. & 49. in Additt. Nota etiã circa iſtud cap. quòd hoc quòd dicitur verum eſt, non diſcedendo à principaliter narratis in libello, ſed tantũmodo aduerſus probationẽ omiſſam, vt in d. cap. Auditis, vbi Eccleſia poſt concluſum reſtituitur, aliàs ſi daretur reſtitutio extra narrata, tunc ſecus, quia eſt ſtãdum regulæ, l. Nõ poteſt, ff. de Iudit. Bart. & DD. in l. Nam, & poſſet, §. ſi minor, ff. de Iureiur. Sed quæro, An Minor, qui iurauit nõ cõtrauenire proceſſui, poſſit reſtitui? Dic, quòd non, per Auth. Sacramẽta puberum, C. ſi aduerſus vendit. & in deciſ. Tholoſ. 45. Idem tenet Iac. de Aret. Io. Fab. & Salyc. in d. Auth. Sacramẽta puberũ, quam Auth. dicunt procedere etiã in quaſi cõtractibus, quia fauorabilis eſt, vt dicit Iaſon ibi nu. 71. & 76. Quid, ſi cũ Iuramento renuntiauit, non tamẽ de Iure ſuo certioratus? Dic, vt in Deciſ. Tholoſ. 49. vbi latè de hoc. Sed quęro An Minor poſſit reſtitui propter exceptiones omiſſas, Item An aduerſus tres ſentẽtias, Item An aduerſus cõfeſſionẽ, nõ probato errore, Item An poſſit ſuper eiſdem capitulis teſtes producere de nouo, vide Capell. Tholoſ. deciſ. 54. & 99.

Ibi *Prodeſt*. Idem de Iure cõi, l. 1. & ibi Bart. & omnes, C. de conſort. eiuſd. lit. & quòd, dato termino ad reprobandum, intelligitur datus ad reprobandũ omnia.

CAP. CLXXV.

IBi *Per viam Informationis*. Per quam viã hodie in criminalibus procedi non poteſt nec etiã per viã denũtiationis, aut Inquiſitionis, ꝑ cap. Regni 359. Reg. Alf. in tit. quòd non proced. per viã denunt.

Ibi *Ad Informationem Curiæ*. Nota, quòd vbi fit aliquid ad Informationẽ Curiæ, vel Iudicis, non requiritur partis citatio, ſecundũ Bald. in l. Fideiuſſor, §. fin. ff. Qui ſatiſd. cogant. Bal. in l. ſi qua, verſ. ſed quid ſi non oſtendatur, C. de Epiſc. & cleric. & Bart. in l. 1. C. Quor. bonor. & in l. 3. §. ſi cauſa, ff. de Bonor. poſſeſſ. Abb. in c. 2. in fine, de Sequeſtr. poſſeſ. & fruct.

CAP. CLXXVI.

IBi *Gratis pro Deo expediantur*. Idem de Iure cõi, vt in Auth. de Mãdat. Princip. §. ſit tibi quoque, & not. in cap. cũ ab omni, de vit. & honeſt. cleric. & in cõſtit. Lege præſenti, in tit. de Dand. Aduoc. Item in cauſis furioſorum, ſeu dementiũ, l. Tam demẽtis, & ibi not. C. de Epiſcop. Audiẽt. vbi etiã Salyc. & quòd tales perſonæ nõ debent ſoluere gabellas, etiã in oneribus ordinarijs, Itẽ in relictis ad pias cauſas, vt l. Nulli, verſ. ita tamen, C. de Epiſc. & cleric. & ibi Iaſ. Item in præcepto Iudicis, vt debitor ſoluat pupillo debitum ſuum, Gloſ. in §. nunc, Inſtitut. Quib. alien. lic. vel nõ, Item in cauſis miſerabilium perſonarum, vt in Auth. de Iudic. §. Ne autẽ, & Bald. in l. Generaliter, C. de Epiſc. & cleric. Imò etiã tales pauperes, & miſerabiles perſonæ quando litigant cũ diuite poſſunt petere pecuniolã, dummodo ex aliquibus actis appareat de Iure iſtarũ perſonarũ, vt eſt tex. ĩ cap. ex parte, vbi not. Gloſ. & DD. extra de Accuſat. l. ſi Inſtituta, §. de in offitioſo, & ibi Bart. & Alij, ff. de in offitioſ. teſtam. Pariſ. de put. in Tract. Sind. in verb. expenſæ. Et practica circa hoc cap. talis eſt, citatur pars diues ad teſtiũ iuramenta videndũ, & pauper producit teſtes de paupertate, & poſtea mictit Iudici vnà cum Inſtrumento, per quòd apparet de Iure ſuo, & ſuper illis effectũ, & ita ſeruatur in M. C. non autem conceditur pecuniola, niſi caueat ipſe pauper, & datur de tertio in tertium Aduocatis, hoc tamen quò ad pauperes qui nil ſoluũt Aduocatis, tamẽ ſtatuitur Salarium de publico, ſecundum Gloſ. in verb. præſtandis, in l. Properandum, §. illo, C. de Iudit. & in l. 1. §. ait Prętor, de Poſtuland. licèt ibi Angel. aliter ſentiat, & ita eſt in M. C. ſeruatum.

CAP. CLXXVII.

IBi *Nullus*. Quid in pupillis? Dic, vt per Andr. in Conſtit. ſtatuimus, in tit. de offic. Mag. Iuſtit. vbi de Alijs perſonis priuilegiatis. Sed An in Iuribus ceſſis habeatur iſtud priuilegium, & An in criminali, vide Andr. in d. Conſtit. ſtatuimus, vbi hoc limitat.

Ibi *Semper ſaluis*. Iſtam diſtinctionẽ ſemper referas tàm ad præcedẽtia, quàm ad ſequẽtia, hoc eſt, quòd etiã ad petitionẽ officialis extrahi non poteſt à decem

vntijs

vntijs infra, si priuilegium loci illius sit, quòd à decem vntijs infra non possit extrahi, vt est in hac Ciuitate, cùm istud importet, secundum Alex. cōs. 48. lib. 1. Sed vbi quis dicatur habere domicilium, vide l. Ciues, C. de Incol. lib. 10. l. 1. §. habitare, ff. de his qui deiec. vel effud. A

Ibi *Regni Constitutiones*. Vt Cōstitut. statuimus, de offic. Mag. Iustit.

Ibi *Magna Curia*. Pro hoc facit Constitut. Honorem, in tit. vt post conclusionem, &c. vbi dicitur, quòd maius lumen occupat minus, sed fallit in Baiulo, qui potest audire existente M. C. in proprio loco, & est locus præuentioni, secundū Andr. in d. Const. statuimus. Sed nunquid possit Magna Curia Alios Inferiores prohibere Iudicare, vide Andr. in d. Constit. Honorem, & in d. Constitut. Statuimus. B

Ibi *Priuilegijs*. Tamen localibus, nam antiqua consuetudo obtinet vim priuilegij, cap. super quibusdam, §. præterea, De verb. significat.

CAP. CLXXVIII.

IBi *Pendentes*. Dicuntur pendere post litem contestatam, ante enim non dicuntur processus, Glos. est in l. consentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. & in l. fin. §. illud C. de Tempor. appellat. Paul. de Castr. in cons. 169. incip. in christi nomine, vol. 1. vnde inoleuit practica, quòd Magna Curia existens in loco procedit, licèt quis fuerit in loco coram Alio Iudice citatus, & facta executione coram Iudice Inferiori, possunt fieri oppositiones in Magna Curia, per hunc Ritum, qui tātum prohibet processus pendentes, licèt de iure sit cōtrarium, quòd per solā citationem dicitur Iurisdictio præuēta, adeò quòd coram Alio Iudice processus fieri non potest, l. si quis postea, & ibi Angel. ff. de Iudic. Paul. de Castr. in l. 1. C. eod. Iudex enim in præparatorijs est Iudex in præparatis, non Alius, l. Ordinarij, C. de reiuend. & ibi Bald. Alex. in l. 3. C. de Iudit. & est de hoc tex. in l. 1. ff. de offic. consul. & licèt lis dicatur pendere per so lam citationem, vt not. Bald. in l. vbi ceptum, ff. de Iudit. & l. sequitur, de sepul. violat. non tamen dicitur processus pendere, nisi per litis contestationem, vt caput, caput enim processus est litis contestatio, Bald. in cap. quoniam, vt lit. nō contest. Fallit tamē in processibus pupillorum, & Aliarum personarū priuilegiatarum, de quibus in d. Cōstit. statuimus, & ibi Isern.

CAP. CLXXIX.

IBi *Exequantur*. Cùm ergo Ritus iste det executionem sentētijs Arbitrorū, sequitur, quòd Arbitri habeant Iurisdictionem, vnde confessio facta coram eis, est, ac si esset facta in iuditio, quod aliàs de Iure non esset, vt tenent communiter DD. relati per Alex. cons. 13. vol. 1. n. 5. Et ideo in Regno à sententia Arbitri potest appellari, ex quo habet executionē paratam, secundum Bald. in l. 1. C. de Arbitr. & Bart. ibi. Adde, quòd, licèt quis promiserit, poterit tamen penitere soluē do interesse, quando promisit sine pęna, l. Diē proferre, §. fin. de Arbitr. & Doct. in l. 1. C. eod. Et qualiter possit penitere, quando promisit cum pœna, vide Paul. de Æliaz. & Cardinal. in Clement. Quamdiu, de Appellat. Bald. in l. eos §. apostolos, C. de Appellat. Hoc tamen verum, nisi statutum permitteret executionem sententijs Arbitrorū, tunc enim cōpromittens non potest penitere altera parte inuita, ita not. Paul. in l. Pecuniam quā, ff. si cert. petat. & l. Qui fidem, de Transact. & valet statutum, quod sentētia Arbitri habeat executionē paratam, Paul. de Castr. in l. ait Prætor, ff. de Re Iudicat. Adde, quòd non requiritur litera ipsius Arbitri ad Magnam Curiam, vt eius sententia exequatur, tàm si esset pręsens, quàm àlibi, l. Episcopale, & ibi Bald. C. de Episcop. audienti licèt Cyn. in l. cum quædam puella, ff. de Iurisd. omn. Iud. tenuerit cētrarium, vt ibi refert Bald. & dicit Idē Bald. in l. 1. in fine, C. de cōfess. hoc verum, quando ageretur actione Iudicati, ex officio Iudicis nobilis, vt tenet etiam Bart. in l. à Diuo pio, §. sententiam, ff. de Re Iudicat. de Iure tamen est, quòd Iudex potest exequi sententiam Arbitri, l. pęn. C. de Arbitr. & cap. cum dilectus, & ibi Abb. de Arbit. & cap. Per tuas, & ibi per eumdem, in 1. not. eod. tit. Et potest contra talem executionem excipi de nullitate, vel iniquitate sentētiæ Laudi, si in promptu offertur probari, secus si altior requiritur ī dago, Rom. cōs. 141. Bald. in l. Nam postea, in fine, ff. de Iureiurand. Sententia tamen Arbitriorum nō habet executionem paratam, sed alia actione potest cogi, Bart. in l. Societatē, §. Arbitrorum, vers. Quæro vtrum, ff. Pro socio, vnde in petitione executionis Laudi debet offerri libellus, secundum Bald. in cons. 73. lib. 2. & in Additt. ad Bart. in l. ex comprommisso, ff. de Arbitris.

CAP.

CAP. CLXXX.

IBi *Locorum priuilegia*. Prout est in hac Ciuitate Cataniæ, quòd, nisi excedat 12. Augustalia, non potest ad Magnam Curiam appellari, Item in Ciuitate Agrigenti, quòd, nisi causa excedat vntias centum, non potest ad Magnam Curiam extrahi ciuis Agrigentinus, hoc tamen vltimum non est de casibus istius capituli, & ad materiam vide Bart. in l. Per hanc, C. de tempor. appellat. Quæro. Quis est condemnatus pro vna causa ad tarenos decem, & pro alia ad tarenos decem, An fiat cumulatio summarũ ne impediatur iurisdictio superioris? Dic, quòd sic, & erit ac si fuisset cõdemnatus ad viginti, Alex. conf. 113. in princip. vol. 5. vbi vide, & de ista materia vide etiam per Alex. & Ias. in l. si idem, ff. de Iurisd. omn. Iud.

CAP. CLXXXI.

IBi *Non Appellatur*. Poterit tamen intentari nullitas, licèt .n. appellatio denegetur, non tamen nullitas denegatur, Bald. in l. vnic. C. si de moment. poss. Salyc. in l. vnic. C. Ne lic. in vn. ead. caus. tert. prouoc. & Idem Bald. in l. eos, §. ne temere, C. de appellat. Alex. cons. 123. lib. 1. & cons. 47. lib. 5.

CAP. CLXXXII.

IBi *Non Iudicis ad quem*. Et in hoc exorbitat Ritus iste à regulis Iuris cõmunis, secundum quod Iudex ad quem, & non à quo cognoscit, an appellationi locus sit, cap. Non solum, & cap. Romana, de Appellat. in 6. vbi per Doct. & hoc quando est dubium, secus si notoriũ, vide ibi.

CAP. CLXXXIII.

IBi *Fuerit appellatum*. Ista appellatio debet proponi infra decem dies, computandos à die sententiæ, Auth. Hodiè, C. de Appellat. & cap. Ab eo, de appell. in 6. Sed qualiter debeat proponi tallis appellatio? Dic, quòd aut appellatur à diffinitiua, aut ab interloquutoria, primo casu appellari potest viua voce, & sine causæ expressione, secundo casu ab interloquutoria formiter cum causæ expressione, Bald. in l. 1. C. de Reb. credit. Glos. in d. Auth. Hodiè, Lanfranc.

A in cap. Quoniam contra, in verb. Interloquutoria, de Probat. Papiens. in sua Pract. in tit. de Appellat.

Ibi *Infra decem dies*. Notandum est vnum circa materiã istam, quòd terminus 50. dierum statutorum pro expeditione processus currit à die propositæ appellationis, non autem post decem dies datos ad appellandum, nisi appellatio fuerit proposita in vltimo die decem dierum, quod est in appellantis electione, vnde, si post sententiam, succumbens appellauerit primo die, ex tunc incipiunt currere B illi 50. dies, ita notat Paul. de Castr. in l. si quis hæres, de Acquir. Hæredit. secundum Glos. in cap. cùm sit Romana, extra de appellat. dicens, quòd si datur terminus decem dierum ad appellãdum, & 50. ad introducendum, quòd si est appellatum primo, vel secundo die illorum decem dierum, ex tunc currunt illi 50. dies, non expectata fine decem dierum, ita tenet Paul. de Castr. ibi, & dicit de hoc esse statutum Florentiæ, & hoc est C notandum pro multis.

Ibi *Infra Alios decem dies*. Aduerte tamen, quòd, si nec in prima, nec in secunda dilatione fuerit solutum ius processus modo, quo in hoc capitulo, non tamen per hoc erit deserta appellatio, sufficit enim soluere infra 50. dies, & quandocunque infra dictum terminum, ita not. Bald. & Ias. & Alij in l. fin. in princ. & in §. in computatione, C. de Iur. deliber.

Ibi *Sollicitare*. Nec vna sufficit Interpellatio, sed plures, secundũ Alex. cõs. D 181. col. 1. vol. 4. Bald. & Salyc. in Auth. si appellatione, & in l. fin. C. de tempor. appellat. ita quòd ex diuersis tẽporibus, plura enim eodem tẽpore facta pro vno reputantur, l. Illud, §. fin. ff. Ad leg. Aquil. Andr. in Constitut. Appellationum tempora, de Appellat.

Ibi *Vt exinde*. Hoc sumitur à d. Constitut. Appellationum tempora, & quòd originalis processus dari nõ debet, l. eos, E §. super, C. de Appellat. l. 2. C. vt lit. pẽdent. de iure tamen dies ad præsentandum processum ad Iudicem ad quem nõ erant taxati, sed erant arbitrio Iudicis à quo, l. 1. §. fin. C. de Appellat. & l. 1. §. fin. ff. de Libell. dimissor. Et Nota, quòd ex isto verbo, *Exinde*, infertur, quòd processus possit presentari post 50. dies, dũmodo modicè post, & ita seruatur, sed d. Constitutio, Appellationum tempora statuit, & extendit istum terminum 50. dierum, etiam ad præsentationem, expeditio tamen processus debet fieri infra 50. dies,

50. dies, aliàs appellatio erit deserta. Ibi *Alio iusto impedimento*. Et ista impedimenta possunt contingere pluribus modis, vt infirmitate, paupertate, & alijs de quibus p Abb. post Alios in cap. ex ratione, de appellat. & in Auth. ei qui, C. de temporib. appellat. vbi vide per omnes. Sed An debeat talis impeditus protestari de tali impedimēto, Glos. in verb. proposita, in cap. Cupientes, §. quòd si per viginti, de elect. in 6. & in cap. 1. & cap. Plerunque, de Rescript. dicit, quòd, si quis est impeditus aliquid facere in termino sibi statuto, debet de ipso Impedimento protestari, vide omnino Ias. in l. Properandum, §. fin autem alterutra, C. de Iudit. Andr. in d. Constitut. Appellationum tempora, Alex. cons. 69. vol. 7. Sed pone, ad materiam appellationis, quòd si appellans fuit impeditus facto Principis, vt quia notificauit ipsi Principi de appellatione, & petijt Iudicem ad quem, & ipse Princeps recusauit, vel distulit in dando, quod facere tenetur ipse appellans, scilicet notificare ipsi Principi appellationem, & ab eo Iudicem petere secundum Glos. approbatam per Bart. Salyc. Raff. & communiter omnes in Auth. Sed & lis, C. de Tempor. appellat. quam sequitur Alex. cons. 114. vol. 5. An teneatur de tali impedimento protestari? Dic, quòd sic, secundum Imol. in d. cap. cupientes. §. quod si per viginti, de election. in 6. qui dicit obtinuisse, & not. Bart. in l. 1. §. dies, quand. appel. sit, Ant. de Butr. in d. c. ex ratione, cap. fin. de Appel. quos refert, & sequit. Alex. in d. cons. 114. & faciunt not. in d. §. quòd si per viginti, alias appellatio erit deserta, secundum eos, Iason autem tenet contrarium, in d. l. properandum, §. fin autem alterutra, quem omnino vide, & vide etiam Andr. in d. Constitut. appellationum tempora, & Afflict. decis. 29. 50. & 289. Sed pone, quòd pauper non prosequitur appellationem propter paupertatē, an talis paupertas sit sufficiens causa sibi dandi biennium? Dic, quòd sic, vt not. in d. cap. ex ratione, tenet Bald. in l. 2. §. si quis, ff. si quis caution. refert, & sequitur Philipp. Franc. in cap. significātibus, de offic. & potest. Iud. ord. Guid. Pap. decis. 213. Sed quæro, an impeditus propter paupertatem in non faciēdo copiare processum, teneatur de isto impedimēto protestari, vel excusetur à protestatione propter paupertatem? Vide quæ scribuntur hic in alio comento.

Ibi *Fuerit negligens*. Credo per prædicta, quòd appellans teneatur protestari de tali negligentia Magistri Notarij, & tutius faceret.

Ibi *Parti appellanti*. Quid, si appellans fuerit negligens in præmissis non totaliter, sed quia voluit expectare, & & se arctare ad finem istius termini dierū 50. An pars appellata possit petere à Iudice ipsi appellanti statui terminum breuiorem? Dic, quòd sic, & eo elapso poterit fieri executio, ita notab. dicit Glos. in cap. Cum sit Romana, extra de appellation. & hoc dicit esse remediū, & cautelam, Glos. in verb. tempora in d. Constitut. appellat. tempora, sed pone, quòd appellans præsentauerit processum post terminum hic, & in d. Constitut. Appellationum tempora statutum, & pars appellata se contentauerit, An hoc sufficiat? Vide Andr. in d. Constitut. appellationum tempora.

Ibi *Vel non apportauerit literas*. Has literas debet appellans petere instanter, vt dicit Isern. in d. Constit. appellationū tempora. Et nota, quòd per istam dictionem, *vel*, videtur inferri, quòd sufficiat alterum istorum non fieri, vt appellatio habeatur pro deserta, pro quo vide DD. in l. Pediculos, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. & l. cum quidam, in fine C. de verb. signif. Bart. in l. si quis ita, in fine, ff. de auro, & argent. legat. de Iure autem sufficiebat aduersarium habere notitiam de præsentatione processus, Rom. cons. 330. nu. 2. Aduerte, quòd operantur in tantum huiusmodi literæ de pręsentatione processus vltra effectum supradictum, quòd Iudex à quo potest suam sentētiam executioni mandare, ipsis non apportatis, secundum Roman. Singul. 162. & Feder. de Senis in cons. 27. & Anton. de Butrig. in cap. ex insinuatione, de appellation. adde Præposit. in cap. Personas eod. tit. vers. quando tempus ad præsentandum col. 2. & ibi Dec. col. 5. in vers. quartus casus. Vnum etiam subsequēter est notandum, quòd, si Iudex ad quem, deserta appellatione, Iudicauerit super meritis, sententia erit nulla, tanquam lata à Iudice non suo, l. pen. vbi Glos. & communiter Doct. de appellat. Hostiens. in cap. ex ratione, eod. tit. Bald. in l. scimus, & in Auth. ei qui, & ibi Salyc. C. de tempor. appellat. Alex. d. cons. 114. vol. 5.

Ibi *De citanda parte*. Quid, si apportauerit huiusmodi literas, non tamen fecit partem citari, An appellatio habeatur pro deserta? Videtur, quòd sic, quia instare,

instare, & prosequi tenetur appellationẽ ipsam, pro quo faciunt not. per Andr. in d. Constitut. appellationum tempora, & Bart. in l. cum anterioribus, §. in his, C. de tempor. appellat. & in Auth. de Iudicibus, §. appellationes, cotrarium fuit decisum per Magnam Curium, ex quo enim processus reperitur pręsentatus infra 50. dies, & sunt habite literę citatoriales cum clausula de citãda parte, quòd effectus istarum literarũ per dies 50. durat, vt videtur per cap. Ritus supra, & non dicitur appellatio deserta, licèt infra 50. dies non fecerit citari partem, sed tãtum diceretur deserta post 50. dies, cùm pereat effectus ipsarum literarum, quia tunc perinde erit, ac si minime habuisset dictas literas, vide tex. in Clement. 1. de appellat. in fine, ex quo debet parti appellatę notificare de ipsa appellatione, & presentatione processus.

CAP. CLXXXIV.

IBi *Non transeant in hermodiciũ*. Quæro an istud idem obseruetur in Curia S.R.C. cùm Maior sit Regia Curia? Multi tenent, quòd sic, à maioritate rationis, vt per not. in Auth. Multo magis, C. de Sacrosanct. Eccles. & l. Quod constitutũ, ff. de Milit. testam. & ibi Bart. Contrarium tamen est verius, quia priuilegium concessum inferiori non procedit in maiore. Bart. in l. Præcipimus, & l. à Proconsulibus, C. de appellat. Azo in summ. in Rubr. de Temporib. appellat. ante finem, & §. Ad hæc, in Auth. de appellat. Aduerte, quòd istud, quod disponitur p istud cap. est Iuri cõmuni cõtrariũ, cùm de Iure communi, licèt quis concluserit causam, & permiсtat labi Instantiam, causa dicatur deserta, l. fin. §. illud de tẽporib. appellat. & clement. appellationi, de Appellat. & per hoc istud cap. non procedit in S. R. C. quia est correctoriũ Iuris, & non debet extendi, d.l. Præcipimus supra allegat. & dicit Bart. in l. si constante, ff. solut. matrim. vide Dec. super Rubr. de Appellat. & colligit Bart. in l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. est tex. in clement. siue appellanti, de appellat. in hoc tamen cap. sto consuetudini, arg. l. Minime, & l. de interpretatione, ff. de Leg. & tex. in l. Testium, §. fin. ff. de Testib. & nota, quòd hermodiciũ dicitur ab heremo, quod est desertio, Bald. in l. & post ędictum, §. fin. ff. de Iudit. Adde, quòd de iure cõmuni causæ apppellationũ trãseunt in hermodicium post annum, & ex causa durat per biennium eorum instantia, & aliquando vsque ad triennium, saltem via restitutionis, vt est tex. in Auth. Ei qui, C. de tẽpor. appellat. & ibi Bart. Bald. & omnes, & est etiam tex. & ibi Abb. in cap. ex ratione, de Appellat. in quibus locis etiam habes quæ sit iusta causa Impedimenti, vt concedatur biennium, vel triennium, & ita seruatur in Curijs. Nota, quòd etiam seruatur in Magna Curia, vt si executio infra annum nõ habuerit effectum, debet iterum fieri, sed cum primis expẽsis, & sic iterum non soluitur ratio executionis.

CAP. CLXXXV.

IBi *Primi decreti*. Vide Bald. in l. consentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. in fine, qui tenet quòd effectus primi decreti non perit lapsu termini, quia exequutio non habet instantiam, pro quo vide Bart. in l. Cum proponas, post Glos. quæ dicit, quòd effectus primi decreti durat anno, C. de Bon. auth. Iud. possid. vide etiam in l. fin. C. eod. Sed aliter seruatur in Magna Curia, vt supradictũ est. Quæro, An, missus in possessionem ex primo decreto, possit alienare, & An primum decretum faciat rem litigiosam, Vide l. 2. & ibi Bald. C. de Litigios. sed Bart. limitat in l. si finita, §. Iulianus, & §. si quis mętu, ff. de damn. infect. & in in l. Si quis missum §. Iudex, eod. tit. Dic, quòd, res possessa vigore primi decreti non potest grauari, sed si sit talis, quæ seruari non potest, venditur, & pecunia sequestratur. Sed qualiter formabitur primum decretum pro re, quam Actor detinet, vide Bart. in l. si proprietarius, ff. de damno infect. & d. l. si finita, §. Iulianus.

CAP. CLXXXVI.

IBi *Secundum decretum*. Vide Glos. Bart. & omnes, in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & l. Debitoribus, & l. post rem, ff. de Re Iudic. & ibi Alex. vbi etiam dicitur, quod habet executionem paratam, sicut sententia. Sed An secundum decretum possit interponi, nõ precedente primo decreto? Dic, quòd sic, quando primum decretum fuit interpositum super certis bonis non sufficientibus, quia pro illis, & residuo potest deueniri ad secundum decretum, per tex. & ibi Bart. & omnes, in l. cum vnus, §. fin. ff. de bon. auth. Iud. possid. & in Alijs casibus, de quibus per Doct. ibi.

K CAP.

CAP. CLXXXVII.

IBi *Per Vicereges*. Istud est diu obtentum, & obseruatum per Vicereges, Idem per Gubernatorem Cameræ, & aliorum Magistratuum, vbi hoc aciderit, parem enim potestatem habēt in eorum camera, & communitatibus, quam habent Vicereges in Regno Siciliæ, statutum enim, loquens de vno officiali, habet locum in subofficiali, secundum Bar. & Bald. in l. ex. facto. ff. de negot. gest. & in l. 2. §. & quidem, ff. de Testamen. milit.

CAP. CLXXXVIII.

IBi *Supplicans admittitur*. Et sic per ista verba impeditur processus, Bart. in l. cum lex, ff de Fideiuss. Bald. in l. non dubium. q. vlt. C. de Legib.

Ibi *Nisi pars prius debitum soluerit*. Quid, si fuerit concessa, & audita reuisio, non facto deposito debiti, & ex pensarum solutione, putà quia pars non curauit petere ante sententiam, An processus, vel sententia erit nulla, vide Paul. de Castr. in l. Pęto, §. fratre, in fine ff. de Legat. 2. Bart. in l. vniuersa, C. de Præcib. Imperat. offer. Angel. in l venditioni, C. de vsucap. pro emptor. Bald. in q. per eum disputata, Incip. statuto cauetur. Quid, si fiat solutio, pendente lite reuisionis, An Acta validabuntur, etiam ante solutionem facta? Dic, quòd sic, vt Bart. in simili in l. Per diuersas, C. Mandat. Doct. in cap. in literis, & cap. literas, de Restitut. spoliat.

Ibi *Soluerit*. Scilicet manualiter, vt in pecunia, non autem dando pignora, quia aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest, l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. vide Ias. consi. 9. nu. 25. lib. 1. Quid, si creditor velit pignus habere? Dic, quòd intelligitur soluisse, & habetur pro soluto, Bart. in l. solutionibus, & ibi Angel. de solution. & Angel. in l. soluta, eod. tit. Glos. in l. vel soluti, ff de verb. signific. & de hoc est textus expressus in l. Item liberatus, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu. vbi dicit Bart. quòd Imò etiam nō satisfacit per depositum huic statuto, & ita seruatur, & facit pro hoc, quia istud statutum requirit solutionem, & sic propriam, & non impropriam. Sed quæro, an petens reuisionem, possit opponere compensationem aliarum expensarum, quas habet taxatas, & verificatas in Alio Iuditio? Dic, quòd sic, quia, qui compensat, soluit, l. fin. de Compensat. & ita seruatur.

A Ibi *Possidere bona*. Et sic per ista verba videtur dicendum, quòd possit soluere in bonis, contrarium tamen est veritas, cùm aliud pro alio, Inuito creditore, solui non possit, l. 2. §. 1. ff. si cert. petat. & dixi supra proximè in præcedēti Glossa, & non potest sumi argumentum à contrario sensu, quando sequitur absurdum, vel legum correctio, per tex. in d. l. 2. sed, si in sensu directo statutum nihil operaretur, tunc est sumendum argumentū à contrario sensu, vt dicit Iason in l. 1. ff.

B de offic. eius, cui mandat. est Iurisdict. Doct. in Auth. Diaconissā, C. de Episc. & cleric. & Auth. Quæ supplicatio, C. de Præcib. Imperat. offer. & ad materiā vide Glos. in l. vnic. C. de sent. præfect. Præt. & de obseruantia Magnæ Curiæ, & quòd sufficit infra biēnium supplicare, vide Paul. de Castr. In d. Auth. Quæ supplicatio. Adde, quòd causa oppositoria non reuidetur, nisi excedat summam vntiarū quinque, vt supra in cap. 118. Incip. si vero executio fuerit facta.

C Ibi *Velit stare carceratus*. Et sic qui non habet in ęre, luit in corpore, l. si quid id, ff. de iurisd. omn. Iud. Quæro, quid si esset mulier, quæ reuisionem petit, & non haberet vnde solueret, an debeat stare carcerata? Dic, quòd sic, licèt de Iure pro causa ciuili nō possit carcerari, Auth. Hodie nouo Iure C. de Custod. reor. & not. Bart. in l. Qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3.

Ibi *Non excareeretur*. Quid, si vellet cedere bonis, An debeat excarcerari?

D Iste casus non deciditur hic, remanet ergo in dispositione Iuris communis, quo casu debet excarcerari, l. fin. C. Qui bon. ceder. poss.

CAP. CLXXXIX.

IBi *Post mortem viri*. Regulariter post post mortem viri debētur vsuræ, vide Innoc. in cap. salubriter, de vsuris, tamē in Auth. ei qui, C. de Bon. auth. Iud. possid. tenet etiam, quòd post annum soluto matrimonio debenrur vsuræ, & interusuria, tamen vide Ias. post Alios in §. fuerat, Institut. de Actionib.

E

Ibi *Quicunque*. Vide Bald. in l. fin. C. de Iur. dot. qui tenet, quòd considerantur ad rationem de decem pro centenario, & Bart. in l. Titia, ff. de verb. oblig. circa medium, cum allegat. in l. fin. C. de Sponsal. & nota, quod hæres habet annū post mortem testatoris ad restituendum bona dotalia mobilia, & tenetur alere mulierem, si non habet vnde viuere possit, vt

fit, vt vult Paul. & Iaf. in l. Diuortio, ff. A solut. matrim. Alex. & Iaf. in l. de Alimentis, C. de Transact.

CAP. CXC.

IBi *Occultauerit bona*. Idem de Iure communi, etiam si dissipauerit in fraudẽ creditorũ, l. Fulcinius, ff. de ijs qu. in in fraud. cred. Salyc. plenè in l. 1. C. de cess. bonor. & §. præterea, Institut. de Actionib. maximè Ang. & Iaf. ibi. Idem, si sciebat se non esse soluendo, cum contraxit, l. pen. ff. de Iur. dotium, & Bart. in l. Alia, §. eleganter, ff. solut. matrim. B

Ibi *Tenetur iurare de soluendo*. De iure est, quod tenetur Idoneè cauere, & si non potest, tenetur Iurare, & sufficit cautio Iuratoria, vt Doct. not. & maxime Aret. in d. l. Alia §. eleganter, & l. 1. C. de cession. Bonor. Iaf. in d. §. præterea, Institut. de Actionib. Quæro, an huic benefitio cessionis bonorum possit renuntiari, & an talis renuntiatio teneat, si fuerit Iuratum? vide Doct. & quod ibi not. Glos. in d. l. alia, §. eleganter, & cõmunis opinio est, quod, si fuerit Iurata, C valet, tamẽ istam questionem tangit Bar. In Auth. Imò, C. de Actionib. & oblig. & se remictit ad istam Glossam, contraria est opinio Canonistarum, in cap. 2. de Pignor. quòd non possit renuntiari, & in cap. Odoardus, de solution. Imol. in cap. cum contingat, de Iur. Iurand. Fider. de Sen. cons. 60. & Dom. de Rot. in decis. 27. in antiquiorib. & 566. in antiquis, etiam quòd firmetur Iuramento, ita tenet Abb. in cõs. 421. vol. 2. de quo per Doct. in §. fin. Institut. de Actionib. & D. Mar. D in cap. si diligenti, de for. compet. Quæro etiam, an ista cessio liberet à carceribus, Dic, quòd sic, l. 1. de cession. bonor. & an cõtra fiscum possit cedi bonis, Dic, vt notatur in l. Nemo, C. de exactor. tribut. lib. 10. §. Item si quis, vbi Glos. & Nicol. de Neapoli, Institut. de Societ. Sed an cedẽs bonis debeat remanere nudus, Dic, vt in l. pen. C. de cession. bonor. & Doct. in d. §. præterea, Instit. de Actionib. An, cedens bonis, pendente lite in actione Iniuriarum, possit ipsam litẽ E prosequi, Dic, quòd non, vide decis. Tholos. 249. 28. 134. 136. & 249. Sed an possit agere, vel cõueniri pro bonis, quæ antea habebat, Dic, ꝙ nõ, l. Itẽ si vnus. in princ. ff. de Recept. Arbitr. Decis. Tholos. 136.

Ibi *Deducto tamen ne egeat*. Quod cõcordat cum Iure cõi, l. is qui bonis, *la* 2. ff. de cess. bon. & in locis supra allegatis.

Ibi *Nisi citata parte*. Ita obseruatur, & solet incusari contumacia creditorum citatorum, & per illum diem, in quo incusatur contumacia, non potest fieri illa cessio, sed in alio regimine.

Ibi *Magistratui illius loci*. Nota, quòd quilibet Magistratus potest cessionem bonorum concedere, secundum Glos. in l. fin. de cession. bonor.

CAP. CXCI.

IBi *Si aliquis*. An Aduocatus debeat habere salarium pro suo itinere, Dic, quòd sic, arg. eius quod dicit Bar. de Medico, in l. suo victu, ff. de oper. libert.

CAP. CXCII.

IBi *Vendenti*. An hoc dictum de venditione extendatur ad permutationẽ, Dic, quòd nõ, quia statutum istud debet strictè intelligi, quia est contra leges, vt dicit Bald. in Auth. Imò, C. de Action. & obligat. Idem, si esset lex corrigens aliã legem, secundũ Bart. in l. 2. ff. qui potior. in pign. hab. nec equiparantur, Imò differunt, l. 1. C. de Fund. Patrim. lib. 11. Sed notãdũ est, quòd, licèt creditor trãsferat dñium in debitorẽ, & res appareat, nõ tñ prodest illa dñij trãslatio alijs creditoribus ipsius debitoris l. si ventri, §. in bonis, ff. de Priuil. cred. sm Bal. in l. incendiũ, C. si cert. pet. & in l. quidã, ff. de In rẽ vers. vbi est de hoc casus notabilis, & l. Procuratoris, §. pen. ff. de Tribut. action.

Ibi *Si non reseruauerit in contractu*. Quid, si reseruauerit, An plus operetur? Dic, quòd tale pactũ, in cõtractu appositũ, adeò rẽ venditã afficit, vt possit auferri à quolibet possessore, & successore, tex. est, in l. si Titius, & ibi Doct. de seru. exportand. & etiã propria authoritate, per l. preallegat. & l. 3. C. de Pignor. arg. eorũ, quę notantur in l. si ex stipulatione, & ibi Alex. & Iaf. ff. de acquir. possess. & concludit ipse Alex. in l. Qui absenti, §. si quis, in vlt. col. vers. sed An in casibus, ff. eod. tit. & per Glos. in Auth. vt de cet. cõmutat. super verb. licentiã damus, & ibi per Ang. Imo plus habet vis talis reseruatio, quòd creditor potest se dirigere contra tertiũ possessorẽ, non discussis bonis principalis, talis enim reseruatio rescindit illum contractum venditionis sequentis, l. si Titius, & l. si quis fundum, ff. de contrah. emption. & plenissimè per Glos. & Bart. in l. creditores, C. de Pignorib. & eundem effectũ operatur pactum, per quod voluit creditor, quòd res sua vendita, sit specialiter sibi obligata pro prætio, quia non potest alienari, secundum Bart. in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pignor. & l. ea lege, & ibi Angel. C. de condict. ob cauf. & l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & per Doct. in d. l. Qui absenti, & vide remissiuè Paul.

K 2 de Castr.

de Castr. in l. fin. C. de reb. alien. nõ alien. In fine. Adde aliam notabilem cauthelã, per quam poteris cõtra quoscunque tertios possessores agere in bonis debitoris tui, non facta bonorum discussione ipsius principalis, quàm ponit Cępoll. Verron. In Tract. cauthel. cauthel. 4. & ipsam dicit in omnibus contractibus apponendã. Adde etiam, quòd iste reseruans recuperat possessionem rei, etiam si apud mille manus iuerit, vt est tex. & Gl. in l. qui vniuersas, §. fin. ff. de acquir. possess. Bar. conf. 58. Incip. exthemate prædict. lib. 1. Vnũ tamẽ nõ omittã, quòd si in cõtractu vẽditionis esset dictũ p̃ venditorẽ, vẽdo tibi sine potestate alienandi, idest quod nõ alienes, talia verba sapiũt manus iniectionẽ, secũdũ Bald. in vsib. feud. in cap. 1. §. hoc loco in 4. col. in tit. de succes. feud. Sed pone sunt plures creditores, Alij posteriores, alij anteriores, posteriores currunt cõtra debitorem, vel hæredẽ, & accipiũt in solutũ omnia eius bona pro debito, postea veniunt anteriores, reperto debitore nõ soluẽdo, an possint agere cõtra illos actione hypothecaria, & maximè pro rebus nondũ vẽditis, vel ad pecuniã, quę puenit ex pretio bonorũ vẽditorum? Dic, quòd sic, casus est rotũdus in l. fin. §. & si præfatã, ibi *Per conditionẽ ex lege*, & ibi Gl. Paul. de Castr. Alex. & Ias. C. de Iur. delib. & ad hoc vide quæ supra dixi in cap. 113. Incip. Itẽ quod diximus.

Ibi *Ad illam rem emendam specificè*. Quid si pecunia nõ esset data specificè ad rẽ emẽdã, tamen constat, quòd ex illa res fuerit empta? Dic, quòd hoc casu nõ est alijs creditoribus præferendus in re illa, vt sẽtit Ritus iste, & tenet Paul. de Castr. in l. Procuratoris, §. si plures, ff. de Trib. action. facit l. 1. §. item si plures agant, ff. de in rem vers. de Iure tamen esset fortè contrarium, vt l. 1. §. non autem, vers. quod si ab initio, vbi Bart. ff. de exercit. act. vbi, quòd idem est ab initio, pro aliqua causa dari, vel ex post facto In eadẽ consumi, l. licèt, C. qui potior. in pign. hab. Sed An præsumatur res empta ex illa pecunia, & maximè si debitor iuraret emisse ex illa, Dic, vt in l. fin. per Glos. & Doct. C. de Pignor. & Bart. in l. Imperator, §. fin. ff. de legat. 2. & l. fin. in fine, C. Ad Senatus. Maced. & l. pen. vbi Bart. Bald. & Angel. C. de Donat. vide etiam Bart. in l. Aristo, ff. Quæ res pign. vel hypoth. oblig. poss.

CAP. CXCIII.

DE Promictẽte de Ratho, vide Abb. in cap. Gẽma, de Sponsal. col. pęn.

A

B

C

D

E

CAP. CXCIV.

IBi *Ius Prothomiseos*. Constitutio ista non fuit incorporata in Cõstitut. Regni, tamen est situata in corpore, & volumine Constit. & est Constit. Regis Friderici Imperat. Incip. Sancimus amodò in antea, fol. mihi 371. & omnia capitula istius Ritus super iure prothomiseos, seu iure congrui sunt extracta ab illa Const. & Adde ad istud cap. & ad materiã Spec. in tit. de empt. §. 1. Sed quæro, an ista capitula iuris Prothomiseos, ligẽt clericos, ita quod debeant inter eos seruari, vide Bald. in l. circa, ff. de Hæred. b. instituẽd. Abb. in cap. Constitutus, de Restit. in integr. qui dicit, quòd sic, per illum tex. Et quòd clerici tenentur seruare ad instar laicorũ in recuperatione, vide notata in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. possess. & per ea, quæ dicit Bal. in l. Iurisgẽtiũ, §. fin. ff. de Pact. Idẽ tenet Cassan. in Consuet. Burgund. in tit. de Retract. & Adde, quòd statutũ, cõcedens facultatẽ retrahẽdi vicino, vel consorti, non videtur habere locũ si fiat alienatio nõ pretio, sed alio modo vt putà per dationẽ in solutũ vt p̃ Dec. in cõs. 16. Sed distingue vt p̃ Ferd. Loaz. in §. Diui, quia intelligitur de datione insolutum valida, & vera, Paul. de Castr. in conf. 1. & conf. 74. Incip. in causa mota p̃ Dominã Dorotheã, part. 2. Quæ cõsilia sunt relata in cõsuet. Paris. car. 52. & an habeat locũ quãdo extat pactũ de retrouẽdendo, vide Paul. de Castr. in d. conf. 1. & d. cõs. 74. & nota, quòd dicitur dari in solutũ, quando datur à spõte soluẽte, & ratio est, quia datio in solutũ est similis emptioni, & vẽditioni, vt habetur in l. elegãter, ff. de Pignorat. act. Sed hęc ratio procedit, quãdo datur species pro pecunia, sed aliud, quando datur species pro specie, quia tũc potius debet dici permutatio, & tũc est dubiũ, an procedat Rit. iste, vide Ias. in l. fin. C. de Iur. emphiteot. & not. in l. libera C. de sẽtẽt. & interloquut. Sed an iste Ritus procedat in adiudicatione Iuditiali, vide Alex. conf. 52. vol. 1. vbi dicit, quòd non, & ita seruatũ, & vide Alber. in Tract. staut. p. 1. q. 88. incip. suppositio statuto prædicto.

CAP. CXCV.

IBi *Consanguineus, seu vicinus*. Pone, quòd simul cõcurrant, cosanguineus, & vicinus, quis pręferẽdus? Dic, consanguineus quam vicinus, cùm fortius sit Ius sanguinis, quàm vicinitatis, Itẽ, quid quãdo nõ apparet clarè de mẽte statuẽtis, recurritũ ad ordinẽ scripturæ, & secundũ eã interpretatũ, cũ ergo hic prius vocẽtur, & nominentũ cõsanguinei, ergo &c. Bart. & Bald. in

Bald. in l. 2. §. prius, ff. de vulg. & pupill. & clarè patet ex dicta Constitut. Iuris congrui, & vide Caff. in Cōst. Burgūd. in tit. de Retract. §. 8. Glos. 2. & quæ remissiuè scripsi ad d. quæst. Alber. & vide etiā Iaf. in l. stipulationes nō diuidūtur, n. 21. circa fin. vbi allegat Petr. de Besut. Sed pone, quòd vir vēdidit fundū dotale cōsēsu vxoris, an proximior vxoris possit admitti? vide Alber. in prim. part. statut. q. 98. lib. 1. qui determinat, quòd nō, quia ipsa vxor nō dr̄ vēdidisse. Sed quęro an possit tale Ius sanguinis cedi? Dic, quod nō, per not. in l. Ad officiū, & ibi Doct. maximè Bald. C. commun. diuid. quem omnino vide, & vide etiam infra cap. 101.

CAP. CXCVI.

IBi *Iustæ etiam expensæ*. Sed qualiter probabuntur istę expensæ? Glossa est Sing. in l. vnic. C. de sumpt. recup. lib. 10. quę tenet, q̄ Sacramēto partis taxātur, & ita dicit sēper repeti sūptus, Bar. tñ distīguit, in l. scimus, C. de Iur. deliber. q̄, aut expēsę sūt modicæ, aut magnę, primo casu pcedit dictū Glossæ, secū do casu pbātur testibus, vide Glos. in l. 3. C. de Adm. tutor. Sed pone, q̄ aliquis fecit expēsas in reficiendo, an tales expensæ cōsiderandæ sint sm̄ exbursatā pecuniā, an sm̄ valorem ædifitij melius meliorati, vide tex. & ibi Bart. Alex. & Iaf. in l. domus, ff. de Leg. 1. & tex. in l. Intra vtile, §. vēdētibus, ff. de Minor. Sed an veniāt istæ expēsę soluēdę p recuperātē, sm̄ valorē, qui erat tpe, quo facta fuerunt ędificia, seu refectiones, an vero sm̄ valorē, quo sūt tpe recuperationis? Dic, quòd attēditur tēpus facti ędificij, seu refectionis, tex. est in l. si quid, §. sicut aūt, ff. de petit. hæredit. & tex. magistral. & Glos. in l. In fundo, ff. de reiuēdicat. ibi, *& si plus pretij fundo accessit*, & l. sūptus, ff. eod. tit. l. Diuortio, §. sin dū, ff. solut. matr. d. l. Intra vtile, §. vēdētibus, ff. de Minor. nec obstat l. euicta, *la* 2. ff. de euictiō. qa ibi fit petitio sub nomine interesse, nō aūt sub nomine expēsarū.

CAP. CXCVII.

IBi *Necessarias expensas*. Adde Alber. in prim. par. statut. q. 96. Sed quæro, an talis recuperās recuperet cū fructib. vide Alber. in d. q. & in d. l. Intra vtile, §. in vēdētibus, q̄ tenet, qd̄ nō, quia nō petijt qd̄ suū erat, vel authoris sui, qa agit ex statuto, vel cōsuetudine, ex qua oritur actio psonalis, Inst. de Act. §. sic itaq; & pro hoc facit l. mulier, §. si hęres, ff. Ad Trebell. & ita dicit tenuisse Vltramont. & not. Petr. in l. vinū, ff. si cert. pet. quē refert, & sequitur Alber. vbi sup. q. 97. Et ad illā materiā, & quęstionē vide not. p Alex. subtiliter ī

A l. si filius familias, §. cū fundum, ff. de verb. oblig. & tex. in l. fin. §. fructus, ff. de his quæ in fraud. credit. & Alber. in d. q. 97.

CAP. CXCVIII.

IBi *Statur iuramento*. Quid si pars non vult stare iuramēto huiusmodi, sed vult oppositū probare, An possit? Dic, quòd sic, prout not. Alex. & Doct. in l. qui bona, §. qui damni, ff. de damn. infect.

CAP. CXCIX.

IBi *Via publica*. Tūc .n. nō dr̄ esse vicinitas, sed collateralitas, Cępoll. de Ser-
B uitut. rustic. prędior. in cap. de Seruit. viæ cōcludit Bart. in l. 4. §. hoc iuditiū, ff. Fin. regūd. & ibi notāt. Sed quid, si sit flumen intermediū? Dic, vt not. Bar. in 3. opposit. in l. si tertius, ff. de Aq. pluu. arcend. tamen de Iure est quòd via publica nō habeat impedire ius coherētiæ, vt dicit Iaf. in §. riparum Institut. de Rer. diuision.

CAP. CC.

IBi *Pro maiori parte*. Quid si vendit illi, qui habet prædiū pro minori parte cōtiguum, an habēs pro maiori parte admi-
C ttāt ad recuperādū? vide Ancha. cōs. 160. & P. de Castr. cōs. 221. Itē, quid si vēdidit rē cōem socio, an cōsanguineus admittāt cōtra illū sociū ad recuperādū? vide Anchar. ī d. cōs. 160. Quid, si essēt Duo ęque vicini, qualiter cōcurrāt? Dic, vt p Bart. in l. si super, ff. de acquir. rer. dom. Ludo. in l. eam domū, C. de Appell. Sed quæro quis appelletur vicinus? Dic, vt per Bart. in d. l. si tertius, ff. de Aq. pluu. arcend.

Ibi *Cōtiguitatē*. Impropriè dr̄ cōtiguitas, domus .n. vicinę, nō cōtiguæ dicunt,
D l. sed, & loci, ff. Finiū regund. & ibi Bart. sed de natura istius dictionis cōtigui, vide Iaf. in l. continuus, ff. de verb. obligat.

CAP. CCI.

IBi *Taceant*. Quid, si sciūt vēditionē fieri, & nō protestantur, an possint postea recuperare? Dic, q̄ nō, vide Paul. de Cast. in l. 1. ff. Ad Trebel. quē refert Gugliel. de Cun. in l. 1. ff. de Tribut. act. Sed quęro, vicinus cōparet pro recuperatione, cōsanguineis absētibus, & habita rei possessio-
E ne, sequēti die in termino cōparet cōsanguineus, & vult pferri, qd̄ tēpus debet inspici, vt qs videat tacere? Dic, q̄ tēpus litis cōtestationis, & nō sētētię, ità Bar. ī l. si pluribus, ff. de leg. 1. p tex. in l. ex duob. *la* 2. ff. de duob. reis, & l. fideicōmissa §. interdū, ff. de leg. 3. & sic non potest remoueri vicinus p cōsanguineū, Ista quæstio aliter deciditur per istum Ritū, non enim sufficit præoccupasse, & preuenisse, sed requiritur, quòd detur dilatio consanguineo per vicinum, vt dicit iste Ritus, quod non est in quæstione proposita.

Ibi *Agnoscēti accrescit*. Idē tenet Afflict. A de iure cōgrui, seu Prothomiseos, col. 17. ꝑ tex. in l. vnic. C. Quād. nō pet. par. & ibi decidit quęstionē sequ. Quęro, an tale Ius possit cedi, istā quæstionē examinat Affl. vbi supra, & distinguit, ꝙ, aut cędit in alterū habentē ius recuperādi, sed fortè in remotiori gradu est, & tūc non est dubiū quod possit, & hoc nō ratione cessionis, sed causa cōsanguinitatis, vel vicinitatis, quæ reperitur in cessionario, aut cędit extraneo, nullā causā, vel ius habenti, & tūc nō potest, quia istud Ius cōgrui est ꝑ- B sonale, & nullo modo potest cędi absque re ipsa, causā dāte, & sic nisi pars, seu res vicina sit, cui cædatur, vt dr̄ in seruitute merè reali, vt l. Pecoris, ff. de Seru. rustic. prędior. Hāc sententiā videtur tenere Afflict. in d. Const. Sancimus, 2. col. vers. an Ius ꝓthomiseos vide etiā Alber. d. tract. q. 89. & Paul. de Castr. cons. 1. part. 2. Sed Quid, si esset Ius personale, vt quia esset introductū ratione sanguinis? tunc dicit ipse, quòd ratio statuti facit ne exeat de genere cedēdo, exire namque nō potest, C alleg. tex. in l. cum pater, §. libertis, ff. de Leg. 2. l. dudum C. de cōtrah. emption. Canonist. in cap. Constitutus, de Restit. in integr. adde Bald. in l. officiū, C. commun. diuidund. vbi idem tenet ratione prædicta, & quia petmisum vni ratione personæ ex statuto, non extenditur ad aliū, vidi etiam Doct. vbi supra proximè.

Ibi *Currat ..trique*. Vide not. in l. fin. C. qui pet. tut. & Salyc. in l. cōtra maiores, C. de inofficios. testam. l. 2. ff. Ad Senatus. Tertull. Bald. in l. Nepotibus, C. D Qui pet. Tutor. Sed qualiter cōsulatur remotiori cōsanguineo, si proximior defecit, seu differt recuperare, vide Alber. in prim. part. statutor. q. 90.

CAP. CCII.

IBi *Locis Regni*. Et sic nota, ꝙ exteri à Regno nō admictūtur, licèt sint cōsanguinei, vel vicini, & sic intellige ī Regnicola, si vult recuperare virtute istius Rit. secus si vellet recuperare virtute cōsuetudinis alicuius loci, nā si esset extraneus E à loco illo, licèt sit Regnicola, nō admictitur vt in simili dicit Bal. in cap. ex parte, col. 2. de Testib. quem sequit̄ Ias. in l. si fideiussor, §. 1. ff. qui satisd. cogāt. vbi dr̄, ꝙ, si statuto caueť, ꝙ quilibet possit accusare, intellig ī q̄libet. de populo statuentiū, nō de extraneo populi, & hęc faciunt ad primū dictū istius Glossæ. Sed pone, ꝙ vicinus, cui cōpetebat Ius cōgrui, egit pro recuperatione, & antequā obtineret, fuit mortuus, relictis pluribus hæredibus, An tale Ius trāseat ad hæredes? & videť dicē- dū ꝙ nō, qa, qđ nō est cessibile, nō est trāsmissibile, l. ex pluribus, ff. de Admin. tut. Bald. ī l. Per diuersas, C. Mādat. In cōtrariū videť, qa in hęredes trāseūt actiones, l. vnic. C. vt actio. ab hæredib. & cōtra hęred. Imò hæres debet vti iure defuncti, etiā si sit priuilegiatus, l. cū qdā, & §. fiscus, ff. de vsur. Et fit diuisio inter eos pro reali portione, l. 2. §. & harū, ff. de verb. oblig. & ista pars est verior, secūdū Afflict. in loco preallegat. vbi in cōtrariū respondet, qa ius cōgrui potest cędi cū ipsa re, & cōsequēter trāsmictitur ad hęredes cū re ipsa, secus si sine re, & ita intelligiť, & vide Cassan. in Consuetud. Burgund. in tit. de Retract. §. 6. Glos. 1. Pone etiā, ꝙ cōsanguineus cōparet ad redimēdum, interim vēditor reęmit, an potuit fieri in prçiuditiū illius cōsanguinei, adeò ꝙ non habeat vlterius ius cōgrui; Istā quęstionē mouet Alber. in 1. part. statut. q. 87 ꝙ ex quo cōsāguineus pręuenit, prætiū offerēdo, non fuit licitū vēditori reęmere, arg. l. si qs postea, ff. de Iudit. secus si ante reęmeret, & antequàm ille cōpareret, qa tunc potior est cōditio reęmētis, quàm cōsanguinei cōparētis, l. fin. C. de rer. permut. & l. qđ dr̄, §. sed si impēsis, ff. de Impēs. in reb. dotal. & sic cōsequēter quæritur, an vēditor reęmēdo euitet pęnā, in quā inciderat, qa vēdiderit dn̄o irrequisito? vide Alber. vbi supra, formās istā q̄stionē, & Io. de Ferr. in sua Pract. inform. libell. qu. agit. ad fruct. in verb. alienauit. Sed pone, ꝙ vēditio fuit sub cōdictione, à quo t̄pe currit tēpus recuperādi, an à t̄pe cōtractus, vel cōdictionis adimpletę? vide Alber. in d. Tract. q. 97. vbi determinat, ꝙ à t̄pe condictionis impletę, ꝑ iura ꝑ eū allegata. Pone etiā, ꝙ pręriū nō est liquidū, an cōsanguineus teneať deponere pretiū, cùm nō sit liquidū? Dic, ꝙ nō, ita dicit glos. in l. assignationē, C. de solut. Vnde est mēti tenēdū pro cōclusione istius materiæ, ꝙ si in contractu est adiectū plus pretio, quàm cōuentū est inter partes, eo casu nō valet bānum, nec denūtiatio facta cōsanguineis, vel vicinis ad redimendū, nec currit ista breuis dilatio, seu instātia dierū qndecim, Imò ꝑ annos trigīta potest cōsanguineus, vel vicinus cōqueri de tali fraude, & recuperare, quia falsitas illa facti facit habere actū pro imꝑfecto, iuxta tex. singul. in l. vbi aūt, §. cū igiť, ff. de ī diē adiect. idē tenet D. Ant. Lācea super isto Ritu ī Alio lib. meo fol. 25. n. 3. & tādē quæro, an habeat locū Retractus in rebus fisco delatis? vide Nicol. Boer. decis. 79. vbi dicit, habere locū, si per contractum ad Fiscum deuoluta sunt, secus si ex maleficio.

Ioannis Aloysij Septimi Super Ritu Siciliæ Finis.

LECTVRA

EXCELLENTISSIMI DOMINI FERDINANDI BONIORNO VTRIVSQVE IVRIS CONSVLTISSIMI SVPER RITV REGNI SICILIÆ.

IN Regno omnes causę tàm Ciuiles quàm Criminales sunt ordine iuditiario prosequendę. Constit. Pacis. vbi Afflict.6.not. num.52. & ibidem in quibus causis nō seruatur ordo iuris. nu.55.& seq. & Bald. in l. de quibus.col.2.n.7. ı.lectur. dicit quòd per pactum non potest renuntiari ordini iuditiario,tamen per consuetudinem potest. Bart. Auth.offeratur. C. de lit. contest. Alex. in l. si conuenerit.col.4.de re iudic. Et an sollemnitas sit inducta fauore iudicis vel partis, vide ipsos,& exempla, communis est quòd non potest. Roman. Singul. 763

In Prohemio. Ibi *Magna Curia nostra*. Non loquitur ergo de causis palatinis in quibus nullus ordo iuditiarius obstat. Paris. in verbo sententia,col. 12.& 13.

In text. ibi. *Aliarum caput*. Omnes debent regi & gubernari secundum eius statuta & obseruātias. arg. in §.fin.Instit. de satisdat. Et dicit Isern. in Constit. Si quis in posterum, quòd id quod seruat M. C. debet seruare totum Regnum. & vide in simili Cassan. cons.52.n.3. qui loquitur de eccles. & Patria inferiori quòd debet regi secundum statuta, & cōsuetudines Ecclesię, & Patrię superioris. Et dicit Afflict. in Constitut. Nil veterum in fine quòd id quod seruat M. C. debet seruare totum Regnum non circa decisoria, sed circa ordinatoria, & Ritus in fine reseruat consuetudines.

A

B

C

D

CAP. XCVI.

IN *fine*. Quid si compareat citatus, & non citatus, vide Afflict. in constit. Hac lege Ias. in l.Prętor ait.§. si aliquando, de oper. nou. nunt.

CAP. XCVII.

IBi *Citatus*. quid si vnus ex pluribus est contumax. Innoc.in cap.cum venerabilis in fin. de Relig. domib. Quid si non est assignatus terminus in citatione Abb. & Alij in cap.cum parati de iudit. & prima citatio non solet fieri ad omnes quia cōuentus est in vrbe secūdū Ioan. Andr. in tit. de citat. §. viso. in Additt. Pauli de Castr. cons.81. col. pen.lib.2.

Ibi *Si realiter agitur*. Ad idem si personali in rem scripta vt interdicto vnde vi, & post annum efficitur verus possessor. Abb. in cap.1. 3.not. & 9. col. pen. de eo qui mictitur in possessio. cau. rei seruand. & ibi dicitur idem in actione ex empto si non est corruptus.

Ibi *Si non comparet*. Idem si comparet & illecentiatus recedit. Bart. in l.Qui ante calendas. ff. de verbor. obligat. vbi Iason limitat duobus modis. Et de licentia recedendi, & incusatione contumatiæ citari facientis. Alex. in §. Iulianus.

Ibi *Promensura*. Adde Constit. Si quis post litem, & Constitut. Quæstiones iuris peritorum.

Ibi *Ius commune*. In personali proceditur ad distractionem pignoris huius, quod dicitur pretorium. Sed infra quantum tempus. Speculator de primo, & secũdo decreto ponit nouem opiniones tamen magis communis opinio est quod relinquitur arbitrio iudicis vt testatur Fanus de pignor. primo membr. 6. part. num. 8.

CAP. XCVIII.

IBi *Pendente*. Ergo non post sententiã, Glos. & Doct. in Clem. 2. vt lit. pendent. Et loquitur de his que fiunt in iuditio, vt est conclusio, & sententia.

CAP. XCIX.

IBi *Quinque modis principaliter*. Non excludit alios modos de pluribus. vide in cap. 139.

Ibi *Executiua*. Executio est effectus sententię cap. suscitata vbi Abb. vlt. not. de restitut. in integr. & executio licèt nõ requirat libellum tamẽ debet fieri qualis qualis petitio que debet in actis redigi. Socc. cons. 167. col. 6. versicul. aduertat in 2. vol. Alber. in l. defendente de auth. curat. dicit quòd sufficit quòd petatur verbo. Duos modos exequendi sententiam ponit Bart. in d. l. defendente, in l. intra dies, de re iudica. dicit quòd non requiritur libellus nec litis contestatio.

In fine. In Articulis, & literis quæ fiunt ad expeditionem processus sine libello & ordine iuditiario proceditur nõ enim debet operari nouam litem. Bald. in l. qui crimen. quęst. 6. C. qui accus. poss.

CAP. CI.

IBi *Quicũque*. Fiscus in debitis liquidis procedit executiuè in alijs seruato ordine iuris. Io. de Plat. in l. Missi opinatores C. de exacto. tribut. lib. 10. & obligatio penes Acta iure communi habet executionem paratam. Afflict. in Constitut. Magistri Cammerarij. 13. not. nu. 14. & Decis. 30. Bald. in l. Qui crimẽ. quęst. 6. C. qui accus. vbi ponit rationem, & vbi liquet iudici vt iudici potest cogere executiuè. Paul. in l. cum vendente. C. vbi caus. fiscal. vbi ponit exemplum, & materiam tradit Petr. Rebbuff. tract. de liter. obligat. fol. 83.

A Ibi *Instrumentum*. Hoc nõ est guarentigiatum sed transit fictè in actu iuditij. l. non alter. de Adoptio & intellige non delectum aliàs si debitum remaneret nõ posset causari executio. Bart. & Angel. in l. 1. §. fin. de his quę in testam. delent. Paul. in l. nostram. C. de testam. Quid in fideiussione iuditiali vel contractu facto in iuditio qui habent executionem paratam. Bald. d. l. Qui crimen. quęst. 6. Si reperiuntur deleta ex errore mandato iudicis vtrum posśit fieri nota in imargine,

B & nõ dici vlterius deleta vel vituperata. Bald. in l. Scriniarios. C. de testam. milit. & cons. 305. in 4. vol. & Acta iuditij sunt instrumẽta publica. Bart. in l. 2. post n. 12. C. de edend. Quid si in Apodixa dicatur quòd habeat executionem ac si esset instrumentum publicum. D. meus cõs. 494. & procedit ad petitionem creditoris cũ quo cõtractus est celebratus cùm agatur personaliter vel hipothecaria contra debitorem secus si contra tertium. Ias. in l. iurisgentium. §. Pretor ait. col. 2. de Pact.

C & non apprehendunt tertium comparentem pro suo interesse. Socc. cons. 106. in fin. 4. vol. cap. super eo de offic. Deleg. Bal. in l. hac edictali in princ. C. de secũd. nupt. Aret. cons. 86. Socc. in l. 1. n. 93. ff. solut. matrim.

Ibi *Expressam*. Quid in tacita stipulatione dotis restituendę. Alex. in l. Iurisgentium. §. quod ferè. ff. de Pactis. Bal. in Margarita. verb. Reus conuentus. Barbat. cõs. 91. vol. 3. & l. cũ acutissimi col. 9. C. de fideicõm. Felin. & D. meus in cap.

D translato. de Constitut. Franc. Curt. cõs. 159. Quid si colligatur à contrario sensu l. liberorum. §. quod tamen cassius iuncta Glos. verb. pars, facit quod sic, quia dicitur scriptũ quod sumitur à cõtrario sẽsu, sed Ritus nõ loquitur de scripto sed expresso, & illa glosa dicit scripsit tacitè quod est oppositum expresso, & sic illa glosa retorquetur, vide quę posui in cap. ad tollendam. Sed quòd detur executio nõ obstante quòd glosa dicat tacitè vide

E Curt. Iun. d. consil. 159. n. 8. & 9. vbi inter alia dicit dici expressum quod tacitè exmente colligitur, & expressum dicitur multis modis Tiraq. in ll. connub. Glos. expressum. Et hipotheca tacita dotis habet execucionem paratam. Bald. in l. vbi adhuc col. 4. C. de iur. dot. & vide Paul. cons. 69. vol. 1. D. meus post Aret. l. sicut. C. de testam. milit. Bart. cons. 159. habita. Sed vide D. meum. cons. 68. pro resolutione. n. 3. & cons. 259. visis. n. 3. Non habet tamen tacita recõductio executionem.

nem, scripsi in l. item queritur §. qui admoleto. ff. locat.

Ibi *In possessionem bonorum*. vide multiplicem practicã per Socc. cõs. 37. lib. 4. nec queritur possesio nisi corporalẽ apprehenderit. l. nõ est. de pignorat. actio. l. cum vnus, vbi ponitur fallentia. §. fin. de Bonis auth. iud. posid. quantum ad effectum vt ibi per Bartol. potest tamen deueniri ad secundũ licèt nõ cõsequatur possesionem ex primo Bartol. d. l. cum vnus §. fin. & debet cõstare ex actis quod iudex mãdauit nuntio vt mitteret in possesionem. Ruin. cons. 102. lib. 5. D. meus cons. 449. vndè fortè procedit quod scribatur mandata est executio.

CAP. CII.

IBi *De Instrumentis*. Quid si contractus ex sui facie appareat vsurarius vel etiã per testes extrauditialiter receptos vt quod sit &c. vide Capic. decis. 175. & si vnũ instrumẽtum probat promissionẽ aliud declarationẽ, liquidationem, vel purificationem. Paul. cõs. 73. solùm à Rom. lib. 1. col. 1. & 2. & si aliquis promisit se obligare, & non obligat an posit agi via executiua. Gram. Decis. 103. n. 192. & seq. & n. 196. De extimatoribus vide Speculat. de secundo Decreto col. 4. §. nunc dicamus. & si est erratũ in extimatione decretum non est nullum. Afflict. Decis. 178. col. 4. tex. in l. fin. C. de iur. domin. impetr. Paul. Alex. & Ias. in §. si centum de condict. indebit.

Ibi *Inuentarijs*. Debet autem continere diem, annum, & nomen Imperatoris aliàs non habet executionem. Protho. Alleg. in causa Fluminis Dionisij disput. 24. in 6. dubio.

CAP. CIII.

IBi *Quicunque heredes*. Non videtur habere locum in filijs succedentibus per Auth. Bona damnatorum quia non sunt propriè hęredes, & succedunt in bonis non in persona nec representant personam patris propterea non transfunditur instantia. Bald. in l. si constante. §. fin. solut. matrim. refert Abb. in cap. quia v. de Iuditijs, de quo tamen vide Alex. d. §. fin. & sic Ritus dat tantùm executionem contra debitorem, & eius hęredes primos, & secundos non autem contra donatarium omnium bonorum de quo vide Egid. Bellam. Decis. 31. & quæ posui ad eum Guid. Decis. 105. qui ponit

A communem fallentiam illa tamen fallentia non habebit locum stante hoc Ritu quò ad viam executiuam quia cùm eam non det Ritus hic, stabitur dispositioni iuris communis quod non dat viam executiuam, & ita aliàs fuit reuocata cędula cõdemnatoria D. Vincentij de Argumento contra Baronem Guderani per M. R. C. Mens. April. 1538. & non videtur habere locum in fisco succedente per annichilationem. Abb. d. cap. quia v. l. inter eos. §. fin. de fideicom. l. non intelli-

B gitur. §. cũ ex causa, de iure fisc. Roman. cons. 73. & cons. 93. col. 2. Glos. fin. in l. 1. C. de Bon. quæ liber. ergo non comprehenditur in hoc statuto exorbitante, & correctorio l. 3. §. hęc verba. de negot. gest. l. 1. §. hoc interdictum. de fonte. l. Minor. 25. annis cui per fideicommissũ ff. de Minor. Et quod fiscus non sit propriè hęres. Bald. cons. 204. vol. 3. Quid si duo litigant de hereditate vide Rebuff. in Constitut. Regni Francie de literis obligatorijs art. 9. Glos. 2. pag. 161. & pro-

C cedit executio pro heredibus, & contra heredes etiam si in instrumento de illis non fiat mentio. D. meus cons. 536. Hereditate autẽ iacente nõ dato curatore potest creditor mitti in possesionem bonorum habens viam executiuam Paul. cons. 69. col. 2. ad fin. in 1. volum. sed quod nomen interponitur primum decretum.

Ibi *Probata morte*. Etiam est de iure communi Paul. & Alex. in l. postulante. ff. ad Trebell. canoniste in cap. Quia v. Ruin. cons. 102. nu. 4. vol. 5. D. meus

D cons. 449. vbi plus dicunt quòd debet liquidare parte citata tanto magis deberet citari in Regno quia dicitur probata, & si constiterit, sed inoleuit visus seu abusus vt fiat parte incitata, & vide Boer. Dec. 12.

CAP. CX.

IBi *Demanij*. Et tamen vtimur etiam in Terris Baronum.

Ibi *In publicam formam*. Si esset priuata schedula, & in ea esset dictum quod

E habeat vim publici contractus an habebit executionẽ. D. meus cons. 494. quod supra dixi, vide in simili Paris. cons. 69. n. 113. & 140. In 3. vol. Similiter, & obligatio penes acta habet executionem paratam. Bald. Paul. & Alex. in l. eum pro quo. de in Ius vocand. Afflitt. Decis. 30. col. 3. similiter hypothecaria contra debitorem non contra tertium. Bald. in l. 1. col. 1. C. comm. de legat. cum simil. vt posui ad §. in venditione, & tunc non

est opus seruare ordinem illius §. Socc. conf. 158. col. 8. vol. 2. nu. 27.

Ibi *Regia tamen ditione*. Ergo si extra ditionem non habet. Ampl. etiam si esset celebratus in loco vbi instrumēta habent executionem paratam. Ias. in l. cum quidam in fin. de iurisd. omn. iud. nō obstat Bart. in l. à Diuo §. sententiam Romæ. in fin. nu. 8. quia militant Paul. Alex. Ias. & Hercul. ibi dummodo in loco petitę executionis vigeat idem statutum, ratio quia intelligitur de instrumētis alibi factis hic intellectus non cadit in hoc Ritu. Ias. in l. cunctos populos. n. 20.

CAP. CXI.

IBi *Expressam*. Quid si à contrario sensu. vide supra. & Alber. Brun. in verbo instrumentum. col. 2. in fin. vbi de restitutione dotis, & de interesse quando succedit obligatio ad interesse propter non adimpletam promissionem pacti, & vide Curt. conf. 159. nu. 8. & 9. & non daretur pro mercede tacitę reconductionis secundum legem. Item queritur. §. qui impleto, & legem Qui ad certū ff. locat. estquè communis contra Roman. Iason. in l. certi nu. 20. & 21. in tacita stipulatione dotis restituende, communis est quòd datur. Ias. §. quod ferè d. l. certi Felin. in cap. translato. de Constitut. Pro interesse propter non factum nō tamen promissum sed debitum ex natura obligationis ad factum quia succedit obligatio ad interesse potest causari executio. Rom. d. l. certi. communis est contra eum Ias. ibi nu. 10. & 11. & vide omnes quia licèt dicant quod habetur pro expresso tamē loquuntur quando verbum expressum profertur à lege siue statuto, & expressum dicitur quod ex verbis infertur, & colligitur, Bald. l. ad probationem. D. meus conf. 68. n. 3. & non sufficeret esse expressum per relationem ad aliud. Ias. In l. certū. Alber. Brun. in tract. de form. & soll. in Rubr. de imp. & obser. for. & soll. col. 12. adde D. meum. in l. cum quid. 3. not. Si cert. petat. & mihi verius videtur quòd legatur in instrumēto, aliàs fictè dicitur expressum ergo nō habet locum Ritus, & aliàs tunc verbum esset superfluum hic. Et aduerte an Doctor aliquis loquatur quando statutum vtitur verbo expressum an omnes simpliciter loquantur quando statutum dat executionem instrumento, quod non habeat locum in tacita reconductione. Afflict. Decis. 365. col. fin. Adde etiam cōsiderandum quod decisio Decij in l. certi condictio. n. 9. in fin. non potest procedere stāte Ritu enumerante etiam contractum dotalem, & vtente verbis, & predicta locum habere volumus vt in cap. 114.

Ibi *Infra decennium*. Interrumpitur per missionem executoris vt dicit Bart. in l. 2. §. si rem. ff. pro emptore. Abb. & Felin. in cap. illud de Pręsumpt. seu pręscript. Ias. in l. fin. de eo per quem fact. est. & sic videtur interruptum per citationem ad executionem faciendam, interrumpitur si executio fit causata, & interpositum primum decretum, & tunc dicitur executio facta. Bart. in l. is qui reipublicę ff. ex quib. caus. maio. Bald. in l. Consentaneum. in fin. C. quomod. & quand. iud. & si interrumpitur contra vnum ex correis debendi quò ad omnes interruptum intelligitur, secus quò ad fideiussores in contractu l. fin. vbi omnes Doct. C. de duob. Reis. Quid operetur primum decretum vide Bart. conf. 36. Ias. d. l. fin. de eo per quem fact. est.

Ibi *Competit*. In pacto de reuendendo solutis prius, &c. dicebam posse procedi via executiua post decennium à die contractu, sed infra à die depositi, mouebar quia illa verba inducunt cōditionē. Bald. in l. 1. col. 2. vers. quero nunquid C. quand. lic. ab empt. disced. Socc. cōs. 132. col. 1. & 2. in 3. vol. imò ante euentum conditionis non est nata actio l. cedere diem, & per notata p Glos. & Doct. in l. si decem cum petiero, & in l. si Titius ff. de verb. obligatio. Item in debito conditionali non currit pręscriptio. l. cū notissimi. §. illud autē. C. de pręscriptio. 30. ann. & quòd conditio potestatiua impediat cursum pręscriptionis Glos. Bald. & Angel. in l. 1. §. qui sub. si quis ommis. caus. testam. & ad l. qui potest respondebam de regul. iur. per duas fallentias Decij vbi adducebam etiam pro eadem parte Glos. in l. 1. verb. pro sotio. C. de Annal. exceptio. In contrarium adducebatur cōsil. Alex. 58. vol. 5. Balb. de pręscriptio. in 3. quæst. 4. partis principalis fol. 68. & Gomez in §. rursus Institut. de Actionibus respondebam quòd non loquatur de dispositione conditionali, & licèt Balb. alleget Bald. in l. 1. si quis ommis. caus. testam. infideliter allegat, respondebam etiam per fallentiam in d. l. qui potest, fuit ī causa Burchini pro spect. Don Bernardino requisens contra me decisum, & succubuimus in M. C. 23. Februarij octau. Inditionis in reuisione obtinuimus quòd non currat decennium ante

ante reuisionem, vide Anchar.conſ.331. & Alex. in l. licet. C. de Iur. deliber. Itẽ & ſi non eſſet illa conditio ſolutis &c. pactum de retrouendendo eſt conditionale ſaltem cõditione poteſtatiua ſi voluerit reemere, quæ conditio interim ſuſpendit obligationem. Socc. qui dicit communem conſ.16.nu.31.& 32.& n.60 in 4.vol. In contrarium facit conſ. Angel. 55. dum ait quòd tale pactũ erat purum, & non conditionale, & tamen erat verbum quandocunque voluerit, & illa verba videntur habere conditionem. Bart. in l. 1. col.7.verſ.quæro quid de dictione quando. de conditio. & demoſtrat. Roman. conſ.288. & 352. refert, & ſequitur Felin. in cap. ex tranſmiſſa col.2. de præſcriptio.

Ibi *Debitoris*. Non tertij, Alex. in §. ſi ſuper rebus nu.28. An contra patrem de peculio ex contractu inito cum filio. vide Socc. & Iaſ. in l. cum filius in princ. de verb. obligatio. Paul. cõſ. 69. in 1. vol.

CAP. CXII.

INfra Quindenam ſi oppoſuit friuolas poteſt infra eamdem legitimas præſentare. Inſtit. de excuſat. tutor. §. qui autem, & licèt poſt quindenam non poſſint opponi nouæ oppoſitiones ſi primę non debent ſtare poteſt tamen oppoſitas declarare declaratione conſona, & veriſimili, & quæ fit in verborum expoſitiua quę de nihilo facit aliquid Dominus meus in c. Paſtoralis, de exceptio. in fin. Et quindena non videtur danda in pecuniola, Iaſ. & Salic. in §. illo procul, vbi dicunt quod ad eius ſolutionem dilationes parti non ſunt dandę per quas inferatur dilatio liti terminandæ. Et quindena hęc nõ ſucceſſit loco quadrimeſtris quod datur iudicatis ſed loco duorũ mẽſium de quibus in l. debitoribus de re iudicat. vbi Angel. & Iaſ.

Ibi *Conſimili*. In ſecundo Decreto Viſcari 1416. non fuit data conſimilis, & datum quadrimeſtre ad redimẽdum, nec erat recipiatur nec recepta, & incipiebat Nos. ſic ſecundum Decretũ Feudi Cullæ, & Feudi Sabini Saccę, & fuit datum quadrimeſtre, & meritò cap. 1. de Feud. cognit. & de conſimili Ritus dicit in primo, & non in ſecundo Decreto, & ſi primum Decretum eſt nullũ ergo, & ſecundum. Roman. conſ.454. col.3. Abb. conſ. 84. in 1. vol. Paul. conſ. 52. in 1. vol. quòd dicta citatio. nec ſecundum poteſt ſtare ſine primo. Alex. conſ.53. nu.13. in 5. vol.

A & qui dicit ſecundum præſupponit primum D. meus in Rubr. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Et in re mobili nõ eſt dare primum Decretum. Bart. in §. Iulianus. Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator. col. 3. ſi quis ius dicen. non obtemper. & ſi cauſa quæ redderet ſecundum Decretum nullum opponitur in quindena, & ea non obſtante fuit dictum procedat executio nõ poteſt poſtea dici de nullitate Decreti Roman. conſ.94. & conſ.410. ſecus ſi oppoſitiones ſint reiectę virtute pacti ad

B quod vide Imol. in c. ſuſcitata col. 3. de Reſtitut. in integrũ. adde Capic. deciſ.51.

Ibi *Ex tunc*. Ergo computatur de momento ad momentũ. Alex. in l. 1. ff. ſi quis caut. & paria ſunt præſentare ante quindenam vel poſt. Bald. in l. niſi de Tutel. & ration. diſtra. & dicenti infra quindenam ſe eſſe incumbit onus probandi, & in ſimili Raff. Paul. & Aret. in l. 2. §. biduum. ff. quando appell. fit. Felin. in cap. Quò ad conſultationẽ. 3. quæſt. de Reiudicat. & elapſa quindena poterit dici de

C nullitate executionis, & primi Decreti. Bald. in l. ſcire oportet. §. pęn. de excuſat. tuto. Felin. in cap. ex parte lo ſecundo vltima Fall. de offic. Deleg. vbi D. meus fall. 20. Et quando incipiat Io. de Anan. conſ.93. D. meus in cap. ſuper eo. de Appellat. loquendo de decendio ad appellãdum, & vide de hac executione. & reddittione pignoris Afflit. Deciſ.357. & videtur quòd ſi oppoſitiones ſunt pręſentatę extra quindenam etiam parte nõ opponente proceſſus eſt nullus ſtante

D quod eſt forma, tùm quia Ritus &c. tùm quia tempus &c. Bald. in Auth. Quę ſupplicatio, iunctis his quę tradit in l. Elegãter. §. ſi poſt. de Condict. indebiti. vide Felin. in cap. Accedens lo 2. vt lit. non cõteſt. & in cap. Paſtoralis. de exceptio. Iaſ. in l. 1. §. ſublata. Dec. conſ.275.

Ibi *Ad opponendum*. Idem excipiendũ. Aret. conſ.75. col.6. & ibi ex his verbis ſequitur quòd poſt quindenam non prohibetur intentare iura ſua per modum actionis, & inſtantia perit oppoſito, & hoc

E verbo vtitur tex. Inſtitut. de inutilib. ſtipulatio. §. item verborũ, & Roman. conſ. 76. col.4. verſ. tertio prĩcipaliter, vbi duo dicit, ſed cõtra eum eſt communis, Bald. in l. expredijs. D. meus conſ.119. & poſt quindenã non prohibetur agere D. meus in cap. Paſtoralis col.7. de exceptio. & licèt ſtatutum det executionem paratam, tamen poteſt is, contra quem eſt cauſata executio, ſe opponere, Paul. in l. ſi in ſolidum de fideiuſſor. Alex. poſt Cuman. in §.

in §. condemnatum. l. Peremptorias. col. 4. C. sent. rescind. non poss. Et opponere dicitur is, qui accusat. Bald. in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. 5. not. vide Siluan. consi. 26. A

Ibi *Banniantur*. Posset creditor licitare sicut extraneus. Bald. in l. fin. C. si in caus. iudic. & est textus ibi in l. 2. Fanus de Pignorib. 1. membro 6. partis nu. 10.

Ibi *Quadrimestre*. Quādo incipiat currere, & quid in Minore. Guid. Pap. decis. 22. & 31. vbi Pupillo non currit, & Adultus restituitur. B

Ibi *Perceptos*. Secus ergo videtur si nō sunt percepti, In contrarium facit, quia percipi dicuntur toto tempore, quo coluntur, non solùm tempore collectionis. Andr. & Alij. in cap. 1. §. his consequenter. Hic fin. l. Corrad. & Doctores infra allegandi. Item Ritus hoc refert ex dispositione iuris, quia fructus sunt domini, & ex quo sunt creditori vendita, & factum, iudicis censetur factum partis, & retrouendit ex necessitate, videtur quòd debeant diuidi vt in retrouenditione ex pacto, dicit Cuman. Socc. & Ias. in l. Qui Romæ in principio Gozadin. in repetit. l. 2. C. de pact. inter empt. & venditor. quęst. 16. C

CAP. CXXI.

IBi *Breui manu*. Eadem clausula vtitur Cap. 114. & l. licet §. quoties. de Iur. dotium, & communis opinio est quòd vtili hypothecaria aduersus eum agitur, etiam non facta discussione. Fanus de Pignor. 1. membro. 8. partis num. 19. D

Ibi *In fine*. Secus erat de iure communi. l. 2. & 3. & ibi notatur. C. quand. Fisc. vel priuat. & in l. 3. §. mulcta de iure Fisc. Sed data via executiua idem esset si non esset expresse dictū, etiam si neget. Bart. in d. l. 2. & de iure communi nomen debitoris non est obligatum, & vt possit conueniri sunt necessaria excussio, confessio explicita non implicita debitoris, & missio in possessionē nominis. Salicet. d. l. 2. Socc. cons. 37. vol. 4. vide tex. in l. si soluere. C. de Nouatio. & in l. à Diuo Pio. §. sic quoque. Item quod hic dicitur fallit in Fisco d. tit. quand. Fisc. vel priuat. Et potest causare executionem, & vti actione ex contractu, ex quo poterat vti debitor primus contra suum debitorem vtili tamen, vbi debitori competebat directa. l. Nomen. C. quæ res pignor. Et tali casu Tertius potest se opponere, & impedire. Alex. cons. 17. vol. 1. E Felin. in cap. cum super. nu. 17. & vbi habet nomen debitoris obligatum non requiritur tunc excussio. Bart. in l. si conuenerit. la 2. ff. de pignorat. actio. Socc. cons. 158. vol. 2. & latius scripsi ad Auth. Hoc si debitor. C. de Pignor. Et aduerte an intelligatur hic Ritus quòd possit causari executio cōtra debitorem debitoris vt innuit verbum quòd est ibi, contra tenorem contractus per eum facti, videtur denotare executionem in nomine sicut infra dicit in bonis, & tunc videtur limitandus Ritus, nisi tale nomen sit hypothecatum, ne induceretur correctio per prędicta, sed responderi potest quòd nō inducitur correctio quia iure communi non agitur via executiua, & non tolleretur quin creditor agat contra debitorē obligatum, prout poterat de iure cōmuni, sed non concedit viam executiuam, ideo intelligitur quòd sibi adiudicet nomen, quod videtur sentire, quia dicit nomen, non debitorem. l. si Nomen. C. de Heredit. vel actio. vendit. Bart. d. l. si conuenerit. Item dicit ex contractu, & non dicit instrumento, sine instrumento autem non datur via executiua, Item dicit ex contractu, nec distinguit contractus, & tamen non omnis contractus dat viam executiuam, & secundum istum verum intellectū planius proceditur quòd non possit non facta discussione creditor habēs nomen hypothecatū causare executionem sicut poterat debitor primus, quia nihil in contrarium faceret hoc capitulum de discussione loquens, sed esset considerandum an aduersetur cap. 124. Sed potest intelligi vtroque casu per d. §. sic quoque, vbi Bart. Angel. Alex. & Ias. dicūt idē quod Ritus hic, sed iure cōmuni potest exigere, vel vēdere nomen, seu adiudicare vt sibi videbitur tex. est ibi.

CAP. CXXII.

IBi *In fine*. Secus videtur de iure communi, si tantumdem erat in hereditate, per §. & si prefatam, & vide ibi Bald. dum dicit teneri etiā de persona, & quod ait etiā D. meus in l. debitori. C. de pact. & in l. ex qua persona. ff. de reg. iuris, vt quod hæres teneatur approbare factum defuncti, licèt fecerit inuentarium quando superest de hereditate.

CAP. CXXIII.

IBi *In fine*. De iure communi etiam heres potuisset carcerari si hæreditas est soluendo, licèt confecerit inuentarium Bald. in d. §. & si prefatam.

CAP.

CAP. CXXIV.

IBi *Ad discursum*. Quid si tunc sit lęsio in magno excessu in prętio rei, videtur quòd sit fraudolenta per l. 3. C. de iur. Fisc. lib. 10. l. si quos. C. de rescind. vendit. Paul. consf. 56. part. 2. qui hæc, & alia iura allegat. Et aduerte an loquatur in alienatione iuditiali cùm pro iudice præsumatur. vide Guid. Pap. Decis. 329. Alex. consf. 117. in 7. vol.

CAP. CXXVI.

IBi *In fine*. Suorum, & fideiussorum. l. si plures §. pręterea lo 2. de Fideiussor. Marsil. in Singul. 281.

CAP. CXXVIII.

IBi *Facta executio*. De iure communi non expectabatur hoc sed statim poterat agere. Bald. & Alex. in Apostilla l. si fideiussor pro venditione. de Fideiusso. Sed vide Apostillam Alterius ibi sequen. Et vide Apostill. ad Paul. An hodiè stante hoc Ritu habebit locum illa limitatio si d ù steterit in obligatione, & quòd sic videtur, nec est sumendum argumentum à contrario sensu ad ll. correctionem, & satis operatur in sensu directo, quia aliàs fideiussor contractus nō haberet executionem paratam, ad quod vide Alex. in l. 1. Iudic. sol.

Ibi *Facere executionem*. Quò ad viam executiuam idem erat de iure communi in fideiussore iuditij. Bart. qui tamen loquitur in exacto in l. 1. in fine ff. Iudic. sol. vbi Apost. Alex. addit coram eodem iudice licèt aliàs incompetente, & Bald. in l. 1. col. pen. versic. nota reuocandum. C. de execut. rei iud. dicit eodem die feriato. Creditor Don Thomasij de Iuenio processit contra Io. Matthęum Triolo art. med. D. is promisit debitum nomine, & pro parte Don Thomasij aduenientē tēpore causauit executionem, & fuit plena Io. Matthæus direxit se contra debitorem principalem scilicet contra Baronem eadem cohertione, qui opposuit se de multis, & inter alia quòd non poterat causari executio nec habebat eadem priuilegia vigore istius Rit. qui loquitur in fideiussore, & quòd is non erat talis, dicebam quòd dictio, pro tali, facit eum fideiussorem. Imol. in l. Valerianus. col. fin. de prętor. stipulat. item, & nomine talis, & idem sentit Bart. l. 1. §. 1. col. 3.

A vers. sed quid. de oper. nou. nuntiat. Si dico ego facio pro tali, cum similib. vt per Felin. in cap. cum M. Ferrariensis col. 1. nu. 3. de Constitut. non obstante absentia, vel ignorantia principalis. l. fideiubere. de Fideiussor. & dicit Angel. in l. sciendum in princ. de ædilic. ædict. quòd semper quòd aliquis promisit quod alius debet censetur fideiussor, & etiam, si lato sumpto vocabulo comprehenderetur, sufficeret. l. filium. ad Macedon. Gemin. in cap. 1. de tempor. ordin. Obtinuit quòd reijciātur 9. Septembris. 12.
B indict. 1539. Pro iustificatione huius Ritus, & Ampliat. vide Paul. in l. cum vendenti. C. vbi cauf. fiscal. vbi etiam dicit quòd vbi constat iudici vt iudici potest cogere ad solueudū via executiua. Quòd obligatus insolidum quatenus ad correum peruenit vtatur hoc Ritu tanquàm fideiussor. Alex. consf. 41. in princ. lib. 5.

CAP. CXXXII.

C IN *Rubrica*. Hæc via competit agenti personali contra quem daretur executio, non contra Fiscum, qui non succedit vt hæres, nec contra habentem causam ab eo, secundum Io. Aloisium Alleg. 17. cart. 54. & dicit Bald. in l. denique. in fine prim. col. de Minor. si petatur executio parua per officium iudicis, secus si ordinariè per actionem in factum.

Ibi *Reiudicatę*. Ex sententia in reiuendicatione datur vtilis, sed non datur nisi contra victum, non contra Tertium. Alex. consf. 1. vol. 5. Et quando dicitur lis
D contestari in causa instantiæ cùm lis nō consueuerit contestari licèt videatur necessaria. Bart. in l. intra dies de re Iudic. videtur per ipsam pręsentationem libelli post iam transmissam cedulam, quia libellus non pręsentatur in Regno in ciuili, nisi post litem contestatam per regulam traditam ab Imol. in Clem. 1. de cauf. possess. & propriet. Felin. in cap. Insinuāte in fin. de offic. Deleg. Quòd primus actus qui non consueuit fieri nisi post litē
E contestatam habet vim litis contestatę, & requiritur litis contestatio, & libellus. Bald. in l. 2. in fin. C. de execut. rei iudic. Bonum videtur argumentum quòd præsentatio libelli, quæ solet fieri post litem cōtestatam in Regno habet vim litis cōtestatę per regulam Glos. communiter approbatam in cap. 1. in verbo absentia de electio. in sexto. Sed Prothonotarius Alliata in causa Augustæ in primo dubio dicit à primo actu contradictionis, & ita

etiam

etiam ibi probatur per testes seruari de A consuetudine in M. C. & ibi fuit petitus Comitatus per viam cedulæ condemnatoriæ ex testamēto quod dicitur potuisse fieri quia competebat via executiua, est in fol. 148. vol. 4.

Ibi *Post annum*. Quis sit in hac causa instantię iudex, si ageretur via executiua? iudex qui protulit sententiam. l. à Diuo §. sententiam Romæ. Sed quando agitur actione in factum, vel iudicati, potest hanc actionem vbique exercere Bart. ibi col. 1. circa medium. Salic. in l. eos. col. B 3. nu. 16. in fine, & 17. dicit non prohiberi intentare coram quocunque iudice competente ipsius contra quem competit, est autem competens iudex appellationis nō quia sit ordinarius Rei, sed quia agitur ex quasi contractu celebrato in iuditio, & qui oritur ex ipsa sententia l. 3. §. idem scribit. de Pecul. & consequenter propter forum, quem sortitur is ex quasi contractu, ex quo sequitur quòd contra Ciuem Panormit. non potest causari cōdemnatoria in M. C. idem in Consistorio C S. R. C. idem in Alijs Ciuitatibus habentibus priuilegium quòd Ciues nō possint extrahi ratione contractus, vel quasi à cessante ratione iuribus vulgaribus, & ita semper vidi practicari me patrocinante, & fuit etiam decisum ad relationem. Sequi etiam videtur quòd ita demum possit coram iudice, qui pronuntiauit aliàs incompetente, si ibi reperiatur, quia ea est natura fori contractus. cap. Romana. §. contrahentes. de For. compet. in sexto nisi in quibusdam casibus, qui habentur D ibi, & in l. hæres absens, in princ. de iudic. vbi Alex. ad Bar. Ex quo infero quòd si lata est sententia per Curiam Prætureę cōtra exterum repertum in vrbe elapso anno non potest agi per viam cedulę in eadem Curia Pręturę cōtra eundem exterum condemnatum non repertum in vrbe, & potest agi infra 30. annos. Sed si extat iuramētum infra 40. annos. Bart. Alex. & Alij in l. nam & postea. §. si is qui temporali de iur. iur. Socc. consi. 54. & 145. vol. 1. quod currit victo promissore, vel condemnato, & datur restitutio quę potest peti cum clausula. Blasc. in E causa Gagliani. 233. lib. 2. fol. 238. & quod dicitur post annum idem si instrumentum sententiæ sit deperditum quod possit probari per testes quòd fuit sententia prolata in scriptis. Bald. in l. 2. C. de execut. rei iudic. vbi dicit quod tali casu competit actio in factum, sed quomodo possit causari tunc cedula condemnatoria, cùm non constet iudici condemnandum, poterit tamen tunc agere actione in factum, quia non poterunt opponi exceptiones peremptoriæ impugnantes sententiam. l. 1. cum materia C. de iuris, & fact. ignor. l. peremptorias. C. sentent. rescind. non posse. Idem si sententia non esset liquida, Bald. ibidem, sed hæc dependent ab illa quæstione an sententia non liquida possit mandari executioni ego posui ad Ias. in l. 1. ff. de edēd. & in Regno facta liquidatione procederet executio, vt in executore institoris supra cap. 119.

Ibi *Opponat*. Quia si esset simplex haberet executionem paratam. l. si debitori. de Iudic. l. post rem de re Iudic. & in ficta habes in Ritu manuscripto apostillā, tacita etiam confessio habet executionē paratam. Bald. in Margarita. verb. reus vers. vndecimo in confessione ante litem contestatam, sed si post, Bart. in l. 1. de confess. si aduers. aliquid separatum alleget, facit Bald. in l. 2. col. 1. C. de execut. rei Iudic. Quid si coram circulo Angel. in l. vnic. col. 2. C. de confess. vbi plura alia ad hoc.

CAP. CXXXIII.

IBi *Causas summarias*. Et quatuor modis dicitur procedi summariè. Afflict. in Constit. Quęit. Iuris Peritorum, & quelibet causa est ordinaria nisi lex exprimat quod sit summaria. l. Iudices. de Iudic. Lanfranc. in Clement. sepè in verbo simpliciter. In fine, & causa reuocatoria est ordinaria. Bald. in l. lex vectigali, de Pignoribus.

Ibi *Causæ Possessoriæ*. De Iure communi sunt ordinarię Paul. cons. 401. in prima part. sed possessorij recuperandi est summaria. Socc. in l. Remquę nobis. quæst. 6. in princ. & omne Interdictum est summarium Glos. in l. 1. C. Quor. bonor. Io. de Amic. cōs. 6. in 2. col. 1. 2. vbi plura ad subuertendum spolium, & processus spolij, & si in libello narretur aliquod quod si esset verum esset procedendum summariè non inspicitur illud verum sit vel non, & procedetur summariè. Glos. in Clement. Dispendiosam. in verbo de vsu de Iudic.

Ibi *Miserabilium*. Bald. in Tract. de Ca. col. fin. dicit quòd in his causis miserabilium personarum proceditur summariè, & de plano. Et Quæ sint Miserabiles personæ posui ad leg. 1. C. quand. Imp. inter pupil. & vid. & Quid in causa Vniuersitatis? est ordinaria, & appellabilis, vt videtur tenere Io. Aloys. de Sept. cons. 3. lib. 4.

CAP.

CAP. CXXXIV.

IBi *Si verò fuerit appellabilis*. In Curijs Inferioribus, non in M. C. vt infra in Cap. 139. Incip. Item si proceditur.

Ibi *Ad defendendum*. Reprobatio est species defensionis. Bart. in extrauag. ad repriměd. in verbo figura Iuditij. Affliĉt. in Constitut. Humanitatem.

Ibi *Et Reprobandum*. Testes productos in prima instantia nõ possum reprobare in causa Appellationis uti criminosos, vel non idoneos, sed bene uti falsos. Andr. in Constitut. Iurisperitorum. Affliĉt. Decis. 266.

Ibi *Si est persona restituibilis*. Ergo nõ comprehenditur vniuersitas, vel Respublica. Bald. in Rubr. C. Ad Trebell. Philipp. Prob. in Additt. Io. Monaci in cap. qui ad agendum nu. 13. de Procurat. in sexto, sed alio iure vtimur, & largius capitur, vt patet de Ecclesia, pro primo dicto Alex. conf. 216. nec arguendi. n. 10. vol. 2.

Ibi *Vt quia Minor*. Et inde factus est maior. Affliĉt. decis. 210.

Ibi *Fiat conclusum*. De Conclusione vide multa per Felin. in cap. Cum dilectus. de Fid. Instrument.

CAP. CXXXV.

IBi *Infra bimestre*. Videtur quòd sufficiat sciuisse pupillum vel tutorem, etiã quòd non impleuerit sollemnia vt currat Bimestre, argumento eius quod de iure deliberandi dicit Bart. in l. Qui duos. de Rebus dub. & in l. fin. vbi Salic. C. si Tut. vel Curat. nõ Satisd. Et quòd non obstet scientia pupillo, vel tutori, facit l. Pupilli scientia. ff. Qu. fals. tut. auth. Sed nunquid hic Ritus habeat locum quãdo agitur contra tertium secundum terminos l. si Coloni. & Cap. cũ ad sedem. & cap. Reintegrandæ. Et Costitut. Circa violentiarum? & videtur, quia loquitur in rem, & impersonaliter, vbi agitur de spolio, & casu spolij, & etiam in illis est priuileggiatus spoliatus, vt non audiatur conuentus in defensionibus suis, vt tandem concludit Soc. qui Alios refert in l. Rem que nobis. quæst. 9. de Acquir. possess. Sed cap. Regni Regis Ferdinandi 54. fol. 207. refert hoc Cap. & dicit li spoglianti, considera verba Socc. ibi, & Remedia Recuperandæ Possessionis 24. sunt enumerata à Franco in quæst. de Poss. & pen. in 1. vol. Tratt.

A Ibi *Constito*. Idest Parte citata. Abb. in cap. Conquerente. col. 3. Felin. in cap. Si constiterit n. 4. de Accusatio. Dec. in cap. Causam matrimonij. de Offic. deleg. & in cap. Consultationibus. col. 1. in 3. not. in vers. in text. ibi si constiterit. An sufficiat testis singularis de iure communi communis est quòd non, vt testatur Alex. conf. 187. vol. 6. poterit tamen deferri iuramentum suppletorium etiam in causa feudali, etiam si non sit expressè petitum per partem, si in libello est clau-

B sula petens, D. meus conf. 252. col. 2. & de Iuramento Idem D. meus conf. 136. Socc. in l. Rem quę nobis quæst. 7. sed hoc non videtur procedere in Regno quia probatio est posita in conditione constito. Ias. in l. Ait Prętor. §. si Iudex. n. 36. de Re Iudic. D. meus in Rubrica extra de Probatio. col. 18. ad quem vide scripta per me ad l. Lucius. de Cõdiĉt. & demostrat. Et propter verbum Constito probatio debet esse certa nõ pręsumptiua Aret. conf. 143. Non videtur ergo suf-

C ficere quòd ante spolium possidebat, & quòd præsumitur perseuerasse in possessione vsque ad tempus spolij, ad quod vide quæ scripsi pro & contra in l. siue possidetis. C. de probatio. & dicit D. meus in d. cap. consultatiouibus quòd spoliatus habet priuilegium quando constat de spoliatione, sed in probando spoliationẽ non habet priuilegium qui dicit se spoliatum. videtur quod de iure communi sufficiant testes de auditu Rot. Decis. 117.

D In possessione. Franc. Curt. in l. 1. n. 58. ff. Si cert. petat. Sed verè casus eorũ est in confessione partis. Probatur spolium probata antiqua possessione. Bald. in l. si de proprietate. col. fin. C. si à non compet. Iudic. Alex. conf. 6. vol. 3. Et quòd non sufficiant testes singulares. Affliĉt. decis. 364. vbi de confessione extraiudiciali, D. meus conf. 56.

Ibi *Antequam audiatur*. Quid si causaretur irreparabile preiuditium. Loffred. conf. 6. nu. 15. Alex. conf. 17. vol. 1. & pone casum in Marito, spoliata vxore,

E quos tamen nõ cõstat esse iugales. Quid si fuerit auditus parte non opponente. Ias. in l. vniuersa. C. de Pręcib. Imper. offer Doctor. in l. 2. §. sublata. ad Trebell. vbi Alex. ponit communem, sequitur Decis. conf. 275. Cepoll. distinguit conf. 64. & considera an termini possint diuersificari, vide Calcan. conf. 75. cap. 1. de Restit. Spoliato. Adde quæ posui in cap. De Reuisione sententiarum videlicet parte non opponente, vel contradi-

dente, & non opponente, Felin. in cap. Pastoralis.col.fin.de except. & Princeps potest tollere remediũ l. si quis ad se fundum. C. vnd. vi Alex. conf.10. Albert. Brun.conf.19.& idem priuilegium habet Actio iudicati ex sententia spolij. Abb.in cap. fin.3.not. de ordine cognit. Quid in Reconuentione tentata contra expulsorem vide Bart. & Doctor. in §. Cato, & quòd Princeps potest mandare quòd simul cognoscatur Crauett.qui Alios allegat, & citat conf.182.n.14. & Vicerex non potest. Afflict. in Constitut. Violentias. 2. not. quæst. 10. vide D. Ant. Cap. in repetit. cap. Imperialem col. 4. vers. Decimo notandum. Quid si permisit audiri in vno capitulo, in alio autem opposuit. vide Bald. in l. Eleganter. §. si quis post. col.2. de Condict. indeb. Felin. in cap. Accedens, lo 2. vt lit. non Contest. col. pen. nu.24. & in cap.Pastoralis.n.2. de exceptio.

A

B

Ibi *Aduersarius*. Quid de Tertio. vide Felin. in cap. cũ super. col. pen. de Reiudic. Et quòd Tertius impediat restitutionem. Ant. in cap. In literis, de Restitut. Spoliat. Alexandrin. qui improbat vnam limitationem D.Ant. in conf.167. nu.7.vbi quòd odium spoliatoris non debet obesse Tertio.

Ibi *Ageretur*. Requiritur ergo litis cõtestatio Glos. in l.si postea. De Pecul. A.ret.in l. ex duobus.1.not.De duob.Reis. Quid de Iure communi Bart. in §. Nihil commune 3. quest. col. pen. & est communis. Socc.in l. Rẽ quæ nobis quæst.6.

Ibi *Defensionibus*. Admictitur tamen exceptio, & defensio quæ oritur ex scripturis spoliati per decisionem Roman.in §. De viro n.62. Quid in exceptione Hostic. Afflict. Decis.84.& adde hic quæ in fol. 51. Bullæ scripsim.

C A P. CXXXIX.

IBi *In Magna Curia*. Non videtur habere locum quando vnus iudex tantũ iudicat tunc videtur quod possit appellari. Cagnol.in l.2. in princ.nu.151.& seq. ff. de orig. Iuris.

Ibi *Non appellatur*. Non videtur habere locum in Tertio. Doctor. omnes in cap. super eo. De offic. deleg. D. meus conf.198. Ias. in §. si super. n.17. nisi in illo iuditio se defenderit. Aret.in l. 1. §. interdum, post principium ff. à quib.appell.lic. Franc. in cap. Pastoralis col. fin. De Appellat. nec de nominato in sententia Franc. ibi nec de eo qui sciuit causam agi, per id quod ait Felin. in cap. cum super n.5.de Re Iudic. contra Dominicũ Spitaleri citatum quatenus sua putauerit interesse, & nominatum in libello, in Prouidẽda fuit interlocutum quod non admictatur pro Vincẽtio Cipulla 26. Septemb.13.Indition.1539. De limitat. de sciente D.meus in cap.Sua nobis col.fin. De appellatio.

C A P. CXL.

IBi *Summariè*. Vel vsus fuerit modo procedendi ordine summario in ordinarijs, vt quia processerit per viam cedulę, quod pertinet ad summarias causas, hanc extraxi à Ritu D. Blasci Lancea, vide quæ posui in cap.169.

Ibi *De sui natura*. Pro hoc dixi quòd etiam si in summaria de sui natura procedatur ordinariè non propterea ab ea appellatur, quia Ritus considerat naturam causæ, & causæ summariæ, de quibus in precedẽti capitulo habẽt naturam quòd nõ sint appellabiles, & multò magis Personæ miserabiles, quæ non videntur renuntiare priuilegio Miserabilitatis.Glos. in l.1. vbi Cin. C.Quand.Imp. inter pup. & vid. & ita vidi in causa Comitatus Sinopolis. hãc extraxi à Ritu D. Io.Aloisij Pro hac Apostilla, & hoc textu quòd scilicet attenditur natura causæ, non modus procedendi, Anchar. conf.78. & adde quòd sũmaria cõsensu partium potest effici ordinaria, non è cõtra Glos. in Clement. Sepè,in verbo irritandus, & in verbo partibus, de verbor. significat.

C

D

C A P. CXLI.

IBi *Recens*. Recens contumatia Rei facit vt non desinat esse talis. Bald. in l. si diutino. de Pęn.

Ibi *Carceratur vel præstat*. Quid si nõ carceraretur nec prę̃staret an valeat processus Bald. in l. Qui crimen. quæst.7. col.16. C.Qui acuss. non poss. dicit quòd non, sed vide ibi Apostillam remissiuè. Quid stante statuto. Alex. conf.37. lib.2. Quid in persona Illustri? quòd nõ l.Quoties C. de Dignitat. lib.12. Afflict. in Cõstitut. Humanitatem, nisi Fiscus prosequatur per illum textum. Quid in officiali accusato in Sindicatu vide Ant.car.12. col.2. & quòd non debeat stare carceratus, sed præstare iuridicam cautionem, tex.in l. vnic. C. vt omn. Iudic. ibi ita vt ab omni, sed videtur loqui specialiter in quibusdã officialibus, vt dictas principiũ,

E

sed

sed Rubrica est generalior scilicet vt omnes &c. sic generaliter videtur intelligere Bartholom. de Capua, & refert Afflict. qui dicit quòd ita iudicauit in loco infra allegando, & hic Ritus recipit interpretationem à d. l. vnic. sicut in Constitut. Humanitatem dicit Afflict. quod non seruamus, imò in multis locis prestãt etiam non accusati, & ab initio administrationis, & de iure ampliatur limitatio etiam si accusaretur de extorsione, per tex. in d. l. vnic. Paris. in verbo Barattaria. Quid de iure cõmuni pendente processu an accusatus vel inquisitus debeat stare carceratus. Alex. cons. 246. vol. 6. & cons. 289. vol. 2. pen. col. nu. 9. vers. quia quotiescunque apparet de innocentia carcerati.

A

B

Ibi *Fiet apertura*. Non est de ordine substantiali iudtij. Bart. in l. prolatam. C. de sentent. quæ &c. col. 2. quòd verum de iure communi, item in alijs publicat. preter primã super primo termino, quæ per hunc Ritum est de ordine substantiali, & forma.

C

Ibi *Ad reprobandum*. Nota quòd Ritus admittit reprobationem testium post publicationem. Quid fuerit de iure communi vide in cap. presentium, de testib.

Ibi *Acciperet*. Siuè ipsè sibi caperet, siuè datur à parte aduersa. Dec. in l. non videtur quisquam. De reg. iuris. vide Alciat. in l. aliud capere. De verb. signific. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo reuertatur nu. 159. C. de reuoc. donat. Rip. in l. Centurio.

CAP. CXLII.

D

IBi *Non recentibus*. Dicit Bald. cõs. 17. Quidam Tabellio. lib. 3. & Mars. cõs. 3. nu. 9. quòd si accusator multùm stetit ad accusandum quòd eius accusatio redditur suspecta, idem Mars. cons. 82. col. fin. & sufficit quòd proposuisset libellum, siuè actionem. Bart. in l. matrimonium. §. quinquennium. De adult. sed contra de l. miles. §. sexaginta de adult. & per illum textum in l. fin. vers. vltimo quæro in fine, De eo per quem fact. & quid si sit delictum continuatum vel reiterabile, vide Anchar. cons. 4. & quòd inspiciatur principium, Bart. & Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. de iureiur. pro hoc facit quia causa summaria potest effici ordinaria, non è contra, Glos. in Clement. Sepè, in verbo in omnibus, de verbor. signif. & ita fuit iudicatum pro Barone Sancti Fradelli contra vniuersitatem in Mense Aprilis 14. Indict. 1541.

E

In fine tex. Quid de iure cõmuni. Bald. in l. 1. quæstio. 4. de Condict. Indebet. Glos. & Afflict. in Constitut. Hac Lege. Ang. in verbo, qui iudex dictum processum publicauit, condemnatus verò in criminalibus capitaliter, etiam si appellet, non est excarcerandus cum mille fideiussoribus, Bald. in l. eos. §. super his C. de appellat. Afflict. in Constitut. Humanitatem. nu. 25. & 255.

CAP. CXLIII.

IN *fine tex*. Nec requiritur vbi nõ potest recipi lite non contestata. Ias. in l. 2. col. pen. C. de edend. vbi multa.

CAP. CXLV.

IN *Rubrica*. Est cap. 117. fol. 38. à tergo, vide quæ ibi posui propter maiorem copiam marginis, & vide Constit. post citationem, & Constitut. Actorem. §. fin. & Constit. Priusquam, lib. 1.

Ibi *In causis arduis*. Quid si venit pęna fustigationis, videtur de arduis, quia propter ignominiã æquiparatur morti Bald. in l. transfigere. C. de Transact. Socc. cõs. 157. col. pen. Sed cap. 360. eiusdẽ Regis exprimit pœnas, in quibus subintrat, cessio autem litis prodest reo, etiam si non exprimat omnes qualitates. Bald. cons. 378. vol. 4.

Ibi *Vel per contumaciam absente*. Quid si ante incusatam cõtumaciam cedat accusator in casu in quo Fiscus poterat principaliter agere, vt in nece appostata, an Fiscus poterit prosequi principaliter? Determinatum fuit quòd nõ in causa de lo Liali, nescio quo fundamento, puto malè, & contra illam determinationem quòd possit Fiscus tũc principaliter agere, vide Alber. in l. Libellorum §. fin. de accusatio, & ibi Bart. col. fin. ibi, & secundum opinionem quam teneo, allegat Alber. text. in l. cum Maior. §. accusasse. de Bon. liberto. qui dicit accusasse eum dici qui crimina obiecit &c. Duo sũt subintrare, & principaliter agere, hoc cap. loquitur de subintratione tantùm, de Altero loquitur cap. Item omnia Delicta publica, &c. Hæc actio sine prosequutione non tollit Fisco ius agendi principaliter, quia nemo dicit, & quia perinde est ac si non accusasset, contra Fiscum fuit iudicatum pro Simone Failla nõ obstante allegatione mea 112. lib. 2. Allodial. reputaui iniustum, & pro me est Alber. d. l. Libellorum, in terminis Afflict.

in constitut. priusquam, 3. not. clarius Marant. de ordine Iuditio, n. 76. sed modo pro sententia M.C. vide cap. 360. Regis Alfonsi, quod tamen non fuit tunc allegatum nec cõsideratum, quod exponit vbi Fiscus potest principaliter agere, & in pręiudicium Fisci, & nota illud cap. 360. ad aliud, quia in arduis vult posse remicti vsque ad aperturam sed hoc est in supplicatione, decretatio autem est simplex, & non distinguit duo capita, vt facit supplicatio, & excipit ardua, & hęc responsio facit pro me contra interlocutoriam. M. R. C. quia exceptio illorum casuum refertur ad omnia.

Ibi *Concordare*. Vide constitut. post citationem, lib. 2. quæ facit differentiam inter gratuitam cessionem, & mediante pecunia, & ibi Afflict. quòd talis cessio est nulla si non acceptetur à Curia. Quid si pecuniam recipiat tertius? Dico idem, si sciente parte. Bald. in l. Non interesse C. quod met. caus. & in Constit. Prius.

CAP. CXLVI.

VBi est dubium an veniat pecuniaria pęna vel corporalis non debet accusatus relaxari fideiussoribus. Hyp. cõs. 4. nu. 4. nec vbi est pœna arbitraria, Paris. post Roman. in verbo, fideiussor. §. si iudex, col. 2. in fine, nec si aliàs exiuit de carcere, Paris. ibidem, quod non vbi venit pœna arbitraria, Grat. cons. 55. & ibi quod talis carceratur etiam pro pœna pecuniaria, quod si carceratus est infirmus vel vulneratus custoditur expensis suis.

CAP. CXLVII.

IN *fine*. Adde eumdem Regem in cap. 359. fol. 122. Quid de Mercatoribus, & alijs exteris. Felin. in cap. significantibus col. 2. de offic. deleg.

CAP CXLVIII.

ETiam si non petatur potest iudex condemnare ad restitutionem rei ablatæ. Crauett. cons. 53. Cor. cons. 273. vol. 1.

CAP. CXLIX.

AD hoc cap. vide cap. 359. Infra. an capitulis datis eodem die cũ Ritu, & nõ cõcordat in omnibus? & illi est stãdũ, vt patet per cap. 369. vbi ita expresse

A dicitur, & in hoc nunquam vidi animaduersum.

Ibi *Ad instar*. An ex hoc desinat esse publicum, ex eo quod tantum illi admictuntur ad accusandum. not. Bart. in l. 1. ad fin. de public. iudic.

Ibi *Quorum interest*. An vniuersitas vel Sindicus vniuersitatis possit accusare de homicidijs, & iniurijs factis per Barones singularibus psonis de vniuersitate. Oldrad. cons. 66. & 206. Bart. in l. 1. §. fin. de iureiur. Aret. Institut. de Iniurijs. §.

B seruus autẽ, in fine, postea vide D. meum cons. 61. col. fin. facit l. 2. Quod cuiusq. Vniuers. nomin. fuit iudicatum contra Sindicos pro Barone Sancti Fradelli Anno x. Indict. 1537. Hæres autem accusat de iniuria facta defuncto, non quia hæres, sed quia sua interest. Bart. in l. fin. de priuat. delict. Pern. cons. 55. Simon dicit quòd in reliquis remanẽt publica, & sunt participia, & quòd sui dicuntur vsque ad decimum gradum, Et quòd licèt iniuria fiat toti familiæ, tamen non admictuntur

C ad accusandum, & si occiditur existens in manibus Capitanei, Fiscus agit principaliter, non in priuatis. Lucas Pen. in l. fin. col. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. Afflict. in Cõst. Literas. col. 2. in 4. not. Fallit si tangitur interesse Fisci vel Regis, quia tunc potest Fiscus accusare, sicut quilibet priuatus, siuè intersit pecunialiter, siuè ratione iniuriæ. Isern. in const. beneficium, & propterea accusat de morte, vel iniuria Officialis, quia censetur ipsi Regi facta, & sic Rex potest accusare, &

D quia non conuenit vt ipse accuset, ideo accusat per procuratorem. Afflict. ibi. Item, & propter hanc rationem non haberet locum si propter priuatam inimicitiam offenderetur, iunctis his, quæ tradit Isern. in titul. Quæ sint regal. in verbo. Bona commictentium crimen, & ambæ Constitut. vt participatio, pro hoc etiam tex. hic ibi, lęse Maiestatis, & in quolibet Officiali locum habet, & commictitur. Franc. Lud. in Tract. de Crim. Lęsæ Maiestat. Sed hic Ritus refert se ad

E Constitut. Regni, quæ nõ ita latè loquitur ad rationem, quòd iniuria censeatur facta Regi, vide Alber. in l. si non conuitij. C. de Iniurijs. Et Fiscus potest agere in omnibus delictis publicis, de quo aliàs fuit dubitatum vt per Andr. & Afflict. quia Princeps est de populo, & accusat per procuratorem, & contra assassinum Iudex procedit ex mero officio. Puteus de Sindicat. Mars. in l. vnus §. cogitatur. nu. 65. De quæstio. De vsurario vide Cõstitut.

stitut. Vsurariorũ, & contra hoc cap. est cap. 359. fol. 122. & cap. 443. fol. 236. vbi de vsurarijs. An admictantur compater, & cõmater patrinus &c. Boer. decis. 233. part. 2.

Ibi *Læsæ Maiestatis*. Quid in crimine priuati carceris? Videtur publicum, quia incidit in crimen Læsę Maiestatis. l. vnic. C. de priuat. carcer. Cõtrarium fuit iudicatum per M. C. 13. Aprilis 1538. x1. Indict. pro magnifico Hyeronimo Montealto cõtra procuratorem Regij fisci, nec fuerunt carcerati vt puniantur à Barone quo casu secundum Lucam de Penn. in l. 1. C. de Cohortal. lib. x11. non incurritur pęna d. l. vnic. sed Plagiar. quæ est amica literę d. l. vnic. sed cõtra mentem Doct. vt ibi posui, & quòd etiam si vsurpet publicam potestatem non habeat locũ Ritus, facit quod expressè dicitur de falsa moneta, & nõ est crimen læsę Maiestatis. l. 2. C. de Fals. Monet. Item habet relationem ad Constitut. Regni, Humanitatem, sed tamen dic quòd fuit malè iudicatum, quia licèt non esset publicum, sed priuatum hoc crimen priuati carceris, tamen quia lęditur Maiestas Principis, Princeps vt pars cuius interest accusat per suum procuratorem, per not. per Andr. in Constit. Beneficium, & de quo crimine lęsę Maiestatis loquatur vide cap. 359. Modo vide quod in hoc casu pro Reo contra Fiscum allegat D. Io. Aloisi. de Septimo. Item vbi pęna est pecuniaria, licèt crimen sit priuatum, quilibet admictitur, vbi offensa non concernit certam personam, vt in Blasphemia, in Portatione armorum, si quid est appensum in strata &c. Angel. de Malefic. in verbo, Nec non ad quęrelam. Bald. in Rubrica. C. Qui admict. vbi etiã quid de extero an possit accusare de crimine publico, & Fiscus magis est dominus causę capitalis quàm ipsi litigatores. Bal. in l. Minimè in fin. C. de appellat. & vbi delictũ nõ respicit iniuriã certæ personæ Bart. & Imol. in l. 1. de public. Iudit. & in casibus, in quibus Fiscus potest principaliter agere Inquisitio est Remedium ordinarium. Afflict. in Constitut. Grandis. nu. 28. in fine vbi loquitur in delictis capitalibus, tamen eadem ratione in omnibus comprehensis in hoc cap. sed contrarium videturr stãte hoc Ritus capitulo, & capitulis Regni, quibus generaliter prohibetur Inquisitio, & permictitur tãtum certis casibus. D. meus in rubrica de Iudit. col. 7. versic. circa primã quæstionem in prim. lect. & Bald. in cap. 1. n. 5.

A quia omnis exceptio, quæ est con tra regulam, & est de officio Iudicis, est remedium extraordinarium. Bald. d. cap. 1. de offic. ordin. Aret. de Malefic. in verbo. Hec est quædam Inquisitio. col. 8. Bald. in l. Planè. de Petitio hæredit. & contra vsurarios Fiscus agit, Pern. cons. 67. & D. Bald. in l. 2. in fine C. qui testam. facer. poss. & quod omnia statuta sunt leges priu storum Iuditiorum, ex quo Infert quòd Bona non publicantur, nisi dicatur expresè, sed in illatione contra eũ

B tenet Paul. Alex. & Ias. vbi si occiditur in manu Capitanei Fiscus agit Pern. cõs. 55. & quilibet accusans de iniuria illata in Diuinam Maiestatem dicitur prosequi propriam, & suam iniuriam. Angel. in §. fin. Auth. Quomod. oport. Episc. & vbi pœna applicatur fisco, quilibet &c. Bart. in rubrica de popul. actio. Sed in contra rium est veritas, Roman. cons. 152. & seruabitur etiam quò ad forenses, & clericos, quia respicit ordinem. Bartol. in l. cunctos populos. n. 36. & 48. sed si pro-

C ceditur ad petitionem fisci vbi non potest, vel eius cui non competit ius accusandi processus est nullus. Andr. in constitut. Damna col. 3. Bald. cons. 426. par. 5. vbi quòd etiam post sententiam, & si proceditur contra absentem, & quòd fiscus nõ possit principaliter agere opponi potest etiam post litis cõtestationem, & irritatur processus. Grammat. Vot. 24. num. 16.

Ibi *Monasteria*. In omnium enim iniu-

D riam commictitur quod in religionem fit l. Monachos. C. de Hereticis.

Ibi *Quilibet de populo*. Ergo, & Rex per suum procuratorem. Afflict. in constitut. beneficium.

Ibi *In fraganti*. Intellige per officiales ad hoc deputatos, ad hoc vt habeat locũ hoc cap. & vt non detur terminus ad defendendum Andr. & Afflict. in Const. Humanitatem. 3. not. & constitut. Iuditiarij non per cal. 4. not. nu. 4. 5. 6. & 7. Bald. in l. Vtrum col. 1. & contra captum

E in fraganti proceditur executiuè. Bart. Bald. & omnes in l. Ictus fustium de his qui notãt. infam. sed benè dicitur captus in fraganti etiam si non capiatur per officiales ad hoc deputatos sed per consanguineos fortè offensi, vel alios priuatos, & multò magis si per alios officiales non deputatos ad hoc Andr. & Afflict. vbi supra, vbi an debeant recipi in testes qui ceperunt, quos Andr. dicit loco accusatoris esse, & ibi Afflict. dicit quòd si captus confitetur de plano debet pars citari, quod

ri, quod est contra ea quæ scripsi ad l. 1. ff. de Quæstio. & quòd si negat debet torqueri, & quòd si negat, & est conuictus per testes de visu, torto pertinaci debet dari terminus ad defendendum, & debet condemnari etiam ad mortem, si sunt testes de visu, aliàs non condemnabitur ad mortem, & quòd non debeat seruari ordo iuris, & plura alia notabilia, maximè quòd statim procedatur ad torturam contra dictum, dicit Bald. in l. Fugitiui, col. 2. C. de seruis fugitiuis, & de capto infraganti, vide tex. in l. 1. C. de rapt. virgin. & in l. Raptores. C. de Episcop. & cler. & d. l. ictus, & in l. de sensores la 3. C. de defens. Ciuitat. & d. constitut. Iustitiarij, Marsil. d. l. vnius. §. cogniturum. De quæstio. vide que dixi ad l. ictus, & videtur magis priuilegiatus si proceditur sine accusatore, Andr. d. Constit. Humanitatem. A B

Ibi *Nullo comparente*. Hic non dicitur quòd Quilibet de Populo admictitur, & reuertor ad tex. ibi quorum interest, & quæro an Filia accuset de iniuria facta patri, vel offensa citra mortem, & quid in vxore, Matre, Sorore, & similibus. vide l. si fœmina C. Ad Turpill. vbi Salic. & Alber. Ang. in l. de crimine, C. qui accus. non poss. l. 2. vbi posui, de iureiur. l. Lex Cornelia, vbi Bart. eod. tit. vbi scripsi, latè Bart. in l. fin. de priuat. delict. qui tenet quòd etiam in priuatis delictis admictitur, & ita vidi multoties practicari, Aliqui ex prædictis dicũt quòd possit in crimine publico, alij quòd in nullo citra mortem. Quid in iniuria facta Pastori meo, Bart. & Bald. in l. si quis homicidij, vbi addidi, C. de accusat. Quid si insultet me, & occidat scutiferũ meum, & accusem de nece, Speculat. de accusatore, col. 2. prim. part. An de nece tutoris, ibi col. 6. sed non loquitur stante hoc Ritu, potest tamen argui. C D

CAP. CL.

DE Reaccusationibus tradit Mar. in cap. 1. num. 64. & 88. prim. col. de Mut. Petiti. E

CAP. CLII.

IBi *Barrattandis*. Hoc verbo vtitur Glos. in l. si fideiussor, §. fin. Qui satisd. cogant. vide Paul. qui exponit, idest trasportandis.

CAP. CLIIII.

QVid si promisi tibi centum hoc pacto vt si infra mensẽ soluerim quinquaginta sim liberatus à toto. Bald. in l. 1. in 4. oppositione. C. de his quæ pœnnom. De promissione Mariti de habitando in Patria vxoris sub pœna, Abb. & Canonistæ in cap. 1. qui Matrim. accus. poss. Cauthelam, vt hæc pœna exigatur, ponit Roman. cons. 143. Si debitor iurauit soluere in pluribus terminis, & si defecerit in primo, possit exigi totũ, quia amictit exceptionẽ propter periuriũ, Ruin. cons. 172. in princ. lib. 4. Alber. Brun. sed vide rationem Ruini.

Ibi *Exigatur*. Regulatur l. si quis maior C. de Transact. Sed quid in cõtractu cõpromissi necessarij vigore cap. Regni 85. Regis Caroli, vide Ias. ibi 4. not. Hyppol. in l. 1. §. præterea, col. 5. in fine, de quæstion.

CAP. CLV.

IBi *Insultu*. Sic confunditur insultus cum percussione, nisi maior pœna ponatur pro insultu, Bart. in l. numquam plura, col. 4. in princ. in verbo, ex hoc quæro, de Furtis, & pro hoc dico malè dixisse eos, qui dicunt nõ posse dari quatuor ictus fustium euaginanti ex eo quia percussit vulnere paruo cum posset si nõ vulneraffet, nec est etiam ratio vlla quòd delictum additũ delicto minuat pœnã, ad quod Salic. in l. qui de crimine, col. fin. C. de Accusatio. & ibi an sit necesse quòd vna pœna sit punitus, vide Alber. Brun. vers. Arma, Afflict. in Constitut. Intentionis, & in Constitut. si quis aliquem, rationem ponũt Bald. & Alij, in l. Aduersus. C. De Furtis, vbi quid in præparatorijs aliorum criminum.

Ibi *Captus infraganti*. Proceditur executiuè Angel. in l. Ictus fustium. de Iniurijs.

CAP. CLVI.

POena Periurij quæ sit, vide Ias. in l. Si quis maior C. de Transactio. Et ex Constitut. Regni Eos, qui scienter, est pœna Manus, & in constitut. Summo periculo, vbi quod etiam si extra iuditium.

CAP. CLVII.

ALiquos Casus, in quibus non tenetur subire, Aretin. in l. 2. §. quod obseruari, C. de Iureiur. propter cal.

CAP.

CAP. CLVIII.

Concordat l. Iurisiurandi. C. de Rebus Credit.

In fine tex. An saltem extra ordinem, ex his quæ tradit Grammat.conf.93. cũ doctrina Marant. 6.part. princip. Act.4. nu.2. Accusatum autem per Iudicem puniri hæc verba non conueniunt pœnis legalibus.

CAP. CLIX.

Ibi *Nulla excusatione*. Vide Iaf. in conf.144. lib.4. & in Constitut. ædictorum, In fine, Moderni in rubrica in ius voc. vt eant.

Ibi *Purgato*. Et etiam cancellato, aliàs semper durat effectus Banni, etiam soluto iure purgationis Bald. in l. labeo. §.1. in fine. de Pactis, Iaf. in §. Condemnatum nu. 36.& 37.

CAP. CLX.

Ibi *Iniunctum*. Hãc Iniunctionem potest facere iudex ex se nemine petente, Bald. in l. qui crimen, quæst.6. C. qui accusar. non poss. & ita aliàs obtinui. Et adde quòd nisi iusserit præsentare, pœna non potest exigi, Aret. l.4. §. cato, quod dictum non frequentatur quia fortè paucis notum est, & tenetur præsentare etiã post sententiam. Bart. in l. Si quis, ff. de Custod.reor. licèt dicat aliter esse in fideiussore de Iuditio sisti, vide Bald. in l. qui crimen. 3.quæst. C. qui accus. non poss. Ruin. conf.150. ex his. col.3. nu.5. & 6. dicit esse propter verbum, quandocunque, sed Bart. non videtur in eo facere fundamentum.

Ibi *Sed fit executio*. Continet ius commune quia cõtractus factus in iuditio habet vim confessionis, & ex contractu iuditiali oritur officium Iudicis in quo proceditur executiuè, Bald. in l. qui crimen, quæst.6. C. qui accus. non poss. Paris. In verbo fideiussor officialis.

Ibi *Certa pœna expressa*. Vidi quandoque seruari in fideiussionibus stipulatis in forma, sed euenit sępè in aliquibus qui recipiunt aliquem sub fide sua, hi enim censentur fideiubere de præsentando, Salic. in l. fideiussor, & in his etiam qui recipiunt in carrico.

Ibi *Reo principali presentato*. Dicebam non esse correctam l. sancimus, sed habere locum quando à principio in

A fideiussione est dies, & pœna, sed quando est sine die, & fit iniunctio mandato iudicis, requiritur etiam copulatiuè quòd fideiussor sit carceratus, quia hoc capitulum loquitur, in reliquis non loquitur, & ll. correctio est euitanda, l. præcipimus, C. de appellatio, & quod nõ Immutatur cur stare prohibetur? & obtinui bis.

In fine tex. Hi non habent benefitium excussionis Roman. & alij, post Alex. in l. 2. §. si quis nisi ff. qui satisd. cogant.

B Afflict. in Constitut. Humanitatem. 4. not. quem vide, & nõ est propriè fideiussor, Bald. in loco allegato per me lib.2. Et hodie cessat in Regno hoc benefitiũ excussionis per Constitut. Si ciuiliter agens, vbi Afflict.

CAP. CLXI.

Ibi *Iuditium Rei assumere*. Facit tex. in l. quia, §. fin. ff. de Alienat. Iudit. mut. cau. fac. & quid in Custode carceris

C quando aufugit carceratus pro leui crimine, tradunt Andr. & Afflict. in Constitut. Custodes.

CAP. CLXII.

Vide in Capitulis eiusdem Regis cap.426. & quæ ibi posui.

CAP. CLXIII.

Vide Io. Baptistam de Sancto Se-

D uerino in Tract. de debitore suspecto, & fugitiuo, col.2. & Felin. in cap. Pastoralis, §. cum autem, col.1. de offic. delegat. Bald. in l. addictos. C. de Episcopal. audient. De ligato sub fideiussione, qui metu Iudicis minantis, vel grauatis venit ad Viceregem, Paris. in verb. Fuga officialis, Gramm. Vot. vltimo. de fugiente à custode, vinculis, vel carcere, facit l. capitaliũ. §. qui ad statuas. de Pœnis. l.1. de his, qui ad statuas confug. & de materia in cap. Oratio. De appella-

E tio. & dixi Alleg. mea, in fine, Non ergo habet locum in fideiussione de detinẽdo certum locum pro carcere, & inde fugiente, nec se presentante in M. C. dixi latè lib.2. fol. 234. & etiam in illa causa obtinui. Et si officialis misit familiam ad capiendum, non propterea liberatur fideiussor, quia nullo iure cauetur, Cœpol. conf.25. quid si iudex dixit quòd volebat suspẽdere, Paris. in verbo. Fideiussor, vbi subdit aliam, & subtilem quæstionem, & aduer-

& aduerte quia ambo vidētur loqui quādo pœna applicatur officiali doloso, ratio tamen ex l. vnic. C. si qua pred. po. &c. & fideiussor de presentando in criminali tenetur etiam lata sententia ipsum præsentare pro executione, licèt secus sit de iuditio sisti. Bart. in l. si quis Reum. n. 2. Paul. in l. 2. §. fin. qui satisd. cogant. Cœpoll. cons. 25. Bart. ibi num. 5. tradit qualiter debeat concipi, de illa decisione Bart. quo casu procedat, vide Luc. de Penn. in l. si quis Decurio, nu. 15. C. de Decurionib. lib. 10. quid autem lapsa Instantia? procedit Iudex ex officio in exactione, nec requiritur libellus. Bart. in l. si quis Reum, in fine. Quid si pro accusato de vulnere, & postea sequuta morte. Luc. de Penn. in d. l. si quis Decurio C. de Decurionib. lib. 10.

C A P. CLXIV.

IBi *Et se eximere*. Roman. Alex. & alij. in l. facere. Solut. Matrim.

C A P. CLXV.

PRo limitatione, & declaratione, vide Alex. in l. si finita, in princ. De Damn. Infect. & text. in l. si duo. §. fin. de arbitr. & l. cum quærebatur. Iudicat. soluend. & in l. si ita stipulatus, de verbor. obligatio. Ang. cons. 278. Ias. in l. 1. si quis in ius vocat.

Ibi *Toties*. De hac clausula, vide tex. & Docto. in l. si duo. §. fin. de Arbitr. & de clausula semel, & pluries vide Bart. in l. quid tamen, eod. tit.

Ibi *Tribus*. De iure cōmuni, duobus tantum Angel. in l. 2. §. qui exhibendi. De custod. reor.

C A P. CLXVI.

ALiqui intelligebant hoc cap. etiam in Stupro pueri quod reprobat Per. cons. 67. Quid in stuprata voluntariè, Aret. in verbo, che mi hai adulterato, col. 15. vers. quæ sit pœna stupri. Quid si nō est viripotens. l. si quis aliquid. §. qui nō dum. de Pœnis, Nec est hodie correctū. Aret. cons. 16. & præscribitur quinquennio, Pern. cons. 67.

Ibi *In quinquennium*. De iure cōmuni non erat taxatum tempus, & procedebat in Plebeo, in nobili verò erat pœna publicationis dimidiæ partis omnium bonorum. §. 1. Institut. de Publ. Iudic. Sed limitabatur tribus modis, vt per

A Odoffred. in l. Vnic. C. si quis eam cuius tut. de stuprante Immaturam, Grammat. Decis. 22. Afflict. Decis. 276. Incip. Serenissimus. De Osculante Puellam inuitam, quæ sit pœna, Afflict. ibidem. De tentante corrumpere virginem Immaturam, dixit Bald. in l. 1. in 2. lect. Quod quisque Iuris. quòd non punitur ad mortem.

Ibi *Violentia*. Quomodo probetur, & quando probetur ex eo quod visus est tenere subtus clamantem & satagebat &c.
B & fortè quia non consumauit. vide Constitut. in Quæstionibus, lib. primo.

C A P. CLXVIII.

IBi *Etiam viaticæ*. Idem erat de iure communi, l. qui crimen. C. qui accus. non poss. qui textus loquitur quādo succubuit Actor, sic l. eum quem temerè, De Iudic. & l. non ignorat. C. de fruct. & lit. exp.

Ibi *In causis Ciuilibus*. Idem erat de
C iure communi, etiam si temerè egisset, ne dum si calumniosè, vt dicit Ritus. d. l. eum quem temerè, De Iudic. & quando calumniosè est. d. l. Non ignorat C. de fruct. & lit. exp. tamen in Ciuili propter temeritatem hoc in Regno non veniunt expensæ, & hoc iure vtimur, nisi in quibusdam casibus spetialibus, vt in reuocatione literarū per R. C. & in spolio, quia veniunt appellatione dānorū, & Interesse, fortè propter hunc Ritū, sumpto argumento à contrario sensu verbi
D calumniosè, quia in sensu directo nil operaretur. Quid si accusatus condemnetur ad ciuile, & liberetur à criminali, cui taxantur viaticę? videtur quòd accusato, quia veniunt pro criminali, à quo liberatus est, Contrarium seruatur, quia taxātur, & soluuntur accusatori, quia accusatus est cōdemnatus ad expensas, damna, & interesse.

In fine tex. Adde Guid. Pap. dec. 269. Marsil. cons. 36. & dixit Isern. in cap. 1.
E §. si quis hominē, de Pace Tenend. quòd denuntiator habetur pro accusatore, allegat. cap. 2. de Calum. Et dicit Bald. in l. Si quis, ad leg. Iul. Maiest. quod sicut torquetur actor, sic Instigator, & consultor.

C A P. CLXIX.

IBi *A Magna Curia*. Ergo nec ab emergentibus, & ab interloquutoria. Bald. in l. 1. C. de offic. præfect. Præto. Abb. D. meus & alij, in cap. Pastoralis, de Appel-

de Appellat. de quo vide tamen Alex.in Rubrica de Re iudic.facit quod in criminalibus, maximè capitalibus non potest appellari nisi post sententiam diffinitiuā. l. Eos. §. super his, vbi Glos. & Doctor. C. de Appellat. quod possit ab intermedijs. Bald.in l. si ex causa. §. nunc videndum. De Minor. Marsil. conf.80. col.2. & 3. Item nō videtur procedere vbi sententia est nulla, nec vbi iniustitia est notoria, Marsil. conf.81. vltimo dubio,subdens quòd aliàs si sic intelligeretur, nunquam admicteretur Appellatio, nec valeret, Plures limitationes possent notari ex traditis per Albert. Brun. in verbo. Appellare. Sed quicquid scribāt ipsi seruamus magna obstinatione, vt nec aduersus diffinitiuā nec interloquutoriam admictatur remedium aliquod, etiam si sit lata per vnum, cęteris absentibus, vel suspectis, de iure communi etiam tollitur Appellatio, vt in alijs casibus, vt in casibus l. Quoniam multa facinora. C.ad leg. Iul. de vi Publ. & l. 1. §. quibus. C. de Rapt. virg. Quid si ex offitio petantur damna, & interesse, vel expensę an quò ad ea possit appellari, vide Bald. cōs. 119.in nouis,in antiquis verò est cōs.285. lib.2. In causa Mag. Io. Matthei de Diana contra No. Blasium Timpanello fuit Actio criminalis cum petitione ciuili, nō ex officio, & oriebatur ex diuerso facto, fuerat processum summariè, fuerat appellatum quò ad ciuile, scripta Appellatione, & Introducto processu, fuit interloquutum quod deleatur appellatio, & non audiatur,in Mense Martij. 9. Indict. 1536. & in M. C. non seruatur decisio Baldi.

Ibi *Admictatur appellatio.* Nec ergo supplicatio. Dec. in cap. Pastoralis. De Appellatio. Paul. in l. si quis aduersus.C. de Precib. Imperat. offer. Videtur quòd possit dici de Nullitate sententiæ latæ cōtra clericum coniugatum, qui debuit remicti, etiam si nemo allegasset priuilegium clericatus Alex. conf.149. in fine. vol.6. Marsil. in Pract. §. Opportunè.

CAP. CLXX.

IBi *Sacros Canones.* Vt est cap. Ita quorundam, cap. significauit, cap. quædam olim, & cap. ad liberandum, extra de Iudit. copiosius in extrauag. Io. 22.& extant multa Clem. quint. In extrauag. communi dixi In Allegat. Incip. Natalitius, lib.2. quem feci condemnari ad re- A migandum, quia transmisit hastas zagagliarum ad Mon. licèt oppidum Regis Tunisij confiderati, & tributarij Domini nostri Imperatoris, & Regis 1541. 15. Indict.

Ibi *Leges.* Vt l.1. & 2. C. Quæ res export. l. cotē ferro, in princ. de Public. l.4. ad leg. Iul. Maiest. & cap. 83. constitutionum Regis Fiderici, fol.31.

In fine tex. De iure ciuili est Pęna capitis, & bonorum publicationis. l.2. C. Quæ res export. De iure autem Canonico excommunicatio, à qua nisi à Papa, & B in mortis articulo absolui potest, & facta satisfactione scilicet quòd det tantum ad acquisitionem Terræ Sanctæ, quantum transmisit, & si capiantur fiunt serui capientium, sunt intestabiles, & Infames, in capaces ex testamento, & ab intestato, & interdicuntur ab officijs publicis, hostes fidei sunt, & publicè nūtiantur, & bona confiscantur, vt in extrauag. Multa. de Iudeis, & Saracenis, & in generali potestate absoluendi non cōprehendun- C tur, vt in extrauag. Et si Dominici, de Pœnis, & Remissio. & spectat ad Admiratum perquirere naues, aliàs Ipse vel sui officiales puniuntur, vt in capitulis Admiratus habetur.

CAP CLXXI.

IN *Rubrica.* Prout regulariter est, nisi Ius exprimat quòd sit summaria. l. iudices. C. de Iudic. Lanfranc. in Clem. Sępè, in verbo, simpliciter in fine, quod D clarè deciditur per istum Ritum.

Ibi *Dierum duodecim.* Possunt partes prorogare, sed post factum non possunt facere, vt testes recepti post terminum habeātur pro productis in termino, Iser. in Constitut. Appellationum tempora.

Ibi *Publicatio.* Vide supra fol.90. in princ. & quare requiratur, & quando nō, Ias. in l.2. col. pen. C. de edend.

Ibi *Ex causa secunda.* Si habuit has duas in causa principali, vt in causa petitionis hæreditatis, nō dabitur alia in cau- E sa liquidationis. Afflict. decis.35. Incip. si Actum.

Ibi *Reprobantes.* De iure communi licebat, sed non vltra scilicet reprobare reprobantes alios reprobantes, cap. licèt deleatur. De Testib.

Ibi *Extra Regnum.* Contra petentes hos terminos, vide omnino Anchar. & Alios in capit. Statutum. §. proferendo. vers. expressas. De Rescript. in 6.

CAP.

A

CAP. CLXXII.

SI Restitutiones fuerint in causa principali, non conceduntur in liquidatione. Afflict. decis. 35. De materia vide Eundem, decis. 114. Et quid in Authore laudato persona restituibili, vide eundem Decis. 15. Quid si pendente Iuditio efficiatur Maior? Afflict. decis. 210. & quid si Minor, vel Fœmina moriatur post publicationem, an masculus maior habeat restitutionem mortui? non decidit, Capic. decis. 109. in causa Domini Ducis, & in Decis. 110. dicit quòd potest, & omnis restitutio conceditur Fisco, vt in Constitut. Beneficium. Afflict. d. Decis. 210.

B

Ibi *Indiuidua.* Vt si agatur de Seruitute, Glos. in l. vnic. C. Si in vna ead. cau. in integ. restit. Afflict. in Constit. Oscuritatem, quæst. 14. n. 18. & Decis. 213. vbi quòd idem si agatur hypothecaria contra plures heredes, qui possidebãt in communi, secus si diuisim, pro qua decisione, & hoc textu est tex. In l. si communem. Quemadmod. Seruit. ammict. & vide ea, quæ ad illam legẽ cumulat Felin. in cap. 1. De Prescript. Quid si sit connexa eadẽ causa defensionis, & ratio vincendi, vt in capit. pen. de Re Iudic. & in l. 1. C. si vnus ex plurib.? videtur quòd gaudeat, & videtur decisio Bald. in l. 3. §. sed vtrum ad finem, De Minor. qui in his terminis loquitur, contrarium videtur per textum in l. 2. C. si vnus ex plurib. pro quo vide Glos. in d. l. vnic. & d. Decis. Afflict. quoniam loquitur in pluribus heredibus, qui diuiserunt & Bald. aut voluit loqui in Indiuiduis, aut loquitur contra d. l. 2. & non loquitur stante hoc Ritu, dicebam tamen sẽper intellectum, & practicatum, vt prosit, quando est eadem origo personę, & causa defensionis iuxta terminos l. 1. C. si vnus ex pluribus, & l. sepè. De Re iudic. ac capit. Quamuis. De Re iudic. & ita seruat M. R. C. & ita obtinui primo decembr. XIII. Indict. 1539. pro Magnif. Vincentio Genuisi contra Magnif. Procuratorem Reg. Fisci, si agatur pro indiuiso contra plures pro indiuiso possidentes, vel vt vendant, vel retrouendant, quia obligatio rẽ tradi est indiuidua. Soc. Nepos, in cons. 2. lib. 2.

C

D

E

CAP. CLXXIII.

IBi *Simpliciter.* Quia secus si expressit vnum. Bald. in l. si ex falsis, colum. 2. num. 9. versic. venio ad quæstionem, C. de Transact.

CAP. CLXXVI.

IN *fine tex.* Debet etiam dare expensas, vt in Constit. Lege presenti, De dand. Aduoc. lib. primo.

CAP. CLXXVII.

IN *Rubrica.* Nota hoc cap. pro habẽtibus Merum, & Mixtum Imperium sine clausula Abdicatiua, vel quòd non extrahantur, & adde cap. 61. Reg. Martini infra fol. 83. & an habeat locum in locis Demanij tantum, quia dic. t Capitanei. Ad tex. faciunt quæ tradit Felin. in cap. Nõ nulli, col. 1. & 2. De Rescript. & an debeant delegari in loco causæ breuiores, Felin. ibi.

Ibi *A Decem vncijs.* Pro Baronibus in quibuscunque causis ciuilibus, vide Bald. in quæst. 43. in l. 1. De Rerum diuis. & & Constitut. Regni, quæ limitatam dat Iurisdictionem M. R. C. vt in Constit. statuimus, Afflict. in cap. 1. §. si quis aliquem n. 15. in titul. De Pac. Tenend. ait quòd Barones habent primas causas in ciuilibus de iure, & si primò ceperunt cognoscere de causa, tunc superior non cognoscit, nisi in defectu retardatæ Iustitiæ, & quòd possint Baiuli, seu ciuiles Curiarum, & Barones cognoscere de quibuscunque causis ciuilibus, exceptis feudalibus, vide constitut. locorũ Baiuli.

Ibi *Existens in loco.* Et sic Princeps, & Papa concurrunt cum quolibet ordinario in Iurisdictione, & potestate. Bald. in cap. 1. in princ. col. 1. Qui feud. dar. poss. & in cap. 1. in princ. Quis dica. Dux, Com. vel March. post Io. Monach. in cap. Si eo tempore De Rescript. in 6. & D. Meus cons. 124. col. 2. in fine, vide tamen ad hunc Ritum tex. & Docto. in l. si in aliquam, §. cum plenissimam, De offic. Procons.

CAP.

CAP. CLXXVIII.

IBi *Non possunt*. Ad hoc vide Bald. in l. Senatus ad finem, C. qui accussar. non poss.

CAP. CLXXIX.

IN *Rubrica*. Dummodo videatur. Bald. in terminis in l. 2. §. & filius. ff. Qui satisd.cogant. Marf.conf.81. vltimo dubio col.2. Idem in sententijs Aliorum Iudicum non habentium Territorium, Bald. per illum tex. in l. Episcopale. C. De episcopal. Audient. vbi etiam an requirantur literę Iudicantis, Docto. in l. Iuditio in princ.& in §. sententiā Romę.

In fine tex. Et sic videtur quod in Regno agatur ex sententia seu Laudo Arbitri, & executio causatur vigore ipsius laudi, secus est de iure communi, quia causatur vigore compromissi, & Laudū venit ad liquidationem, Bart. in l. 2. de Arbitr. & hoc cap. non repugnat quin possit, & hodiè fieri,& fit in M. C. & ex hoc sequitur quod redditio ad arbitrium Boni viri debet peti coram superiore Arbitri, Bart. in l. 2. C. vbi, & apud quem in integr. restit. vide Matth.de Afflict.in Decis. 117. vbi quòd executio detur ex sententia Arbitri quando est emologata, & iste Ritus Intelligitur de sententia valida, & si est nulla,licèt fuerit approbata à partibus, non habebit executionem. D. Meus conf.499. ad finem.

CAP. CLXXXI.

IBi *Oculorum*. Vide tex. in l. si corruptione. §. ad officium ff. Fin. Regund. & ibi Doctores.

CAP. CLXXXII.

IN *Rubrica*. Si dubitetur cuius sit Iurisdictio, vide text. in l. iure ff. Ad Macedon. si citat M. C. adipsam Mag. Cur. spectat cognoscere l. si quis ex aliena. De Iudit. l.2. Si quis in ius vocatus non ier. Bald. in cap.1. col.1. De Inuestit. in marit. fact.

A *In fine tex*. Secus erat de iure communi Bart. post Glos. in l. 1. ff. Nil nou. appell. pend.& in l. Chirografis,§.1. De Administr. tuto.Glos.& Docto.in cap.1. De Dol.& contum.Ias.in Auth.Ad hoc, C. De Iudic. rationem dat Paul. cōs.29. vol. primo.

CAP. CLXXXIII.

B IN *Rubrica*. Persona restituibilis restituitur aduersus horum fatalium cursum infra quinquaginta dies, sed infra quadriennium secundum communem opinionem, Alex. conf.175. Incip. Vniuersitas.

Ibi *Infra alios*. Sufficeret infra 30.seu vltimos decem dare totum, Bald. conf. 48. in 5. part. & ad hunc tex. vide plures quæstiones per Afflict. in Constitut. Appellationum tēpora, ad quem recurritur, & ad eosdem in cap.1. §. fin. Quo C tēpore Miles. & an Princeps possit prorogare hunc terminum, vide Luc. de Penn. in l. vtilitas. C.De Primipil.col.1. lib. 11. & quid si non sollicitauerit Principem vt deleget causam, Alex conf.19. vol.1.& conf. 163.vol.2.Marsil.Sing.51. Grammat. Decis.13. Grat. conf. 100. lib.1.dixi Allegat.incip.Appellatio,lib.3. Quando Appellatio est deserta, si procedatur in appellatione etiam consensu partium an processus sit nullus, & sentētia transeat in rem iudicatam? vide Cle- D ment. si Appellationem, & ibi not. De Appellat. vel non sufficiat vnum non fieri vt sit deserta, l. si is qui, §. cum ita. De Rebus Dub. D. Meus in cap. Inter ceteras, De rescript. & an cessante impedimento teneatur prosequi? habet tunc alios dies quinquaginta, Clement. Quamuis. De Appellatio. Abbb. in cap. Ex ratione, quæst. 3. col.5. vide tamen ibi.

Ibi *Possit pars*. Inducit necessitatem causatiuam propter subiectam materiam Bart. in l. Gallus, in princ. & quia indu- E citur commodum & facilior expeditio appellationis, Intelligitur quòd actus sequatur potētiam, & cum effectu habeat. l.3.§.si quis sic accipit libertatem, De statulib.Bart.in l. 1. de Iniust. testament.

Ibi *Exinde*. Idem post habitionē processus, infra tamen quinquaginta dierum spatium, ne corrigat Constitut. Appellationum tempora, verius quia est aduerbium temporis, & respicit tempus quin-

quaginta dierum, & post habitũ, & hoc iure vtimur, & debet hoc facere quàm citius potest, Alber. in Rubrica de Tempor. Appell. col. 1. & relinquitur arbitrio iudicis attenta locorum distantia l. Præses, vbi Glos. & omnes, C. de Appellat. cap. Personas, extra eod. & propter diuersitatem distantiæ locorũ, nec ius commune, nec Ritus taxarũt terminum, nec dicunt Doctor. in d. l. Præses & d. cap. Personas, & currit iste terminus arbitrarius à die, quo potuerit habere processum, etiam si non habuerit. Angel. in l. Item veniunt. §. petita, lo primo, De Petitio. Heredit. & maximè quòd supra dixit, possit habere, & subdit, exinde, idest ex quo potuit habere. Ad idem facit regula capituli cum per eum stat, De Regul. iuris, in 6. & l. In iure ciuili, vbi D. Meus, De Regul. iuris, ac l. Iure ciuili, & ibi Paul. & Socc. De Condictio. & demõstrat. aliàs sequeretur absurdum scilicet quòd esset in facultate Appellantis quando inciperet currere hoc fatale, ergo &c. l. scire oportet. §. aliud autem, De excusat. tuto. Hæc, & dicta in præcedenti Apostilla dicebam in causa Friginti. In qua obtinui. Sic si habeat processum ante quinquaginta dies per text. & quod ibi notat Paul. & Aret. in l. si quis hæres, la 2. De Acquir. Hæredit. cætera vide in Allegationibus meis.

Ibi *Detentus*. Tunc ipso iure transit sententia in rem iudicatam, absque eo quòd declaretur deserta. Bald. in l. 2. C. vt lit. pend. quia censetur non appellatũ. Glos. Bart. & Alex. in l. eos. C. de Appellatio. practicam docet Angel. in l. si contra. C. De Appellat. & an sit protestandum de Impedimento. vide Felin. in cap. venerabilis. De Iudic.

CAP. CLXXXIV.

IN *Rubrica*. Quid si causa sit cepta in M. R. C. & ante conclusionem, vel post, recedente Mag. C. causa remanet piriuilegio vrbis? vide Bald. in l. certum, nu. 22. vers. idem dubitatur. C. vnd. legit. Alex. in l. 1. ff. si quis testam. lib. esse ius. & vide etiam Apostillas huius capituli. Fuit declarata deserta pro Mag. Federico Crispo contra Baronem Prizzi, 28. Nouembr. XIII. Indict. 1524. & 24. Martij. XI. Indict. 1558.

Ibi *Inchoatæ*. Quid si deuoluatur via grauaminis, seu Appellationis ab articu-

A lo emergente, & causa remaneat, quia fuit dictum esse illatum grauamen, vel exposcente Appellato licèt obtinuerit iuxta Doctrinam Bart. in l. eius. De Appellat. Recip. & Canonist. in cap. vt debitus. De Appellat.? videtur maior ratio propter maius tempus, quod exigitur, & tamen cùm Ritus sit correctorius nõ extenditur etiam ex maioritate rationis secundum communem opinionem Ias. in Auth. Quas actiones, C. De Sacr. Sanct. Eccles. Et Ritus dicit, In M. C. inchoatę, qualis non est ista, & tunc Iudex ad

B quem Subrogatur loco Iudicis à quo. Dec. in d. cap. vt debitus, ergo &c. Et tanto magis quando est declaratum non esse illatum grauamen non potest dici processus introductus via appellationis, obtinui 8. Iulij. 8. Indict. 1536. pro Comite Gollisani contra Nicolaum Barresi quòd declaretur perempta propter Rubric. quæ habet orationem perfectam, per not. in Rubrica de Action. & per Dec. in Rubrica. Si cert. petat. pro qua

C decisione facit quod decidit Bald. in l. Certum. col. 5. vers. item dubitatur. C. vnde legitim. & Alex. in l. 1. §. si quis autem. ff. de Successi. ædict. licèt aliter referat Albert. Brun. in Tract. Statut. in verbo, Potestas, col. 4. & Bald. sequitur Roman. d. l. Certũ col. fin. nu. 23. vbi limitat in Delegato, sed respond. quòd seruat tempora propria, non autem est tempus proprium nisi in duobus casibus, de quibus in tex. Ritus, inter quos etiam est hic. Item hic Ritus est contra text. l.

D Properandum, ergo debet intelligi de conclusione vera, l. vnic. §. hoc interdictum, De Fonte, l. 3. §. hæc verba, De Negot. gest. ergo non videtur habere locum quando processus mictitur in spolio de recenti infra triennium ante conclusionem, quæ missio habetur loco conclusionis, Imol. in Clement. prim. num. 13. De caus. possess. & propriet. Felin. in cap. Insinuante in fine. De offic. deleg. Propterea in spolio cõcluditur sicut in alijs,

E sed non expectata conclusione fit restitutio, & sic nõ sumus in casibus, in quibus non concluditur, de quibus loquuntur Doctor. & sic etiam concluso non datur terminus ad defendendum, & reprobandum nec admicterẽtur probationes absque restitutione, & leges correctorię nõ extẽduntur ex identitate rationis, etiã si sit ratio scripta, cùm non sit casus comprehensus sub lata significatione vocabuli. Alex. in l. Peregrè §. quibus, num. 3. & 4.

& 4.de Acquir.Possess.vbi ait esse cõmunem opinionem Canonistarum quòd nõ fit extensio, & subijcit dictam distinctionem in spolio militat quod dixi, sed in alijs, vt in commissa summariè, & de plano &c. videtur quòd simus in his quę sũt iuris, vt idem operetur fictio quod veritas per doctrinam Bart.& Aliorum, in l. si is qui. Pro Emptore.

CAP. CLXXXV.

IN *Rubrica*. Vide Bald. in l. Consentaneum, In fine C. quomod. & quand. Iud.

CAP. CLXXXVII.

IBi *Non Appelletur*. Si esset nulla defectu iurisdictionis esset appellabilis non obstante hoc Ritu, D.Meus cons. 360.In causis mercantilibus, vt sunt literæ cambij debet stari eorum stilo. Socc.Nepos. cons.26. lib.2.

Ibi *Solet*. Vidè Bart. in l. 1. in fine. C. Quand. prouoc. non est necess.

CAP. CLXXXVIII.

IBi *Soluerit*.Sufficit deponere dummodo notificetur parti, Iason in simili, in l. Sancimus, col.2. vers.sed occurrit nouum dubium,C. de Iudit. & ita practicatur dicit ipse, & ita hic fit. Quid si no soluantur, & procederetur parte non opponente an valeat processus ? videtur quod sic, per decisionem in simili Salic. & in l. vnic. col.2. vers. attende tamen quòd Agens de nullitate, C. Nè lic. tert. prouoc.& hic Ritus debet intelligi parte petente. l. Vniuersa C. de precib. Imperat. offer. & si sententia est valida, non sufficit oblatio verbalis, aliàs sic sufficeret verbaliter se offerre paratũ soluere quantitatem, quæ declarabitur, Salicet. ibi vers. quæro iuxta prædicta. Et ad hunc Ritum vide in simili, Clement.prim. De Re iudicata, ibi nullatenus admictatur &c. Et quòd sit nulla in simili de Statuto denegante audientiam Bannito. Bald. in l. Scire. §. quàtenus, De Excusat.Tutor. & ad quod dixi parte opponente vi-

A de supra in cap. Spolij, & est videndus Felin. in cap. Rodulfus, nu.48. De Rescript. & quòd non sufficit deponere, nisi quando victor dolosè recusat recipere, quia aliàs nõ esset solutio, sed satisfactio. Ias. cons.216. col.2. lib.2. D. Meus, cõs. 34. col. fin. Practica ista de deponendo fortè procedet, quia vt plurimùm nõ potest capi, nisi præstetur, quia supplicatur infra decem dies, vide quæ posui supra in cap. spolij, & Doctor. Ias. & D. Meum, ac Curt. in l. ędita, col. fin. C. de edend.

B dum loquuntur de refectione expensarũ, & statutum de solutione verificatur in oblatione, & depositione. Cassan. cons. 41. nu.12. & 13. An possit compensare? videtur quòd sic, quia cõpensare est soluere. l. Si debitori. Qui potior. in pigno. hab. Bart. in l. Diuortio. §. ob donationem, & compensatio est vera solutio, Paul. in cons. relato à Ias. in l. eum qui, §. si iurauero, nu.4. De Iureiur. & etiam si solutio sit in contradictione satisfit cõpensando l. si peculium, §. 1. De statuli-

C ber. & tamen conditio debet impleri in forma specifica l.qui hæredi,&l. Meuius. De Conditio. & Demonstrat. Et statutum loquens in solutione habet locum in compensatione Angel. cons. 132. Alex. cons.12. vol.2. Ias. d. §. si iurauero. In cõtrarium facit quia hic Ritus dat formã, & ait, nisi prius, & vbi est prius, & posterius, ibi est ordo, & forma Bald. in l.1. col.3. C. Ne lic. tertio prouoc. Felin. in cap. cum dilecta n.30. & tempus inducit formam, Bald. in Auth. Quæ supplicatio,

D & si est de forma ergo specificè impleri debet. cap.1. De Baptism. Bald. Angel. & Doctor. in l.1. De Liber.& posth. Alber. Brun. in Tract. de Form. & sollemn. in Rubr. De Imp. form. & sollemn. col. 10. fol.73. & col.4. Et quando forma est data à statuto, nil quamuis minimum mutari potest Bald. in cap.1. De Milit. Vasfall. qui cont. est, Brun. in 16.co. maximè quando loquitur prohibitiuè. Alex. & Ias. d.l.1. De Liber.& Posth. maximè vbi

E fieret ęquipollens per modum fictionis, Brun. co. 14. post medium, hic concurrunt omnia tria, Auth. Quæ supplicatio loquitur prohibitiuè, idest non admictatur, & compensatio est ficta solutio. d.l. si debitori, Felin. in cap. Suborta. col.2. Crot. in l. Gallus, §. & quid si tantum, col.4. in fine, post num.19. Tindar. De Compensat. in princ. Item statutum correctorium tradens formam non verificatur in casu ficto, Alex. in l.1. §. 1. col.3.

Ad Leg.

Ad Leg. Falcid. & iuramento non satisfacit compensans, cap. Ad nostram, de Iureiurand. Ias. & Crot. vbi supra testantur communem, sed potest responderi, quòd fiat prius vel postea, hoc est de forma, non modus solutionis, ita loquitur Bald. in alternatiua temporum, Alex. in d. §. 1. loquitur quando extenderemus ipsam correptionem, vt sic ius commune corrigatur etiam in casu ficto, tunc enim euitatur ll. correctio, hic secus est, quia non ampliatur correctio pro hoc, Imò restringitur potius.

Ibi *Carceratus*. Idem videtur si non fuisset expressum. Capic. decis. 169. in causa hæredum. Sed aduerte quia ibi satisferat executionem esse factam, Ritus noster requirit solutionem, & sic illa decisio, & rationes eius non faciebant.

CAP. CLXXXIX.

IBi *Casu quo*. Ergo non simpliciter, & communis est quòd non debeatur. Alex. in l. In Insulam, §. vsuras solut. Matrim. quia in d. §. vsuras remittit se, & de Dotario non debetur interusurium, Afflict. Decis. 291 vbi ita erat scriptum in margine manu Io. Aloysij de Septim. & vide in d. Dec. Et in Dote stãte hoc Ritu, & sine eo in Decis. 284. & 368. communem esse non valere statutum refert Capic. Decis. 65. communis opinio est quod non debeatur, tamen fallit in tribus casibus, Grat. cons. 56. vol. 1. Communem, quòd non valeat statutum, dicit Socc. cons. 56. col. 3. lib. 3. communem quòd non debeatur, nisi in casibus exceptis dicit Alex. cons. 141. col. 2. vol. primo. Sed vide Ias. cons. 92. vol. primo, qui dicit communem Legistarum, & Canonistarum esse quòd non debeatur, & ita testãtur Doctor. passim aliqua, vt Molin. De Vsur. nu. 256. Crauett. cons. 184. num. 6. Grat. cons. 56. in prim. vol. ponit tres limitationes, quando secundò nubit, vide Bart. cons. 128. Franciscus, qui tamen loquitur quando hæredes primi viri promiserunt secundo viro, Bald. cons. 86. vol. 2. qui limitat, si hæres sit pupillus, videtur loqui in non habente tutorem, Grat. d. cons. 56. sed contrarium Alex. cons. 141. & videtur de mente Bart. vbi supra, sed vt contrarios refert Crauett. cons. 189. col. pen. Quid si emisset fundũ, vel redditus &c. Paul. in l. Diuortio, in princ. col. 3. & ibi Claud. col. 4. & licèt videantur ibi aduersari, Alex. tamen sequitur in cons. 200. vol. 6. Addebam in facti contingentia quòd promiserat in instrumento maritus restituere cum refectione damnorum, & interesse, sic etiam lucrorum cessantium, Bart. & Doctor. in l. prima, C. De sentent. quæ pro eo quod inter. Alex. cons. 168. præsertim quòd de damnis fuit dictum expresse. l. Doli. de verbor. obgligat. cap. in genesi De electio.

CAP. CXCII.

IN *Rubrica*. De ea habes textum, in l. 1. & 2. C. de seru. exportand. l. si quis sub hoc, De contrah. empt. Bald. in l. creditores. C. de Pignor. l. Titius De seru. exportand. Afflict. in Constitut. Pacis. n. 25. Alex. in l. si cum dotem. §. fin. Augustin. in verb. & Bona eius public. Quid sit de iure communi. l. Procurator, §. si plures, & §. seq. De Trib. Roman. cons. 569.

Ad text. vide Bald. in l. pro debito. quæst. 1. C. de Bonis auth. iud. possid. qui dicebat quòd si merces extãt debent reddi venditori tamquàm ei generaliter obligatę per §. offerri, cuius opinio videtur hic approbari, reprobata opinione Bart. & commun. in l. si cum dotem, §. fin. solut. Matrim. sed etiam iure cõmuni tutus esset venditor si non tradidisset Ias. post Angel. & Salicet. quos refert in cons. 3. vol. 4. In Tributoria fit differentia inter rem venditam, & emptam ex pecunia. l. Procuratoris. §. si plures, & §. planè. De Tribut. & ibi Bart. quia merci magis quàm ipsi credidit, & de Iure communi secundum communem opinionem refert Ias. in cons. 3. col. 1. & 2. vol. 3. Incip. creditor habẽs hypotecam anteriorem, Fan. De Pigno. 2. membr. 5. partis. ampl. 12. nu. 8.

CAP. CXCIII.

PRo Limitatione vide tex. & Doctor. In l. Cum Minor, Rem rat. hab. Roman. cons. 55. Afflict. Decis. 292. Et in Decisionibus Afflicti quę fuerunt Domini Io. Aloysij de Septimo vide eius manuscriptum ad Decisionem 295. Incip. Magnificus Triolus. Nota ad Ritum in promissione de ratho quando fecit quicquid potuit non tenetur amplius, & videtur non habere locum in Minore promittente, Roman. cons. 120. & videtur loqui in obligato ad dandum, hic ad faciendum,

ciendum, ex illo conf. Arguebam ad mulierem promictetem de ratho, vt in meo Repertorio, in verbo Mulier. Quid si promictatur pro Minore, & minor sit lęsus, Anchar. conf. 330. Socc. conf. 215. vol. 2. col. fin. Ias. in l. si Pacto quo pœnam In fine C. de Pactis, & reliqua vide Infra, & super Bulla. A

CAP. CXCIIII.

QVid in Adiectione ex adiudicatione quæ est diuersa ab emptione, & in solutum datione, Bald. in l. fin. C. si in cauſ. iudic. pign. Rip. l. 1. ff. de Priuileg. credit. Tiraq. §. 1. Glos. 14. Quid si ipsius vicini non sit integra res, sed habeat rationem cũ alio, an recuperet totum prædium vicinum. Paul. conf. 221. In hoc passu, vol. 1. in nouis dicit quòd sic, quia obligatio rem tradi est indiuidua, quæ facit, etiam si res vendita sit communis consanguineo vendicari, & tertio, In contrarium faciunt tradita per Socc. conf. 16. nu. 51. vol. 4. Crot. in §. Cato. nu. 33. in tract. retratt. quæst. 9. & & istud Ius Prothomiseos cedi non potest, Alber. conf. 89. part. 1. Cuma. conf. 4. in fine, & transit hoc Ius ad hæredes, & potest cedi cum re, Paul. conf. 249. statutum Puduæ. Part. 2. Afflict. in Constit. Statuimus, in princ. nu. 42. & intelligitur à parte non à Iudice. Alex. conf. 52. vol. 1. Alber. tract. 9. quæst. 88. part. 1. & materiam Iuris Prothomiseos tractat in quæst. 87. vsque ad 98. inclusiuè, D. meus conf. 18. & conf. 586. In causa quæ Mantuæ, & de materia D. Meus conf. 88. & Distinctionem Alex. refert Io. Coras. in Miscell. 152. lib. 3. vbi de donatione, & transactione, & habet locum Ius accrescendi, Afflict. ibi in princ. nu. 43. & totũ fuit decisum pro No. Vincentio Chippidi cõsanguineo vxoris vendentis cum marito vltimo Iulij x. Indict. 1539. quòd scilicet admictatur ad totum per not. per Ias. in l. Stipulationes non diuiduntur. B C D

CAP. CXCV.

QVid si venditor velit redimere ex pacto, an præferatur cõsanguineo? Rip. post Alber. de Rosat. in l. 1. De priuileg. credit. In contrarium Afflict. in Constitut. Sancimus, in princ. col. pen. in fine, & hoc iure vtimur.

In fine tex. Vide l. cum eiusdem. De ædilict. edict. & in simili Ias. in l. scire debemus. D. Meus in conf. 421. & vide mirabilem decisionem Petri de Besutio d. l. scire debemus relatam per Petrum de Mont. in Apostilla ad Gozadinum in l. 2. C. De Pactis inter empt. & vendit. quæst. 20. cart. 9. col. 1. vbi quòd nõ potest recuperare vnum de duobus fundis datis in solutum separatim, & in diuersis pretijs.

CAP. CXCVI.

HOc cap. habet locũ, & si prædium sit venditum ad credentiam, pacto quòd non transiret dominium nisi soluto prætio, & etiam vbi est pactum de retrouendendo nisi ex modicitate prætij censeatur pignoratitium. Afflict. Decis. 339. Quid si emptor promisit prætium tertio mandato venditoris, deinde res recuperatur Iure Prothomiseos, an teneatur soluere? quòd non, vide tex. in l. Lucius, quæ est final. ff. de Constitut. pecun. & ibi Angel. in fine post Guglielm. de Cun.

Ibi *Integrum prętium*. Nisi sit habita fides de prætio, & emptor non dum soluerit, per id quòd de directo domino dicit Guid. Pap. conf. 161.

In fine tex. Vide Tiraquel. de Retract. conuent. §. 7. Glos. 1. per totum, maximè à num. 13. cart. 393.

CAP. CXCVIII.

IN *fine tex.* Videbatur quòd debebat amictere ratione fraudis Afflict. in Constit. Sancimus, 7. not. vers. item lex.

CAP. CXCIX.

IBi *Publica*. Hoc verbum tollit dubiũ de via vicinali, tamen idem fuisset si nõ expressisset, Afflict. Decis. 62. Incip. per M. C. Vicariæ, & proximior reęmit prędium à primo, secundo, & tertio etiam si ambulauerit per mille manus. Bologn. conf. 25. Boer. conf. 182. col. pen. nu. 52. sed Paul. contra in conf. 74. vol. 2. E

CAP. CCI.

IN *fine tex.* Hoc decidebant Doctor. Cin. Petr. & alij relati à Bened. in cap. Raynutius nu. 136. fol. 63. De Testam.

CAP. CCII.

IBi *Consuetudines*. Debet attendi consuetudo, & statutum loci, vbi Res sita est, Socc. cons.74. col.5. vers. secundo respondetur, lib.1. & cons.271. lib.2. Ias. cons.194. lib.2. Tiraq. De Retract. Lignag. §. 1. Glos. 1. in princ. nu.2. & 3.

CAP. CCIII.

ADde quod creare Notarios respicit supremam potestatem Principis, & in generali concessione Regalium Baro-
A ni non venit creatio Notarij, sicut nec cudere Monetam, aut cognoscere de crimine Læsę Maiestatis, sed alia cōuenientia Baroni, Paris. de Sindicat. De excessi. Baron. colum.2. Imò Magistrum Actorum, siuè Magistrum Notarium facit Notarius creatus à Rege. Afflict. in Constitut. officiorum, col. fin. Idem in Magistris Notarijs Baiulorum, vel Capitaneorum. Afflict. in Constitut. Magistri Cancellarij, col. pen. 12. not. lib.1. & ibidem quòd nō sufficeret esse creatum à
B Papa, vel Imperatore, quæ nota contra Comitatum Mohac, & Episcopum Catinensem, & extat Pragmatica Regis Catholici.

Finis Ritus Domini Ferdinandi Boniorno.

ADDIT-

ADDITTIONES

SVPER RITV REGNI SICILIAE

DOMINI HYERONIMI FIMIAE

VTRIVSQVE IVRIS DOCT. CELEBERIMI.

AD PROHEMIVM.

RITVS iste, quatenus disponit contra ius cōmune putà cōcedendo executionē instrumentis, est correctorius, & non habet locum in forēse, Soccin. Consil. 231. column. 6. versicul. circa quartam, & quintam. Et quia respicit ordinatoria attēditur Ritus etiam inter exteros, Afflict. in Const. Si quis in posterum, col. 12. A
Et ordo iuditiarius est seruandus, Afflict. in Constitut. Pacis cultum, 4. not. Et an Rex, vel Vicerex possit tollere, Idem Afflict. in Constitut. Cordi nobis, col. antepen. An Rex procedendo debeat seruare ordinem iuris Afflict. ibi vers. duodecimo, notat latius Natt. in repetit. Clem. sępe de verbor. significat. in princip. in Glos. mandamus. Et modus procedendi dicitur dare formam, Abb. cap. cum dilecta, de Rescript. Afflict. in d. Constitut. si quis in posterum, col. 2. Et B
Papa non potest derogare huic Ritui, quia est forus Cęsaris, Glos. in Clement. Dispendiosam, de Iudit. Bald. in l. eos, in fin. C. de Vusur. Barbat. in capit. Iurauit, de Probation. col. 11. C

CAP. XCVI.

IN tex. ibi *Acitatione*. Iuditium incipit à citatione, §. fin. Institut. de Pęn. temer. litig. & an citatio sit de processu, vide Alex. in Rubr. C. de in Ius vocand. & Glos. in verb. vel processus, in capit. 1. de pęn. in extrauagant. Ioan. 22. adde Glos. in extrauag. 1. de Dol. & contum. vbi etiam vide, an Princeps possit procedere contra aliquem citatione omissa. Et an possit Princeps rescribere, quòd procedatur partibus non citatis, Dic quòd non, Andr. in Prohęmio Constit. Pern. cons. 74. col. 3. cum sequent.

Ibi *Et nos vltra*. An terminus currat à die datæ, vel à die præsentationis, vid. Angel. in §. præterea, in fin. 7. col. Institut. de exception.

CAP. XCVII.

IBi *Summariè*. Dic quòd sufficit iuramentum actoris, Bart. & Paul. in l. cū proponas, C. de bon. auth. iud. possid.

Ibi *Possessio*. Ritus hic loquitur ante litem contestatam. Quid, quando actor est missus in possessionem post litem contestatam, an reus audiatur super possessione, vide Doctor. in l. properandum §. fin autem reus, C. de iudic. Bart. in l. cōsentaneum, C. quomod. & quand. iud.

Ibi *Si vero reus*. Intellige, quia nunquam est contumax, nisi sit incusata contumacia, & sis cautus, vt semper incuses, aliàs citatus non dicitur contumax, tex. & DD. in d. l. properandum, §. sed & siquidem, C. de Iudic.

Ibi *Ius commune*. Quid sit de iure cõmuni, vide tex. in l. cum proponas, & Auth. seq. C. de bon. auth. iud. possid. & ibi DD. Sed quid si reus citatus præfixo termino nõ compareat, & nec etiam compareat actor, & incusset contumatiam? Dic quòd non potest actor imputare contumatiam reo, quia compensantur contumatiæ, & transacto die præfixo ad comparendum, si neuter cõparet, requiritur noua citatio, nec capitur reo possessio propter contumatiã, quia maior est contumatia Actoris quàm Rei, Anchar. cons. 97. Quid si quis nõ fuit missus in possessionem propter potẽtiam aduersarij, vide Abb. in cap. 1. col. 2. de Dol. & contum. Aliàs fuit dubitatum, quòd si quis tenebat castrum, vel gabellam alicuius in pignus pro tãto ad liquictandũ, ita quòd soluto debito, & interusurijs, restitueret domino, actore comparente, & nõ comparente reo in redenda ratione, an possit actor rem petere, & quòd restituatur ei, præstito de iudicatum soluendo? videtur quòd sic, per tex. in l. statuliber rationem, ff. de statulib. Alex. in l. si mora, ff. solut. matrim. Et quòd quãdo inuicem oritur actio ab initio ex voluntate, & ordine cõtrahentiũ, quòd non habeat locum præstatio fideiussionis, ad effectum rei consequendæ, putà quia pignoratum pro centum consequendis, & fructibus, quibus perceptis Pignus sit liberum.

CAP. XCIX.

IBi *In Magna Curia*. Est, & alius modus, de quo non meminit Ritus, scilicet per officium Iudicis, de quo vide in Decis. Delfin. 362.

CAP. CI.

IBi *Quicunque*. Ritus, dans executionem instrumento, est odiosus, vide, & pondera Corn. cons. 31. col. 1. & seq. in 3. vol. ideo strictissimè est intelligendus, & interpretandus. Quid autem si comparet procurator pro creditore, an oporteat, eum habere speciale mandatum, dic

A quòd sic, quatenus petit debitorem carcerari, per dictum notabile Socc. cons. 29. vol. 3.

Ibi *Instrumentum*. An sufficiat fides notarij de Instrumento, vide Corn. cons. 73. in 2. vol.

Ibi *Expressam*. Quid si comparet cum instrumento, quo quis fatetur se debitorem, nec est expressum verbum promissiuum, an locum habeat executio, Bald. tenet quòd sic, in l. Contractus, 4. col. C. de fide instrum. quod dicatur expressa,

B sed videtur hoc contra apostill. ad Deciũ in cap. translato, de Constitut. Curt. Iun. cons. 159. nu. 11. Quid si obligatio est cõditionalis, sed purificata, an habeat locum Ritus, Angel. tenet quòd sic, In l. seruus, §. titius hæres, ff. de vulg. & pupill. licèt Alex. ibi contrarium sentire videatur in sua distinctione, sed pro Angel. vide ibi notata per Ias. debet tamen prius constare, purificatam conditionẽ, Bald. in l. cum te, in fin. C. de manumis. testamen. ideo mulier, si non constat de

C morte viri, vel quòd vergit ad inopiam, non faciat executionem, not. Corn. cõs. 112. in 1. vol.

CAP. CV.

IBi *Creditore*. Si fit executio, quanto tempore habebit effectum, Dic, quòd cogitur debitor Infra annum, licèt Ritus non dicat, ita semper est seruatum per Doctor. Bart. in l. is, qui reipublicæ, ff. ex quib. caus. maior. col. fin. sequitur

D Bald. ibi, & consuluit Bart. cons. 36. & est ratio, quia si infra annum non habuit effectum, non dicitur facta exequutio, sed mãdatum de exequendo. Quid si ordo, per Ritum datus, non fuit seruatus in processu, an possit consensu partium validari? dic quod non, vide decis. Delfin. quæst. 216.

CAP. CX.

E IBi *Instrumentum*. Intellige cum extracta notarij, secundum Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. Prætor. ff. de eded. Ias. in l. fin. colum. 1. C. de edict. Diu. Adrian. toll.

Ibi *In forma publica*. Vide Affict. in Constitut. Instrumentorum robur, q. 9. Sed si quis cõfitetur se obligatum prout in instrumento, non oritur executio ex ista confessione, Paul. de Castr. cons. 87. vol. 1.

Ibi *Expressam*. Intellige etiam virtualiter, secundum Abb. in cap. cum olim, vlt. not. de Censib. Felin. in cap. translato, de Constitut. Bald. & Paul. in l. ad probationem, C. de probat.

Ibi *In forma publica*. Si debitor est confessus, vel apparet scriptura propria manu, an fiet executio, dic quòd sic, quia confessus nō potest opponere defectum sollemnitatis, l. Si veritas, C. de fideicom. Io. Faber. in §. fin. Institut. de fideicom. libertat. Afflict. in Constitut. in causa depositi, 2. col. vers. tertiò quæro. Quid si partes faciunt concordiam, vel promissionem corā iudice, an habeat executionem paratam, sicut sententia, dicas quòd sic. Anchar. in cap. Contingit, de Arbitr. & cap. fin. de maior. & obedient. Barbat. & Felyn. in cap. Si quando, de offic. delegat. col. fin. & est notabilis casus, qui potest sæpe accidere, vide Paul. in l. item quia, col. 2. ff. de Pact.

Ibi *Præsentem*. Et sic contractus conditionalis nō habet executionem, intellige, nisi sit purificata conditio, vide Decius cons. 46. col. 2.

Ibi *Infra decennium*. Et sic, vt Instrumentum habeat executionem, requiritur quòd sit infra decennium. Dic tamen quòd si esset aliquod instrumentū, in quo debitor se obligasset quādocunque posse compelli, non currit ista præscriptio, ita Bald. in l. quod si nolit, §. si quid ita, De ædilit. Edict. vide Alex. in l. nemo potest, ff. de Legat. 1. & vide Imol. & Franc. de Aret. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de verb. obligat.

Ibi *Citato*. Ista requisitio fieri debet, etiam si debitor det creditori licentiam vendendi, Bart. in l. 4. ff. de Pignor. & Alex. cons. 135. in fine, vol. 5.

CAP. CXII.

IBi *De dupplo*. Intellige parte petente, vt per Iat. in l. vniuersa, C. de precib. Imperat. offer.

Ibi *Habeat debitor quindenam*. Pone quòd debitor non opposuit se infra quindenam, & sic dissoluitur Banchus, & exinde veniret debitor cum instrumentis, & probationibus probatis, an sit audiendus, maximè si fuit processum ad interpositionem secundi decreti, fuit aliàs per M. C. dubitatum, & dicebatur quòd, si interuenisset dolus aduersarij, potuisset subueniri implorando officium iudicis, per not. per Bald. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam, & l. fin. ff. de petit. hæ-

A reredit. & l. ędicto, prope finem, C. de ędict. Diu. Adr. toll. vbi in terminis illius legis, quæ inducit benefitium executiuū, ꝙ quādo cōparet quis post immissionem in possessionem, proceditur summatim, Bart. in l. Fulcinius, §. 1. & §. idem, ff. quib. ex caus. in possess. eat. contrarium videtur tenere Bald. in l. à Diuo, §. si super rebus, de re iudicat. Item culpa sua, & negligentia fuisset ei vtilis, quod esse non debet, l. fin. & ibi Angel. ff. quod vi aut clam.

B Ibi *Infra quam bona*. Quid si dictum sit, quòd fiat Ritus, & executio in bonis, & persona, an debitore offerende bona, possit creditor eligere personam, Abb. tenet, quòd non, in cons. 43. in 2. volu. idem Bald. in l. ordo, nu. 15. C. de execut. rei Iudic. Quid si in contractu est dictum, quòd soluat in pecunia numerata An possit debitor soluere in bonis, Cyn. videtur velle quòd sic, in Auth. Hoc nisi debitor, C. de solution. super quo vide Guid. Pap. in l. talis scriptura, colu 4. ff.

C de legat. 1. quod nota ad id, quod consueuit fieri Panhormi, quòd dando bona stabilia, non molestatur de persona, vide notabiliter Papiens. in titul. de exequ. sentent. col. 7. Sed An infra quindenam debeat constare de veritate oppositionum, dic quòd sic, Roman. cons. 76. in causa nobilis viri, col. 3. in fin. Quid autem si in contractu esset pactum, quòd debitor debeat soluere in pecunia, & inesset iuramentum? tunc crederem, quòd non debeant adiudicari creditori, dedu-

D cto pingue valenti iuxta formam Ritus, quia tunc precisè debet seruari pactum, prout in simili casu statuti cōsuluit Alex. cons. 179. 7. col. & seq. quod nota pro Curijs inferioribus, vbi res adiudicatur creditori, & cogita benè in ista quæstione, & idem tenet Abb. cons. 42. in 2. vol. in medio pen. col.

Ibi *Ad distractionem*. Ista distractio habet ius executionis, l. 1. & 3. C. Si in caus. iudic. pign. vend. & propterea non posset agere contra fideiussorem, sed pete-

E re possessionem rei, vide Decis. Delfin. quæst. 348. vbi not. Et quòd fiat executio in pignore de iure, vide Papiens. de exequ. sentent. col. 5. in fin.

Ibi *Quadrimestre*. A, qua die currat, vide Decis. Delfin. quæst. 22. Quid si infra quadrimestre comparet, & non facit depositum, sed citat ad redimendum, An sit interruptum tempus, vide Decis. Delfin. quæst. 416. col. 3. versic. pone statuto præsentis Patriæ.

CAP. CXIII.

IBi *Ad pingue valens*. De isto pingue valenti, supra proximè fuit aliquid dictum.

CAP. CXIV.

IBi *Inuentarijs*. An si tutor fecit inuentarium non sollemne, quod contra eum probat, secundum Bart in l. Tutor, qui repertorium, vers. quæro vtrum debeat fieri, ff. de administrat. tutor. possit per illud via executiua procedi cõtra tutorem, putà, quia careat die, vel alia simili sollemnitate, & videtur Primò quòd non, quia Ritus, loquens de inuentario, intelligitur de legitimè facto, l. Nõ putauit. §. nõ conuenit, ff. de cõtra tabul. Secundò, quia ratio, quare petitur executio alicuius scripturæ, quæ sit sollemnis, est quia tunc resultat iuditij quoddã notorium, ex quo notorio proceditur via executiua, pro vt in simili tenet Bart. in l. fin. C. de ędict. Diu. Adr. toll. & cessante solemnitate, cessat notorium. Tertiò, quia est casus omissus, sed in contrarium est doctrina Bart. supra allegata. Item non licet allegare turpitudinẽ suã, licèt dicatur quòd est notorium. Item quia plus est quòd iuretur in litem cõtra eum, quàm quòd procedatur via executiua, cui ergo conceditur quod plus est, multo magis quod est minus. Item culpa sua, & negligẽtia fuisset ei vtilis, quod esse non debet, l. seruius, & ibi Angel. ff. Quod vi aut clam, & esse sollemne ad eius curam spectabat, l. Tutoris, C. de administrat. tutor. Et paria sunt esse, vel esse debere, l. Quod te, ff. Si cert. petat. & ita, quòd procedat executio declarauit M. C. in Causa Fluminis Dionysij.

Ibi *In testamento*. Intelliges hoc in testamento condito à legitimo testatore, & legitima persona facto. Bald. consf. 245. quæritur vtrum, In fin. vol. 1.

Ibi *Dotalibus*. Quid si vxor, viro vergente ad inopiam, velit causare executionem, An possit, quia Ritus loquitur in contractibus dotalibus, vide Alex. cõs. 142. vol. 5. col. fin. vers. item respondeo ad dictum statutum, vbi dicit, quòd, ex quo executio non est propriè restitutio, non consideratur in statuto, sed cogita.

Ibi *Contra Bancherium*. Debet autem constare primò quòd scripsit Bancherius contra se, prout alias habui, & ante non potest, quia istud sapit liquidationem o-

A bligationis personę obligatæ, non quantitatis, per not. per Paul. de Castr. in l. Postulante, in princ. 2. col. ff. Ad Trebell. Et Ritus dum loquitur de contractibus, dicit, dummodo quòd nõ indigeant probatione extrinseca, quo casu non est locus executioni, nisi primò sit verificatũ.

CAP. CXVI.

B AN ista causa oppositoria habeat instantiam, vltra ea quæ dicuntur, an in executiuis sit dare instantiam, vt in l. properandum, in fin. C. de Iudic. vide quæ dicit Papiẽs. de exequ. sentent. ver. faciendo col. fin.

CAP. CXIX.

IBi *Sed in promptu potest liquidari*. Erat hoc etiam de iure communi, nam si statutum vult quòd sentẽtia liquida executioni mandetur, idem erit si potest liquidari iuncta cum alio instrumento, vel
C probatione, Bald. in cap. Pastoralis, §. quia vero, col. pen. de offic. deleg. Corn. consf. 223. vol. 2. Et An si fiat executio, nõ facta prius liquidatione, sit nulla, vide Socc. consf. 89. col. 3. vol. 1.

Ibi *Interesse*. Super ista liquidatione loquitur notabiliter Bald. consf. 373. vol. 2. & nota quòd liquidatio debet fieri de prætio frumenti in loco, in quo debebat fieri solutio, & est opus quòd probetur fuisse ibi illa die creditorem, Alex. consf. 210. vol. 6. Quod non procedit quando
D est dictũ, in tali magazeno, & Nota ista.

CAP. CXX.

IBi *Non citato*. Vel fortè extraiuditialiter monito, prout videtur velle Angel. in l. Debitores, C. de Pignorib. Abb. in cap. 2. de accusat. & in cap. Nouit, de iudic. circa fin. Roman. singul. 396. sed cogita, ex quo Ritus solùm excipit citationem, & sic an intelligatur in casu monitionis, etiam quòd casus a iure antiquo
E ęquiparetur, & comprehendatur in interpretatione passiua, vide ibi.

CAP. CXXII.

IBi *In bonis hæredum*. Hoc fortè procedit, nisi defunctus obligasset expressè bona hæredis, quia hoc facere potest, secùndum Cyn. & Bald. in l. Assiduis, C. Qui potior. in pign. hab. Alex. consf. 173. col. pen. vol. 2.

CAP.

CAP. CXXIII.

IBi *Vel inuentarium*. Vide notabiliter Bald. in l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. delib. vide ibi, in fine, & conf. 31. vol. 3. col. 1. nisi se obligauerit insolidum, aliàs esset opus liquidare primò quòd sint bona in inuentario, vide ibi notabiliter.

CAP. CXXVII.

IN fine tex. Et sic habes, quòd minor summa, licèt descendat à maiori, non debet haberi in consideratione, vt de ea debeat iudicari sicut de maiori.

CAP. CXXVIII.

IBi *Contra fideiussorem*. Et sic videtur quòd non sit necessaria cessio creditoris, cùm etiam possit agere fideiussor ante solutionem, & ista cessio potest fieri ex interuallo, vt ait Paul. de Castr. in l. Modestinus, ff. de Solutionib. & si egit contra principalem, an reddire possit cōtra fideiussorem, vide Decis. Delfin. 348.

Ibi *Possit fideiussor*. Et hoc in illo foro, & per illum iudicem, per quem cogitur fideiussor. Bald. in l. si vendere, C. vbi cau. fiscal. Angel. in l. si minor, in princ. ff. de euictiōn. & ibi Bald. in no. lect.

CAP. CXXIX.

IBi *Solutionem*. Qualiter accipiatur verbum, soluere, vide tex. in l. 4. §. soluisse, ff. de re Iudic.

Ibi *Satisfactionem*. Qualiter accipiatur verbum, satisfactio, vide tex. in l. si rem alienam, §. omnis pecunia, ff. de pignorat. actiōn.

CAP. CXXXII.

IBi *Per viam cędulę proceditur*. An possit in Magna Curia procedi per viam cædulæ condemnatoriç pro executione sententiæ latæ in Consistorio, vel in Curia prætoriana pro sententia lata in M. C. videtur quòd sic, quia actio in factum potest tentari coram inferiore, vt tenet Bald. in l. Tale §. qui prouocauit col. 8. ff. de Pact. Felin. in cap. Pastoralis, §. prçterea, de offic. deleg. clarè per Franc. in cap. Romana, §. cum autem, *lo* 2. col. 2. de appellat. in 6. in vers. Secundo limita prædicta, vide omnino Specul. in titul. de exequ. sentent. §. breuiter dicendum, Salyc. in l. eos, C. de appellat.

A

CAP. CXXXIII.

NOta quòd maior specialitas iudicatur respectu personæ, quàm causæ. Dec. cons. 3. col. 2. Bald. in l. 1. vers. tertio quæritur, de offic. Consul. vide Roman. in l. si quis in graui, §. si conditioni, col. 2. ff. Ad Syllan. An autem, si, in casibus, in quibus summariè proceditur, fuerit ordinariè processum, processus sit nullus, vide Bald. in l. quod fauore, col. 1.
B C. de legib. & stante Ritu, quòd in causis summarijs nō appelletur, qui Ritus enumerat causas summarias, videlicet personarum miserabilium, an si est lata sentententia, in fauorē vniuersitatis, ab ea possit appellari? videtur quòd non, quia sūt ęquiparatæ in fauorem, per l. antiquam, l. Rempublicā, C. de iur. Reipubl. lib. 11. & ibi Io. de Plat. quia ęquiparantur pupillo, l. Respublica, C. ex quib. cau. maior. l. nihil, ff. Ad municip. Bart. in l. nulli, ff. quod cuiusq. vniuersit. nom. vnde,
C si per statutum est dictum de pupillis, & Ecclesia, videtur per ęqualitatem fauoris prouisum de vniuersitate. Etiā facit, quia quando in lege antiqua est aliquid ęquiparatum per viam regulæ, noua dispositio, seu statutum loquens in vno, habet locum, & trahitur ad aliud, l. si quis seruo, C. de Furt. vbi Bart. Abb. in cap. 2. de Constitut. Bart. in l. si constante, vbi Alex. q. 7. ff. solut. matrim. de hoc est Glos. in l. 2. C. Quor. appellat. non recip. & ibi Bart. & est communis sententia,
D quòd licèt tex. ibi dicat, quòd confessus in delictis non appellat, habet locum in alijs similibus latè Angel. in l. creditor, §. rursus, ff. de appellat. col. 9. & Philip. Franc. in cap. cum speciali, §. porro, vbi Dec. col. 1. de appellat. In contrarium quòd non derogetur, præmisso, quòd appellatio est fauorabilis, cùm sit remedium oppressorum, cap. suggestum, in fin. de appellat. Et ibi Franc. versicul. tertiò præmitte, item est defensio, d.
E cap. cum speciali, §. porrò Imol. in cap. significauit, eod. tit. item est contra ius commune, quod permittit regulariter appellationes, cap. de priore, de appellat. & dicit Bald. in l. 1. in fin. C. si de momentan. possess. fuer. appell. quòd appellatio est triaca veneni primi iudicis, ergo statutum, tollens appellationem, debet strictè intelligi, vt non comprehendat nisi casum expressum, & propterea dicit Bald. in l. 2. C. de appellation. quòd Princeps per rescriptum posset tollere appellat-

appellationem nominatim, & in correctorijs,& odiosis non fiet extensio, Bart. in l. si cõstante, quęst. 9. ff. solut. matrim. & notatur in Auth. Quas actiones, vbi Ias. C. de Sacrosanct. eccles. nec in isto statuto scripta legis ratio est limitatiua, vel ampliatiua, vt patet ex sui principio, dum dicit, *Per prius causas summarias intelligere oportet*, postea dicit, *Summarie igitur causa sunt hę*, Quo casu clarũ est, quòd aliæ sunt appellabiles, quia in contrarium est regula iuris communis vt dixi, & sic etiam dicimus de Actionibus B bonæ fidei, §. Actionum, Institut. de Actionib. pro hoc Bald. post Gugliel. in d. Auth. Quas actiones, col. 2. quòd id quod dicitur ibi, non habet locum in vniuersitate, licèt ęquiparentur. Item Ritus vbi voluit, expressit, nam est clarum, quòd appellatione Ecclesiarum venit Hospitale, cap. Accedentibus, vbi Abb. 2. notab. de Priuileg. Idem Abb. in cap. de quarta, de Præscript. & tamen etiam de hospitali facit expressam mentionem.

Ibi *Viduarum*. Licèt vidua dicatur C etiam quæ nunquam fuit nupta, l. Malum, §. viduam, ff. de verb. significat. tamen isto casu dici potest, quòd Ritus loquatur in vidua, cuius maritus est mortuus, vbi enim in statuto, vel alia simili dispositione fit mentio de vidua, intelligitur vt dixi, ita Felyn. in Prohęm. decretal. col. 3. in princ.

CAP. CXXXIV.

Nota quòd quando proceditur summariè, & principalis causa est summaria, omnes articuli, qui in ea emergunt debent summariè expediri, Bart. in extrauag. ad reprimend. in ver. summariè, in 2. col. vide per Ias. in Rubric. C. Qui admitt. col. 1.

Ibi *Fiat apertura*. Publicatio non vitiat processum si deficit, intellige in alijs, excepta prima, quia vitiat, quoniam datur pro forma à Ritu, aliæ non, & propterea non vitiant aliæ, nam dat ordinē Ritus, quia dicit, *Talis ordo seruetur*, & E ordo inducit formã, vide Bald. in Auth. Quæ supplicatio, C. de Precib. Imper. offer. vide quæstionem quam tangit Bal. in l. Fundum, in fin. de except.

CAP. CXXXV.

Nota quòd, allegans se spoliatum, alleget vim, vel violentiam, vel dolũ aduersarij, & istud erit pro modo con- A cludendi, l. si quis ad se fundum, C. Ad leg. Iul. de vi publ. & ibi Salyc. & vide omnino Aretin. in §. quadrupli, super Glos. restituat, in princ. 9. col. Institut. de Actionib. & tex. in cap. consultationibus, ibi, *Absque auditio, & causa rationabili*, De offic. deleg. Quid autem si in Instrumẽto appositum sit, quòd liceat ingredi possessionē propria authoritate, & creditor sit ingressus, nunquid debitor sit spoliatus, adeò quòd possit agere in causa spolij, & vincere? dic quòd non, quia creditor faciens secundùm pactum, non videtur inferre vim, nam tale pactũ valet, l. Pignoris, C. de Pignorat. action. l. creditores, vbi Bart. & DD. C. de Pignoribus, quinimo excusabitur creditor propter tale pactum à vitio clandestinitatis, & sic non est in aliquo dolo, Bart. in d. l. creditores, in repetit. in 5. col. & Ias. in l. 2. col. 17. C. de Iure Emphitheot. In contrarium facere videtur quod dicit Cępoll. cons. 57. col. pen. quòd si spoliatus probat de sua spoliatione ꝑ duos testes, nõ prodest aduersario spolianti probare de spontanea voluntate, etiam si probaret eam per centum testes, cùm reddat testimonium de intentione, quæ soli Deo est cognita, & idem recitat Ias. in d. §. Quadrupli, Institut. de Actionib. & vide DD. in cap. super hoc, de Renuntiat.

Ibi *Antequam audiatur*. Oritur dubitatio, de qua sæpe in M. C. An, si ego contra te intento spolium, & deinde tu intentas contra me, dicens te spoliatum D post, Audiatur iste secundus intentans spolium? videtur quòd non, pro quo vide Pręposit. in Can. in nomine Domini, in fin. 23. distinct. & omnino Afflict. in Constitut. violentias, col. 20. vers. quintus casus est.

Ibi *Bimestre*. Currit autem à die commissi delicti, & scientiæ. Et quid si reiteratur delictum, à quo tempore currit, & an noua actio oriatur? vide Anchar. cons. 4. Et si delictum est tale, quod continuatur, putà adulterium, vel incestus, currit à die vltimi adulterij, vide Paul. de Castr. cons. 9. col. 2. vol. 1. nouæ Impressionis.

CAP. CXXXVII.

Nota quòd ille, qui fuit citatus ad litem contestandam, & comparuit, sed noluit litem contestari, sed petijt terminum ad excipiendum, tanquam contumax debet puniri in expensis, quia non faciendo

faciendo quod debet, fingitur non comparuisse, Bald. in l. scire, §. sufficit, ff. de excusat. tutor. in fin.

Ibi *Infra menses duos*. Nota, quòd ea, quæ emergunt ante litem contestatã, nõ habent aliquam instantiam, immo nec triennalem, etiam si mille annis durarẽt, l. Properandum, in princ. vbi Ias. col. 2. versic. sexto subtilis, C. de Iudic.

In fine tex. Adde, quòd dilatoriæ debent probari, vide Capic. Decis. 83.

CAP. CXXXVIII.

IBi *Non potest appellari*. Verum etiam neque supplicari. Sed An detur restitutio in integrum, vide Bald. cons. 145. vol. 1. & an de nullitate dicatur, vide Papiens. in titul. de exequ. sentent. in 3. col. quòd sic.

CAP. CXXXIX.

IBi *Non appellatur*. Dicitur tamen de nullitate, Abb. cons. 55. vol. 2. & nota quòd si in causa summaria proceditur ordinariè, & ineptè sententia non est nulla, Felyn. in cap. examinata, col. antepen. de Iudic. & si quis potest summariè procedere, & tamen incipit ordinariè, potest reliquum processus summariè expedire, quia non videtur priuilegio suo renuntiare, Bald. in l. 3. de Militar. testam. Glos. in Clem. sæpe, §. fin. vers. partibus, de verb. significat. Abb. in cap. quoniam, col. fin. de Probat. Roman. cons. 133.

CAP. CXL.

IBi *Cum de sui natura*. Et ratio esse potest, quia per pactum, vel conuentionem partium non potest ordini iuditiario derogari, Glos. in cap. de causis, de offic. deleg. Item, quia Ritus considerat naturam causæ, an sit appellabilis, & propterea, si in causa de sui natura summaria procedatur ordinariè, non appellabitur, & multò magis si esset causa miserabilis personæ, quæ non videtur renuntiare suo priuilegio ratione miserabilitatis, Glos. & Cyn. in l. 1. C. Quand. Imper. inter pupill. & vid. & ita fuit iudicatum pro Comite Sinopolis, vide quę tradit Anchar. cons. 79. prope fin. Quid si causa agitur cum vidua, vel pupillo, vel alia persona priuilegiata, quo casu causa dicitur summaria, & non appellabilis quando persona priuilegiata obtinet, An

A procedat etiam quando succumbit, Dic quòd vtroque casu, pro quo vide Butr. in consilio relato per Bald. Nouell. de Dot. 5. part. 2. priuiuileg. nu. 12. Quid si concurrat pupillus, & maior, quo casu quò ad pupillum causa non est appellabilis quò ad maiorem sic, & sic causæ sunt ambæ complicatæ, & lata est sententia super vtroque, An licebit ab vtroque appellare? videtur quòd sic, per ea, quæ dicit Bald. cons. 141. vol. 1. in nouis. An, si pupillus conueniatur à vidua, causa sit

B appellabilis, videtur quòd non, quia vtraque est summaria, In contrarium facit, quia hoc, quòd causa non sit appellabilis, est introductum in fauorem ipsorum, ergo non debet in odiũ retorqueri, l. quod fauore, C. de legib. Item, licèt vidua sit actrix, & pupillus conuentus, & ambo sint priuilegiati, debet tamen potius faueri miserabili conuento, Andr. in Constitut. Statuimus, ideo in concursu priuilegiorum in dubio miserabilis iudicabitur appellans.

C

CAP. CXLI.

NOta, quòd minor mitius punitur, etiam stante pęna statuti, Aretin. cons. 130. Angel. de malef. in verb. sciẽter, & dolosè, nu. 12. & aliàs vidi in M. C. mitigari pęnã manus ad relegationẽ, in filio Baronis Radali.

CAP. CXLIV.

D IBi *Testes essent de nouo*. De quo statur iuramento ipsius producentis, tex. est in cap. Pastoralis, extra de exception.

CAP. CXLV.

AN plures persone vno libello possint accusari, vide Afflict. in Constitut. Capitalem pęnam, colum. 2. cum seq.

Ibi *Ardua verò causæ*. Crimina atro-

E cia quæ dicantur, vide Angel. de malef. in verb. hæc est quædam inquisitio, in 3. reg. & Bart. cons. 117. & ad declarationem, vide Anan. cons. 44. Cæpoll. cons. 11. An, si quis percussit alapa, sit causa subintrabilis, quia manu vacua? Lapus tenet, quòd sit leuis iniuria, in Allegat. 76. factum super quo, quem allegat Dec. in cap. Peruenit, lo 1. de appellat. quod nota, vide Iac. de Sãct. Georg. in l. sed si hac, §. liberos, ff. de Iniur.

Ibi

Ibi *Vel per contumatiam*. Bannitus se A presentans an carceretur, vel admittatur ad fideiussionem, vide Capic. Decis. 154.

Ibi *Subintrare*. An, si accusator cędit, fiscus præferatur coniuncto, de nouo accusare volenti? per ista verba Ritus videtur quòd fiscus præferatur, vbi dicitur, quòd est acquisitum ius Curiæ per accusationem, nec potest se concordare in præiuditium subintractionis, ita per multa consuluit Pernus cons. 55. col. 2. & alleg. Raff. in l. Transigere, C. de Transact. & ad Bart. in l. Maritus, ff. de Adulter. B Respondetur, quòd loquitur in inquisitione per fiscum, non in ista subintractione, sed si Accusator moriatur, potest coniunctus accusare, & præfertur fisco, l. 1. C. si Re. vel Accusat. mort. fuer. l. Libellorum, §. fin. ff. de Accus. & ita iudicauimus pro Ioanne stabili contra filium Ioannis de Amato. Et quãdo fuit proposita accusatio de vulnere, & accusator moritur, crimen est abolitũ, & quomodo isto casu de nouo accusabitur per hæredes, & an acta facta per de- C functum seruiant, vide Gand. in Rubric. de Pęn. Reor. col. 6. vers. pone quòd Titius, vbi vide omnino.

Ibi *Si constiterit*. An in casu isto, ex quo causæ sunt minimæ nec requirtur ad condemnationē plena probatio, istud, constare, intelligatur de tali probatione, quæ sufficiat ad torturam, sicut in causis, in quibus tortura infertur, An verò intelligatur de plena probatione, ad effectũ vt possit carcerari? videtur dicēdũ, quòd Intelligatur de plena probatione, pro D quo vide DD. maximè Alex. in l. Qui Romæ, §. Augerius ff. de verb. obligat.

CAP. CXLIX.

IBi *Quorum interest*. Quid si aliquis, cuius non interest accusauit, & fecit bannire, & foriudicare, an valeat foriudicatio, dic quòd non, vide Bald. cons. 426. vol. 5. nouæ impressionis.

Ibi *Lesę Maiestatis*. Fallit in inimico capitali, qui non admittitur ad accusan- E dum in crimine lęsæ maiestatis. Angel. de Aret. in tract. de Malef. in verb. Nec non ad querelam, quæst. 20. in fin.

Ibi *Ad pęnam talionis*. An sit dare remedium ad hanc pęnam euadendam, vide Bart. in l. fin. prope finem, ff. de Heredib. instituend. Et si non fuit exceptũ, quòd non subscripsit se, & cōclusum fuit n causa, an possit excipi, dic quòd non, Bart. in l. Is, qui reus, in fin. ff. de public. iudic. Et an iudex possit mandare alicui vt prosequatur accusationem citra pęnã talionis, vide Bart. in l. 2. C. de delat. lib. 10. & Felyn. in cap. Nulli, col. 2. de Accusat. & nota, quòd ex qualitate personarum cessat pęna talionis, putà si Miles accusat rusticum, vide Afflict. in cap. 1. quibus ex caus. feud. ammitt. nu. 93. Et an fiscus teneatur se subscribere scilicet Procurator fisci, vide Cępoll. cōs. 17.

Ibi *Exterum*. Propterea si quis occidit seruum proprium, fiscus cōtra eum agit, quia est delictum sicut si alienum occidisset, Anan. in cap. 1. in 1. not. de Infant. expos. Quid si non apparet an sit exterus, vel ciuis? præsumitur ciuis, vide Angel. de Malef. & ibi August. in verb. de bononia.

Ibi *Diuina officia*. Adde, quòd accusans de iniuria illata in Diuinam Maiestatem, dicitur iniuriam propriam prosequi & admittitur ad denuntiandum, & accusandum, vide optimè per Angel. in Auth. Quomod. oport. Iudic. §. fin.

Ibi *Inflagranti*. Vide quæ scripsi in cart. seq. ibi de capto cum armis inflagranti.

Ibi *Vel coram eis crimen fateantur*. Intellige vt per Afflict. Decis. 176. nisi sit facta confessio incidenter, sed procedit quando de illo delicto non præcessit accusatio, vel inquisitio specialis, sed de alio, & interrogatus de illo, incidenter fateatur illud; Item intellige quando simpliciter fatetur delictum, secus si nō simpliciter, quia tunc non possunt ex tali confessione puniri, prout tenet Dominic. in cap. 1. in fin. vers. & nota, de Testib. in 6. per Glos. ibi, Butric. in cap. fin. de Restitut. Spoliat. col. fin. Dec. in cap. At si clerici, col. 3. vers. 5. limitat. de Iudic.

Ibi *Benè custodito*. Potest tamen admitti ad fideiussionem, Afflict. in Constitut. In quæstionibus, col. pen. An autem in delictis popularibus admittatur ad accusandum forensis, vide Ang. in l. fin. ff. de priuat. delict. Et in casibus exceptis quòd possit fiscus principaliter agere, procedit quãdo talia delicta sunt cōmissa in Regno, secus si extra Regnum, quia tunc ad solam accusationem proceditur, Alex. cons. 11. vol. 1.

CAP. CL.

IBi *Reaccusationis*. Vide Constitut. Si ciuiliter agens, vbi Afflict. col. 2. & seqq.

Ibi

CAP. CLIV.

IBi *Nõ exigatur*. Idem dicendum quãdo promittitur non loco pęnæ, sed donationis, per verba prægnantia huius Ritus, quia talis donatio non est causa affectionis, sed loco pęne prohibitæ, arg. l. 1. C. de his quæ pęn. nom. & l. 1. ff. eod. tit. secundum Intellectũ Paul. de Castr. quẽ ibi sequitur Aret. Quid si fuit dictũ, dabo tot pro Interesse, & expensis, dic quod non valet, quia in fraudem Ritus, vt habui in facto Messanæ, & allegaui Anchar. in similibus terminis, in cons. 139. quem sequitur Alex. cons. 115. Itẽ Ritus annullat renuntiationes, ergo etiã tales fraudes, & in terminis proprijs tenet Bald. in l. cum allegas, col. 4. vers. sed pone statuto cauetur quod nulla pena, C. de Vsur. vide Alex. in l. Diuortio, in princ. ff. solut. matrim. Quid si vendo rem valentem cẽtum pro quinquaginta, pacto apposito, quòd si non solueris ad talem diem, solues centum, vel istum prætium, an dicatur pęna, & sic peti nõ possit si non soluatur in tẽpore? videtur quòd non sit pęna, vide Bald. in cap. 1. col. 2. ibi, ex quo infero Qual. Dom. & propriet. feud. priuet. vbi dicitur non esse vsuram, sed augmentum prętij, sic dico ego quòd nec est pęna.

CAP. CLV.

IBi *Inflagranti*. Quomodo, & quando dicatur quis inflagranti captus, vide Andr. & Afflict. in Constitut. Iustitiarij non per Kalendas. Et quomodo procedatur contra talem captum inflagranti, vide Andr. in Constitut. Humanitatem, Alex. in l. 3. §. Neratius, ff. de acquir. possess. Et de portante, & non capto, vide multa per Corn. cons. 20. vol. 3. & sic in spræta pęna, & in sprẽto mandato necesse est, quòd reperiatur inflagrãti ex forma Ritus, & Iuris cõmunis, l. si Barsatoram, vbi DD. C. de fideiuss. Alex. in l. 3. ff. de acquir. possess.

Ibi *vnica pęna*. Vide Ias. in l. Diuortio, col. 3. ff. solut. matrim.

CAP. CLVI.

IBi *Interrogatorio*. Quãdo possint fieri Interrogatoria, per Constitut. Regni, est Constitut. Partes in iuditio, & ibi vide Modern. & quòd ad respõdendũ petitionibus quis personaliter possit cogi procedit in criminalibus, Bart. in l. Qui

A bonà, §. alieno, ff. de damn. infect. licẽt Salyc. in l. eos. C. de Accusat. & Imol. in l. pen. §. ad crimen, ff. public. iudic. teneat quòd nec etiã in criminalibus, vide tamen ad omnia prædicta, Felyn. in cap. Pastoralis, col. 2. de iudic. Rusticus autem potest respõdere cõsultus præsente aduocato, sicut, & persona Ideota, Hostiens. in d. capit. Pastoralis, de Iudic. Alex. in l. 1. col. 3. ff. de vulg. & pupill. vbi quòd possit, etiam dupplicem responsionem facere, sed, si non vult respondere

B interrogatus, practica est, quòd apponatur verbum confitetur, vel magis damnosum, hoc fundari potest ex eo, quia tacentem iura Interpretantur, quòd tacitè confiteatur, Abb. in cap. 1. 4. not. de Postulat. Prẹlat. quod nota.

CAP. CLIX.

IBi *Fuerit accusatus*. An si euidens sit calumnia, possit per procuratorem implorari officium iudicis, dum dicitur

C hic *Nulla excusatione*. Vide Alber. Brun. in Tractat. Stat. in verb. Accusatio, vers. quarto.

Ibi *Secundum constitutiones*. Vide Mod. in Constitut. Clementiæ, & in constituit. Humanitatem, & solutis expensis, aliàs non auditur. Afflict. in d. Constitut. Clementiæ, col. pen. versic. nono nota.

Ibi *Infra duos menses non carceretur*. Vide Andr. In d. Constitut. Clementiæ, vbi etiam ponit rationem, quare nõ car-

D ceratur, & vult ibi, quòd, si delictum erat tale, quòd à principio debebat carcerari, carcerabitur, etiam si sponte infra bimestre venerit.

Ibi *Non audiatur*. Quid si auditur, an valeat processus, vide Bart. Imol. & Alex. in l. 1. §. sublata, ff. Ad trebell. Afflict. Decis. 354. col. 5

Ibi *Purgato banno*. Idest coram eo, qui eum banniuit, non coram superiore, & propterea bannitus à Capitaneo Panhormi, non purgabit bannum in M. C.

E vt in d. Constitut. Clementiæ, ibi *Qui eum banniuerit*. Vbi Mod. in 3. & 4. not. & quòd ille, qui banniuit remictit banuum, Afflict in Constitut. clementiæ, col. 5. vers. septimo quæro.

CAP. CLX.

IBi *Fideiussor*. Nota quod pęna exigitur à fideiussore sine iuris ordine, Afflict. in d. Constitut. Clementiæ, in fine.

Sed an fideiussor, vltra pęnam in fideiussione contentam, teneatur ad interesse, si interesse excedit pęnã, & an teneatur ad pęnam, & pariter ad interesse,& quid in ciuili, & in criminali, vide Afflict. notabiliter in Decis.234.

Ibi *Non est certa pęna*. Circa hoc vide Pern. in cõs.73. vbi vide omnino quæ pęna possit exigi. Et nota quòd vniuersitas, & mulier in Regno possunt comparere in criminalibus actiuè, & passiuè per procuratorem, vel maritum, vt in Constitut. Generaliter, nõ tamẽ e oniuncta persona sufficit, Andr. ibi.

Ibi *Quod autem*. Quid si aliquis fideiussit de aliquem præsentando, & soluendo eius condemnationem, si ille reus est cõdemnatus ad mortem, ad quid teneatur fideiussor, & an publicatis bonis Rei teneatur fideiussor, & an sine nouo processu ex sola condemnatione Rei possit agi contra fideiussorem, vide Raffael.Cum. consf.32.

CAP. CLXII.

IN fine tex. Pro intellectu huius Capit. vide notat. per Io. Andr. in Addit. ad Speeul. in tit. de Accusatore, §. sequitur, in Additt. quæ incipit, Odoffredus, vide Angel. in l.2. §. exhibẽdi, ff. de exhib. Reis, Roman. in l. stipulatio ista §. item certam, ff. de verb. obligat. & omnino Barbat. in Rubr. de fideiuss. vbi examinat, an sit opus, quòd sit carceratus pro ea causa, & vide Afflict. Decis. 130.

CAP. CLXIII.

IBi *Coram Rege*. Etiam si aufugerit à carceribus, & ita practicatur, pro quo vide Moder. in Constitut. Clementiæ 3. col. vers. quid dicendum, adde tex. in l. Capitalium, §. ad statuas, ff. de pęn. & & in l. si quis sit fugitiuus, §. apud Labeo nem, ff. de ędilict. edict.

CAP. CLXV.

IBi *Toties quoties*. Promictens præsentare aliquem toties quoties, &c. Intelligitur vsque ad sententiam, etiam si fuerit appellatum, Angel. in l. Quod si nolit, §. si quid ita, ff. de ędilict. ędict. Barbat. in Clem.1. col.7. de Iudit.

CAP. CLXVI.

IBi *Violentia*. Quid si quis rapuit volẽtem, tamen vim commisit in portis, vel alijs rebus, Dic quòd idem est, ac si

A violenter rapuisset, vide Beluis. in Pract. sua, cart.15. in 2. col. & volens non intelligitur, si deducta fuit à viro, secundum Angel. in Auth. de Lenon. Immo comprehenditur in statuto puniẽte adulterantem Inuitam.

CAP. CLXVII.

VIde ad materiam huius capit. Constitut. Legum asperitate, & Pern. in cons.63. vbi latè, & magistraliter lo-

B quitur.

Ibi *Arbitrio Iudicis*. Hodiè arbitratur M. C. pęnam relegationis, si cum violentia commictatur, & in meretricem commissa, est pęna mortis, vt in Constitut. Omnes, & in Constitut. In Quæstionibus. Sed si est voluntarium, de Iure veteri loquitur l. Quamuis, C. de Adult. hodiè seruatur quod supra dictum est per hoc capitulum.

CAP. CLXVIII.

C

IBi *Expensa*. An hoc capit. & statutũ loquens de expensis, vt aliquid addat iuri communi, intelligatur etiam si habeat iustam causam litigandi, dic quod non, Bald. in l. Imperator, in fin. C. de fructib. & lit. expens. Ias. in l. fin, §. in computatione, in fine, C. de iur. deliberand.

CAP. CLXIX.

D IBi *Si delictum*. Pro ratione istius conclusionis, vide Pern. in cõs.159. col.3. & ibi, quòd confessus debet condemnari, nec competunt defensiones, quia est iudicatum contra eum, & confessus verè dicitur coram iudice pro tribunali in figura iuditij, secus si coram notario, Glos. in l. Iubemus, C. de Liber. caus. Glos. in l. cum scimus, C. de agricol. & censit. lib.xj. & quando in tormentis, vel loco tormentorum, vide Corn. cons. 59. co-

E lum. 8. vbi voluit, quòd ratione manifestæ iniquitatis audiatur nullitas, Alex. cons.117. col. fin. & cons. 75. circa medium, Aret. cons.69. in fine Sed M. C. nec nullitatem, nec appellationem, nec reuisionem admictit de consuetudine sępissimè inducta, licèt Ritus hoc nõ dicat.

Ibi *Conuictus*. Nam aliter qui aufugit, vel est absens, Andr. in Constitut. Si quis rapere, vbi Afflict. col.6. Conuictus ergo est compilato processu, & pro hoc, quia tunc testes eũ conuincunt, quando nihil

opponi-

opponitur, Glos. in capit. cum spetiali, §. porrò, de Appellat. in verb. cōfessione, vbi Abb. vide Cappell. tholos. Decis. 170.

Ibi *Admittatur appellatio*. Nullitas tamē defectu citationis non tollitur, Nell. de Bannit. p. p. prim. tempor. quæst. 8. An autē appellari possit à ciuili, vide quæ in simili ait Puteus, in verb. tortura, vers. pone quòd aliquis, Rip. extr. de Iudic. in Rubr. col. 21.

Ibi *Praedictis*. An autem possit appellari à taxatione damnorum, interesse, & expensarum, & an possit dici de nullitate defectu iurisdictionis, vide quæ aliàs scripsi ad lecturam Ritus, & an tollatur restitutio in integrum, Bald. cons. 236. & cons. 148. vol. 1. & quòd valeat hæc de terminatio tollens appellationem, vide Angel. de malef. in verb. Præsente dicto Gaio, & appellante, vers. An valeat statut. n. 25. licèt August. & Addit. ibi teneat contrarium. Nullitas autem an intelligatur exclusa, vide Paul. de Castr. cons. 16. in fine, & cons. 305. incip. visis, & ponderatis, col. fin. vol. 1. Guid. Pap. Decis. 38. Papien. de execution. senten. col. 2. Afflict. in Constitut. Ab omnibus, Et quomodo dicatur notoriū si fuit coram decem personis, vide Cyn. in l. ea quidem, C. de Accusatio. Butric. in cap. Tua nos 19. col. de Cohabitat. cleric. & per Afflict. in Constitut. eos. in fine.

CAP. CLXXI.

IBi *Fiet publicatio*. An eius omissio, vitiet, vide quæ scripsi supra in materia procedendi in summarijs causis cap. 134. in verb. fiat apertura.

Ibi *Restituibiles*. Idem in vniuersitatibus, Andr. in Prohem. Constitut. & ibi Afflict. quæst. 5.

Ibi *Ad reprobandum*. Nota quòd in termino reprobatorio nō fiunt litere de audientia testium, Glos. in Constitut. In Pecuniarijs, super quo vide Afflict. in Constitut. Animalia.

Ibi *Reprobantes*. Intellige nisi talis reprobatio insurgeret ex contrarietate ipsorum testium, quia admittitur, Dec. cōs. 8. col. fin. Capic. Decis. 62. & ibi quid quando est lapsus terminus reprobatorius.

Ibi *Concludatur*. An conclusio sit de substantia, Glos. tenet quòd nō, in Clem. sæpe, in verb. cōclusione de verb. signif. Felyn. in cap. cum dilectus, col. 6. vers. 5. de fide Instrum. stante tamen, de Ritu, est de substantia, quia Ritus inducit formam, nam vult quod talis ordo seruetur, ordo autem inducit formam, Bald. in Auth. Quæ supplicatio, C. de Precib. Imperat. offer.

CAP. CLXXII.

IBi *Concurrerent*. Vide Afflict. Decis. 212. & 213. vbi an Minor succedens Maiori possit post cōclusum in causa habere restitutionem, & quid si Minor litigans, pendente iuditio moriatur, & Maior ei succedat, an habeat priuilegia Minoris, Afflict. Decis. 211. & vide Decis. 210. vbi an si Minor agens efficitur Maior, habeat restitutiones quas habuisset vti minor.

Ibi *Diuidua*. Si verò est indiuidua, vide Bald. cons. 141. vol. 1. in vlt. col. & si datur restitutio Minori post didicita testificata, dabitur etiam Maiori super productis per Minorem, Capic. Decis. 170.

CAP. CLXXIII.

IBi *Instrumenta*. De iure erat contrarium Bertach. in verb. Dilatio. lib. 1. vers. 2. Et an censeatur datus ad reprobādum scripturam probatam, vide Franc. Curt. in Tract. Posit. in 1. lib. Tract. cart. 6. lapso autem termino possunt produci testes, qui absque fraude partis non potuerunt produci, Capic. Decis. 90.

CAP. CLXXIX.

AN Fideiussor, datus in contractu de obseruando laudum proferendum per Arbitros, patiatur vigore huius Capituli executionem, quam dat Capitulū contra principalem, vide Anchar. cons. 35. Infertur autem ex hoc, quòd licèt lauda Arbitrorum non dicantur propriè sententię, tamen postquam per istum Ritum habent executionem, dicuntur sententiæ, Decius cons. 11. col. 2. & maximè quia vocat sententias, vt ibi per eum.

CAP. CLXXXIII.

IBi *Appellatum*. Causa appellationis est eiusdem naturæ sicut principalis, nam si prima est summaria, ita est secunda, & idem est modus procedendi, Angel. in l. 1. ff. An per al. caus. appel. agi poss. Oldr. cons. 12. vbi latissimè. Et nota quòd iste terminus currit contra Minorem, Bart. in l. fin. C. In quib. caus. in integr. restitut.

tut. Abb. conf.77. vol.2. in 1. dub. & ibi in 2. dub. concludit, quòd Princeps, vel Alius Gubernator poteſt minorem reſtituere aduerſus lapſum decem dierum ad appellanndum. Et quid debeat probare Minor vt reſtituatur, vide Alex.conſ.55. in fine vol.5. & Aret. conſ.66. Iaſ. in l. Nam, & poſtea, §. ſi minor, col.4. ff. de iureiurand. Iſte autē terminus poteſt per iudicem à quo abbreuiari, vt in Conſtit. Appellationum tempora, & ita practicaui contra calumnioſos, dicentes habeo quinquaginta dies.

B Ibi *Tertiam partem*. An inducat Ritus iſte formam, fuit aliàs dubitatum, ſi non ſoluantur pecuniæ, prout dicit Ritus, & licèt eſſet leuis ſollemnitas, tamen eſt forma, & ex quo à ſtatuto approbatur, non valeret, ſecundum Roman. in confil. 302. propoſita conſultatione, & faciunt notata per Paul. & Angel. in l. 1. ff. de Libert. & Poſthum. ex conſuetudine tamen poteſt hęc leuis ſollemnitas tolli, ſecùndum Innoc. in cap. 1. verſ. ſi autem eſſet res, de his quæ

C fiunt à Prælat. ſin conſil. capit. pro quo vide Abb. conſ. 73. In negotio. Quid ſi non eſſet ſolutum totum ius proceſſus, & deficeret vnus nummus? dic quod appellatio eſſet deſerta, Iaſ. in Auth. Qui rem, colum. 6. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Ibi *Computandos à tempore ſententiæ*. An currat de momento ad momentum, vide Alex. conſ. 87. vol.7.

Ibi *Perfectum, & expeditum*. Vide

D Afflict. in Conſtit. Appellationum tempora, col. 3. vbi quando introducitur proceſſus defectiuus. Sed an ſi quis appellauit ante decem dies, ex tunc incipiant currere alia fatalia, Paul. dicit, quòd ſic, in l. ſi quis hæres, ff. de Acquir. hæred. licèt Aret. allegans Bald. ibi teneat contrarium, idem tenet Paul. in l. fin. C. Qui admict. & vide ibi Alex. col. antepen. & ſeq. Domin. in cap. ab eo, de Appellat. in 6. in princ.

Ibi *A tempore appellationes interiectę*.

E Vide Paul. de Caſtr. conſil. 117. vol.1. & ſi quis appellauit primò in voce, ſaluo iure appellandi in ſcriptis, an quinquaginta dies incipiant currere à prima, vel à ſecunda appellatione, vide Paul. de Caſtr. conſ. 7. vol.1.

Ibi *Vel alio iuſto impedimento*. Nota quòd, ſi deficit in præmiſſis cauſa paupertatis, non habetur appellatio deſerta. Bald. in l. 2. §. ſi quis in iuditio, ff. ſi quis Cautionib. Crem. not. 121. DD. in cap. ex ratione, de Appellat. Mattheſ. not. vltim.

Ibi *Item appellans præſentato proceſſu*. Quis autē debet declarare deſertam Iudex à quo, vel ad quem, vide Franc. in d. cap. ex ratione col. 3. de Appellat. & ibi quid in Delegato.

CAP. CLXXXIV.

Ibi *In hermodicium*. Non idem eſſet, ſi iudici fuiſſet commiſſa cauſa, vt referret, quia tunc nunquam tranſiret in hermodicium, ita Luccas de Penn. in l. ſi quis, col. 6. verſ. quid autem ſi proceſſerit, C. de Naufrag. lib. 11.

In fine tex. An Ritus iſte locū habeat, quando concluſa cauſa infra terminum, remanebat facultas parti procurandi expeditionem, & non fecit, eſt cogitandum, ſed vide Luc. de Penn. in d. l. ſi ſi quis. col. 6. Quid ſi proceſſus fuit factus in cauſa ſpolij de recenti, in quo defenſiones non admictuntur, nec dantur termini, & conſequenter nec concluditur, ſed mictuntur ſcripturæ Actoris, & cauſa non eſt expedita infra biennium à die, quo ceptum eſt agi, an tali caſu dicatur cauſa hermodiciata? Dicendum eſt quòd non, quia, in cauſis, vbi non concluditur, vt in cauſa ſpolij, vltimus Actus, qui fit, habet vim concluſionis, & dico vltimum Actum, qui fit poſt concluſionem in alijs cauſis, ita Butrig. in clem. 1. de cauſ. poſſeſſion. & propriet. quem ibi ſequitur Imol. in fin. 7. col. cum ergo ſcripturæ fuerint miſſę Iudicibus, qui Actus in alijs cauſis fit poſt concluſionem, in caſu iſto habet vim concluſionis, & ita tenet Io. Petrutius in l. Admonendi, ff. de Iur. Iurand. & ita fuit aliàs iudicatum.

CAP. CLXXXVIII.

Ibi *Admictitur*. Et ſic tendit ad proceſſum, & ſic, ſi fit aliter, nulliter fit, Bald. in l. ſi tutori, in fin. C. In quib. cauſ. in integr. reſtitut.

Ibi *Niſi pars prius*. An ſi non fiat ſolutio, & admictatur, proceſſus fit nullus. Vide Aret. in cap. de cauſis, col. pen. de Teſtib. Iaſ. in l. vniuerſa, C. de Precib. Imper. offer. Iaſ. conſ. 105. col. 3. vol. 1. Et an lata ſententia per Sacrum Conſiſtorium, non audiatur in reuiſione, niſi ſolutis expenſis primi iuditij. vide Afflict. Deciſ. 231.

Ibi

Ibi *Nisi pars prius debitum soluerit*. A Hinc dubitatum, an istud capitulum habeat locum in conuento in actione reali, quia conuentus reali non debet, sed in Contrariũ vide Apostill. Prothonotarij, quia debitor, seu debere dicitur, qui tenetur actione reali, l. creditores, ff. de verb. significat. Item quia, lata sententia, quasi contrahitur, Bart. in suo cons. Incip. statuto cauetur Tuderti. Quid, si quis sit condemnatus ad restitutionem rei immobilis, quam relaxat tantum, absque eo quòd offerat, & consignet, vide B Card. in cons. 67. & quòd condemnato ad rem stabilem sufficiat offerre, & constituere se possidere, & dicatur impleuisse, nec requiratur realis possessio, vide Capic. Decis. 14.

Ibi *Præstito tamen*. An ei, qui non potest fideiussionem præstare, sufficiat iuratoriam cautionem præstare? Dic quòd sic, Decis. Delfin. 189. & ibi an possit bis supplicari contra rescriptum Principis, mãdans non fieri executionem, nisi causa reuisa, vide Guid. Pap. Decis. 420. C nota quia in causa Gagliani fuit factum, & est melior tex. in l. 2. vbi Bald. C. vbi, & apud quem &c. vers. nota quod Delegatus. Et an delegatus in causa Reuisionis possit sine noua commissione cognoscere, quòd causa non debet reuideri, quia est ei renuntiatum, videtur ita in appellationis Delegato tenere Francus in cap. ex ratione, vers. quantum autem ad iudicem delegatum, de Appellat. & not. Abb. in cap. cum olim, col. 2. de offic. Deleg.

CAP. CLXXXIX.

AN hoc statutnm valeat. vide Capic. Decis. 65. & quòd valeat, vide Pern. cons. 101. Idem si per mulierem est deductum in pactum, Alex. cons. 200. vol. 6. & an hæc taxatio valeat, Bald. in l. fin. §. præterea, C. de iur. dot. Roman. cons. 517. vide Alex. cons. 27. lib. 4. & cons. 141. lib. 5. Anchar. cons. 150.

CAP. CXCII.

IBi *Ad credentiam*. Quid si, Mercatore fallito, merces meę venditæ in esse reperiuntur, an illis ego præferar, vide Bart. & Angel. in l. si cum dotem, §. fin. ff. solut. matrim. Ias. omnino in l. creditor, ff. si cert. pet.

Ibi *Pro eo prætio*. Videtur dicendum quod si plus valet, illud plus cedit commodo debitoris, secundum Bald. in l. Pro debito, C. de Bon. Auth. iud. possid.

CAP. CXCIII.

AN promissio hæc de rato hæredes afficiat, vide Flor. in l. Hoc iuditio, in fin. ff. Famil. hercisc. Alex. cons. 13. vol. 5. Socc. cons. 24. volum. 3. & quòd non afficiat, si fecit quantum potuit, Aretin. & Ias. in l. si ita stipulatus, §. possum, ff. De verbor. obligation. Contrarium tenet Dec. consil. 113. & consil. 325. Quid si est dictum quòd promittit de rato secundum Ritum, & sic adimpleat, aut carceretur, postea in fine contractus in clausulis generalibus dicatur, & fiat Ritus in bonis tãtum? Dico quòd non intelligitur loqui in speciali promissione de rato, Alex. cons. 21. col. 2. vol. 7. Et an talis promittens possit cedere bonis, videtur quod sic, Bald. in l. 1. C. Qui bon. ced. poss. Et de statuto mandante debitorem carcerari, de quo dubitauit Sansauerinus in l. omnes populi, cart. 30. versic. Duodecimo statutum dicit, vide notabiliter Socc. cons. 204. Et nota quòd stipulatio de rato nõ committitur, nisi quò ad expensas litis, quando ille, qui promisit de rato, erat verus procurator illius, pro quo promisit, & ideo nõ potest allegari quòd prius adim-
D pleat, vide elegans Aretin. cons. 90. In causa istorum. Et quid sit carcer, & quando dicatur quis carceratus, vide Præpositum in capit. super eo, *lo* 2. in fin. 2. col. de Appellat. Et quod non admittantur oppositiones, vide Afflict. in Constit. Comitibus, 4. notab. Socc. cons. 204. vol. 2.

CAP. CXCIV.

E

IN Materia Iuris Prothomiseos vide multa per Pern. cons. 138. & seq. Quid si venditio est simpliciter facta, & postea promisit reuendere, an recuperans teneatur reuendere, Pern. cons. 159. & an recuperans consequatur fructus à tempore moræ, Alberic. ait quòd non, in prim. part. stat. quæst. 97. Et an emptor teneatur ad fructus perceptos, & ad pensionem,

ſionem, vide Pern. conſ. 138. col. 5. Et nota quòd non valet pactum, quòd quis non poſſit recuperare, nec teneatur in hoc de euictione, Pern. conſ. 103. col. 1. & conſ. 124. in 7. dub. & vide Alex. conſ. 52. vol. 1. qui videtur intelligere hoc in ſimili ſtatuto in datione in ſolutum voluntaria, non in neceſſaria, & vide Roman. conſ. 170. Dec. conſ. 18. col. 2. & an in venditione iuris competat ius prothomiſeos, vide Pern. conſ. 130. & in hac prælatione conſortis iure prothomiſeos, attenditur ſtatutum loci, vbi res ſita eſt, non vbi venditur, Soccin. conſil. 74. col. 5. Et circa materiam præſentis contractus vide Alex. conſ. 138. volum. 7. Sed contigit in facto, quòd quis vt coniunctus volebat prædium recuperare, probabatur quòd hoc non faciebat pro ſe, ſed pro alio non coniuncto, Iudicauimus quòd haberet pro ſe tantùm, eſt text. in §. de cętero, in Auth. vt de cęter. commut. Et ſi recuperaſſet, & exinde appareret, quòd voluit pro alio, poteſt retractari recuperatio, vt per Tiraquell. de Retract. lign. §. 5. Gloſ. 1. Et in Emphiteota eſt etiam tex. in l. fin. §. ſed ne hac, C. de Iure Emphit. Deciſ. Delfin. 411. vide Rip. in l. 1. columnn. 2. de Priuileg. Credit. & vide etiam infra in cap. 200 verſ. an habeat locum. Et nota quod iſte Ritus loquitur de iure prothomiſeos, quod competit ratione vicinitatis loci, & conſanguinitatis, nam ſtatutum eſt validum in iure, capit. Conſtitutus, de Reſtit. in integr. & ibi per Ant. de Butrig. Abb. & omnes, Bald. & Salycet. in l. Dudum, C. de Contrah. Empt. & eſt correctiuum legis communis ſecundum aliquos, cùm de iure communi vnuſquiſque ad ſuæ libitum voluntatis emptorem quærebat, & non dabatur intermiſſio conſanguinei, & conſortis. d. l. Dudum, & per ſtatutum præferuntur conſanguinei, & conſortes ex eis, vt hic. Adde etiam quòd dictum ſtatutum loquitur datione in ſolutum facta à debitore creditori ſuo, & ſic ſponte, ſed an habeat locum in adiudicatione aliqua facta per Curiam de re ſtabili ipſi creditori, & ſic in datione in ſolutum iuditialiter facta? & Dicas quòd non, quia dicitur alienatio neceſſaria quo caſu non habet locum tale ſtatutum, vide Alber. in prim. part. Statut. q. 88. incip. ſuppoſito ſtatuto, & vide Alexandr. in terminis, in conſil. 82. volum. 4. incip. Redemptoris nomi-

A ne viſo themate in ſtatutis duobus, vbi etiam determinat, quòd non habeat locum tale ſtatutum in venditione vſus fructus, & aliorum iurium incorporalium, quæ non dicuntur ſtabilia, nec mobilia, ſed dicuntur tanquam diuerſa ſpecies de per ſe, Pro quo etiam facit, quòd appellatione venditionis non venit Adiudicatio, ſeu datio in ſolutum iuditialiter facta, vt ſupra dixi, de quo etiam per Bart. Bald. & omnes in l. Ideo, de Condict. furt. cùm ſit neceſ-
B ſaria alienatio.

CAP. CXCV.

AD materiam huius capituli vide ea, quæ Infra dicemus in cap. 199. Incip. Item ſi Prædio, ſcilicet quando nullum prædium eſt intermedium in via publica.

CAP. CXCVI.

C IBi *Totum integrum prętium.* Quid autem ſi prętium eſt iniuſtum, an recuperans teneatur totum præſtare, Bald. dicit quòd ſic, in l. 2. in fin. C. de reſcind. vendit. In contrarium facit quòd notat Io. Andr. de empt. & vendit. §. nunc dicendum reſtat, verſ. ſed pone ſtatutum, ad fin. Angel. Imol. & Alexand. in l. Qui Romæ, §. cohæredes, columm. pen. de verb. obligat. vide Pern. conſ. 138. qui dicit ſufficere verum prætium depo-
D nere, licèt cautius ſit cum proteſtatione totum deponere.

Ibi *Præſtet idoneè*. Scilicet cum fideiuſſione, tunc enim dicitur cautio idonea, ſecundum Bart. in l. ſi mandato, §. fin. cum Gloſ. ff. Mandat. & vide in l. Cautionis verbo, ff. de verbor. ſignificat. & Bart. in l. Prætoria, & l. 3. ff. de Prætor. ſtipulat. & ibi etiam quæritur, an dicatur idonea, ſi interuenit hypotecatio, vel pignus, Adde etiam, quòd, ex quo iſta cautio pręſtatur ex forma ſta-
E tuti, & ſi non eſſet additum illud verbum *Idoneè*, Intelligitur tamen cum fideiuſſione, ſecundum Bald. in l. Sancimus, C. de verb. ſignificat. & ad prædicta vide etiam Bart. in Rubr. ff. de in ius vocand. & Bald. plenè in l. exequutorem, in ver. modo quæro, C. de execut. rei Iudicat.

CAP. CXCVII.

IBi *Secundum formam iuris*. Vide ad hoc bonum text. in l. Infra vtile, §. vendentibus, & ibi Glos. ff. de Minor.

CAP. CXCVIII.

IBi *Statur iuramento venditoris*. Et sic confessio venditoris prodest, vel nocet emptori, vide in l. fin. C. de Curat. & ibi per DD. & vide Bart. & Modern. in l. Facta, §. si hæres, ff. Ad Trebell.

In fine tex. Et sic pretium quo venditur, non quod iustum est debetur.

CAP. CXCIX.

IBi *Via publica*. Dic quod idem iuris est si flumen publicum sit intermediũ, nam cessat ius Prothomiseos, cum cessat consanguinitas, & coniunctio.l. si prius, §. fin. ff. de Aqu. pluu. arcend. quod secus in flumine, aut via priuata, quia ista non dicitur separatio coniunctionis, l. 3. ff. Arbor. furt. cesar. l. 3. de iudic. secundum Bald. in suo Tractat. de iure congrui, quibus etiam adde, quòd si emphiteota, vel consanguineus vult vendere sua iura, seu melioramenta, quòd præfertur dominus vicino, & consanguineo volentibus recuperare, secundum Guglielm. de Cun. in l. Imperator, de Postulat. & ibi per Bald. in suo tractat. de Iure congrui, & per DD. in cap. 1. §. porrò, Qual. poter. olim feud. alien. Item quæri potest, Quid si facta est venditio, quæ non teneat, an locum habeat ius Prothomiseos, vide eumdem in l. fin. C. comm. de legat. Item, quid si testator legauit feuda Titio, & voluit, quòd, si contigerit feudum vendi, quòd non vendatur nisi Sempronio, & ita est facta venditio, an ius Prothomiseos habeat locũ, Dic, quòd sic, quia testator non poterat facere, quòd statutum non habeat locum in suo testamento, l. Nemo potest, ff. de Legat. 1. Et vide per Bald. in d. tractat. de iure congrui, vbi etiam petit, quid si quis permutauit feudum suum cum quadam alia re, & conuenit quòd vnus alteri rem daret, & vltra, rem, vntiam vnam, an habeat locum ius Prothomiseos, cùm ratione vntiæ, de iure videatur venditio, & non permutatio,

A & Dic quòd non habet locum, cùm sit contractus permutationis, quo casu non vendicat sibi locum ius Prothomiseos, nisi consuetudo esset in contrarium, l. Dedi, ff. de Condict. ob caus. & per plures rationes positas in Glos. vide etiam Bart. ibi, distinguentem, quòd aut agitur de vendendo, & erit venditio, aut de permutando, & erit permutatio, & videas ad hoc, cap. Ad quæstiones, extr. De rer. permutat. & per Cyn. in l. Tempore, C. de pact. inter empt. & vendit.

B Sed quid in dubio, vide Bart. in l. Aristo, ff. de Donation. & in d. l. Tempore, per Cyn.

CAP. CC.

IBi *Si prædium vendatur*. Et sic loquitur in venditione alicuius rei stabilis. Sed an habeat locum in donatione? Dicas quòd non, vt tenet expresè Specul.

C & Io. Andr. in Addittion. in §. nunc dicendnm restat, cap. 2. col. 8. ver. sed plenè, in tit. de empt. & vendit. maximè quia in isto statuto loquente de venditione, fit mentio de prætio, quo casu strictè capitur pro ipsa venditione, & non pro alio contractu, quo alienatur dominium, maximè in correctorijs, quod sequuntur omnes Modern. post Bart. in l. Filius familias, §. Diui, ff. de Legat. 1. vbi plenè per Dom. Alex. Imol. & Angel. & hoc inducunt ad plures quæstio-

D nes Dom. Abb. & omnes in cap. 1. De his quæ fiunt à Prælat. & per Alber. de Rosat. in Tract. statut. in 1. par. q. 88. incipit. supposito statuto, cum plurib. sequent. & per Alber. & Iacob. de Vgo. in contro. inter dominum, & emptorem De Alienat. immun. ac per Ant. de Butrig. & Imol. in cap. constitutus, De restitut. in integr. in fin. & per Bart. & omnes in l. Peto, §. prædium, ff. de Legat. 2. ac per D. Ias. in l. 1. ff. de rer. permutat. An habeat locum istud statu-

E tum in datione in solutum voluntariè facta à debitore? Vidistis quòd sic, prout supra in præcedent. cap. 194. ex quo in eo fit mentio expresè de hoc, ideò intellige vt ibi, & dixi aliàs si non fieret expresè mentio in d. cap. de datione in solutum, non haberet locum, nec procederent iura allegata, In quibus etiam habes, quòd non habet locum istud statutum in contractu emphiteotico, vt possit vici-

sit vicinus, seu consanguineus recuperare, & vide per Alber. in loco supra allegato in d. cap. 194. vbi etiam ponit quando dominus vendidit, & postea recuperauit infra tempus concessum vicino ad recuperandum. An etiam istud ius prothomiseos locum habeat, & eo modo, quòd si non possit recuperare propter paupertatem, an possit alicui illud ius cedere, vendere, & donare, & quid si conceditur in feudum, vide ibi plenè. Quid si plures consanguinei ex parte patris, & ex parte matris concurrant, quis p̨reseratur in recuperatione rei alienatę? vide Io. Fabr. Institut. de legitim. agnat. successf. vbi concluditur, si res alienatæ sint per consanguineos ex parte patris, descendentes illius præferuntur, si verò ex parte matris, illi præferuntur, secundum eum ibi. Dubitari potest, vtrum istud statutum iuris prothomiseos, quod competit ratione sanguinis habeat locũ in filio naturali, & spurio? Dic quòd sic, cùm disponat per verba, seu nomina naturalia, & quò ad iura naturalia, nulla est differentia, ita Bart. & Alij, in l. eas obligationes, ff. de capit. diminut. & l. Pronuntiatio, de verb. significat. Imol. & Alexand. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. Ad Trebell. vbi etiam vide, quòd, si venditor vult vendere, & denuntiet vicino, seu cognato si vult emere, si ipse dixerit, vendas cui volueris, an possit recuperare? Dicas quòd non, ex quo interuenit pactum, secus si non interuenerit pactum, sed simplex renuntiatio, cùm sit renuntiare iuri de futuro, secundum Bald. in suo tractat. de iure congrui, alleg. Archidiac. in cap. si clericus, de Prębend. in 6. & de pact. inter empt. & vend. l. Commissoriæ, & de offic. Delegat. cap. Gratum, vbi etiam ponit plures quæstiones circa statutum istud, & quòd si dixerit consanguineus, vel vicinus, cum fuerit denuntiatum, si vellet emere, nolo emere, an sit exclusus à iure recuperandi, vbi determinat quod non, nam non sequitur, nolo emere; ergo renuntio iuri recuperandi, quia fortè voluit deliberare, an sibi expediat velle recuperare an non, vide quæ in simili dixit Salyc. in l. Actione C. de Actionib. vbi verbum, nolo, non inducit dispositionem, vbi vide Bart. in l. fin. C. de Repud. hæredit. & in l. 2. vbi Glos. & DD. C. de iur. deliber. & l. si quis suus, eod. vbi Angel. & Paul. de Castr. & Angel. Bald. & Alex. in l. Qui se propria,

A C. vnd. liber. Circa istud ius Prothomiseos vide Consuetud. Cathinæ; vbi ponuntur plures quæstiones, cùm Ritus iste non deroget Consuetudinibus loci, imò illas approbat, & seruari mandat, in qua consuetudine etiam deciditur, quid iuris, quando vicinus, & consanguineus concurrunt, tamẽ præfertur consanguineus, vnde ibi cessaret consuetudo per Constitut. Sancimus, de iure congrui, & vide Ant. de Butrig. in cap. Constitutus de restitut. in integrum, & Bald. in d. Constitut. Sancimus, vbi etiam vide, quòd si

B Fructuarius, emphiteota, vel censuarius emeret directum dominium, seu proprietatem, etiam consanguineus, seu vicinus poterit recuperare totam rem, si vsufructuarius habuit notitiam de tali statuto, aliàs recuperat solam proprietatem emptam, remanente vsufructu penes eum, prout erat, ita dicit notabiliter Bald. & Cyn. in l. si maritus C. de inoffic. testam. & sequuntur ibi, Paul. & Salyc. & ibi etiam vide per. Alex. in Apostill. & Cyn. & omnes in l. Ad officiũ,

C C. comm. diuid. Alber. de Rosat. in Tractat. statut. in prim. part. in quæstionib. allegatis, & vide etiam quæ dicam infra in cap. 202. Item quòd prædicta Capitula.

Ibi *Quod adhereat plus*. Adde quòd de iure communi istud etiam procedit, per l. Adeò, §. insula ff. De acq. rer. domin. & quid si equaliter iure vicinitatis, Dic quòd Ambo admictuntur, licèt Consuetudo aliter disponat, vide Alexandr.

D in l. si venditor, post principium, ff. de in diem adiect. & not. in l. si Titio, ff. de verb. significat. & in l. si quis seruum, §. si mater, ff. de Legat. 2. & l. si plures, ff. de Action. & obligat. in quibus etiam locis habes, quòd, qui primò prouocauit, debeat præferri, & An sit locus gratificationi, vide in dictis locis. Adde etiam quòd istud ius prothomiseos competit Præsentibus, & maioribus infra triginta dies, in minoribus autem, & absentibus infra quatuor menses per d. Cõ-

E stitut. Sancimus, Regis Francisc. & cap. de iure congrui, quæ non est incorporata in Constitutionibus Regni, sed extrauagans, & ibi posita in Constitutionibus quo tempore elapso, an restituantur dicti minores, & absentes causa Reipublicæ, vel captiuitatis, vide per Scribentes ibi in Glossis suis, vbi etiam, An ius Prothomiseos habeat locum in clericis, sed de hoc vide Bart. & Alexand. in l. Filiusfamilias,

familias, §. Diui, ff. de Legat. 1. quia, A aut ipse clericus vendidit, & habet locum, aut ipse non vendidit, sed detinuit, & non habet locum secundum eos, & vide Andr. de Ysern. conf. 85. & vide in Auth. capsa, & ibi Scribentes, C. de Sacrosanct. Eccles. Quid autem si res venditur sub conditione, quando incipit currere tempus recuperationis? Dic quòd à die existentis conditionis, vide tex. in l. 1. ff. Quand. act. de Pecul. & ibi per Gugliel. & vide in l. Caio ff. de excusat. tutor. facit l. 1. ff. de iur. deliber. & l. Bene, §. sub conditione, ff. de edilict. edict. Secundum Bald. in d. Constitut. Sancimus, vbi etiam quærit, Pone quòd quis habeat domum, terram, seu fundum, & vendidit vtrunque vnico prætio, & vicinus, qui habet vicinitatem in domo tantùm, & non in fundo, vult iure Prothomiseos domum tantùm recuperare, emptor, seu venditor dicit, quòd omnia capiat, seu dimittat, & decidit, quòd, si illa plura corpora sunt contigua, adeò quod esset vnum totum, C seu vnum corpus, & vna res pars alterius, debet omnia recuperare, aliàs non auditur vicinus, vt putà vna domus in multis corporibus, facit l. Si quis, & l. cum Stichus, & ibi DD. ff. de Solution. si autem sint plures res diuersi iuris, & sic vna non potest dici pars alterius, & tunc secus, tot enim sunt emptores, quot sunt res in emptione præcisæ, vt d. l. cum Stichus, & ideo si habet ius prothomiseos in vicinitate in vna re, istud ius non debet sibi auferri pacto venditoris vendentis in præiudicium ipsius. Item in Iure Prothomiseos non soluitur nisi prætium quo venditur, quia victus victori non soluit expensas Aduocati, quas gratis habuit pars aduersa, vt per Barthol. in l. stipulatus, ff. de Fideiussorib. Item quæro, quid, quando in contractu venditionis aliquid adijcitur? Videtur Donatio, & talis adiectio donationis nihil operatur, quia quãdo fit mistura quorundam contractuum cõtrariorum, præsumitur fraus, & reuocatur res vendita, secundum Gugliel. de Cun. in l. sed si dotem, ff. de Pact. vbi determinat in eo, qui vendidit rem valentem centum pro quinquaginta, & adiecit, quòd si valet plus, illud plus donat emptori, non obstante tali donatione præsumpta in fraudem, reuocabitur res cum donatione l. 2. C. de rescind. vendit.

CAP. CCI.

IBi *Agnoscenti accrescit*. Vide l. 1. de Successor. ędict. & quod ibi notatur.

CAP. CCII.

IBi *Consuetudines*. Adde etiam, quòd si hoc non esset expressum in hoc Ritu, B tamen per legẽ generalẽ non viderentur sublatæ consuetudines locorum, secundum Glos. & DD. in l. de quibus, ff. de Leg. & per Bald. & Alios in l. fin. C. de testam. & in l. 3. §. Diuus Adrianus, ff. de Sepulchr. viol. & per Andr. in cap. 1. de Constitut. & vide Bald. in l. 1. C. Ne fil. pro patr.

Ibi *Consuetudinem Panhormitanam*. Idest sub dat. Panhormi in 4. Mẽsis Maij 5. indit. quæ in effectu cõcludit vt Infra, scilicèt, quando res primo loco est data ad interusurium, seu ad emphiteusim, & postea illud ius census venditur cẽsuario, vel emphiteotę, quòd consanguineus vel vicinus potest recuperare dictam rem à dicto emphiteota, seu censuario, ac si à principio fuisset facta vẽditio totius fundi, sed alio permutationis titulo directũ dominium consolidatum cum vtili recuperare non potest vicinus, seu consanguineus, nisi de corpore ipso esset facta venditio vera, oblato prętio ipsius fundi, taxando per Curiam Prætoris, seu Iu- D dicis. Quid si in aliam tertiam personam transit dominium directum, seu ius emphiteoticum? Si quidem emptionis titulo, eiusdem iuris recuperatio vicino cõpetit, iuxta tenorem præsuppositæ Antique Consuetudinis, soluto priùs prætio ipsi emptori, pro quo ius ipse emerat à dicto domino, vt supra, si verò ius directi dominij in aliam tertiam personam alio quàm venditionis titulo transferatur, tunc nullum ius prothomiseos competit vicino, vel consanguineo, nisi for- E tasse ius directi dominij reddierit ad emphiteotam ex alio cõtractu inter dictum emphiteotam, & tertiam personam celebrato, tunc enim iuris recuperatio cõpetit, & si principaliter eidem emphiteotę per dominum directum facta esset venditio de toto corpore supradicto. Quid si contigerit fortè dominum transferre ex causa dotis, vel alicuius vltimę voluntatis, & extremi iuditij? Dic quòd

omnino ius prothomiseos cessat, & nulla actio vigore præsentis declarationis dicti iuris prothomiseos cōpetit recuperandi consanguineo, vel vicino, pro qua consuetudine faciunt quæ voluit Bald. in l. si maritus, C. de inofficio testam. & vide per Alber. de Rosat. vbi supra Paul. de Castr. Salyc. & Cyn. in l. ad officium, C. Commun. diuid. vbi decidunt, quòd si aliquis emphiteota, seu habens vsumfructum in fundo, emit proprietatem, quòd agnatus proximior admictatur ad A recuperandum à pręfato vsufructuario, vel emphiteota.

B

CAP. CCIV.

IBi *Priuilegÿs*. Debent tamen dicta Priuilegia, statuta, seu Constitutiones particulares ędi in iuditio, quando casus eueniret, aliàs non posset quis eis lętari, vt dicit Alex. in cons. 179. col. 6. & per ista habes Ritum expeditum cum Glossis suis.

Finis Ritus V. I. D. Hyeronimi Fimiæ.

LECTVRA

LECTVRA
EXIMII V. I. DOCTORIS
SIMONIS VIVACITI
SVPER RITV REGNI SICILIAE.

AD PROHEMIVM.

ISTA forma,quæ datur per Ritum,seruāda est, Cin. in l.2. C. quæ sit longa consuetudo, & Bald. in l. de quibus, ff. de leg. si autem non seruaretur,non valeret actus C. de diuers. rescript. l. Sacri affatus, & l.probatorias,C.de diuers.offic.lib.12. & Bal.in loco superius allegato in 13. colu. B

CAP. XCVII.

IBi *Debiti declarati*. Vt in Authen. si quis C. de bon. Auth. Iud. poss. Glos. Bart.& DD.in l. properandum §. fin autem, C. de Iudic.

Ibi *Refectis expensis*. Ac etiam ceteris dannis, & interesse, vt l. Sancimus, & ibi Glos.Bart.& Doct. C. de Iudic.Bart. in l. 1. §. fin. in princ. Glos. Magn. C. si quis ius dicen. non obtemp.

CAP. XCIX.

ADde, quòd vbi proceditur in scriptis, & essent plus expensæ quàm esset causa, Iudex debet procedere sine A scriptura,vt per Bart.in l.mediterraneæ; C. de ann. & trib.lib.10. pro quo allego tex. in Authen. vt omnes obed.Iud. §.1. Ibi *Aut plures expensas pati quàm rei extimatio est*.

CAP. CI.

NOta quòd bonum est statutum, & consuetudo,quòd instrumenta executioni mandentur, Bart.in l. de quibus, ff. de legib. in 5. colum.

CAP. CX.&CXI.

IBi *In forma publica*. Intelligas manu Notarij tunc enim dicitur in forma publica, secundum Abb. Sicul. in cap.1. de fide Instrum. cum subscriptione Notarij, ergo non sufficit transumptum, licèt transumptum cum authoritate Iudicis probet secundum Bart. in l. probatorias, C. de diuers. offic. lib. 10.

Ibi *Fit nota Iudicibus, &c*. Et hoc e-
C rat sufficiens in paruo præiuditio de Iure, secundum Bald.in Authen. sed nouo Iure, C. si cert. pet.

Ibi *Obligationem expressam,& presentem*. Et dicitur expressum id, quod per coniecturas perpendimus, vt l. licet Imperator, ff. de leg. 1.& l. si quis locuplex,

 ff. de ma-

tem quòd ad tertium comparentem pro suo interesse, ita not. d. Ant. de Butri. in cap. vt debitus honor, extra de appellat.& refert,& sequitur dominus Barba. in suo consil. Incip. scripsit ecclesiasticus quòd est Insertum post consilia Alexan. consi.182. col.3.

CAP. CXIX.

IBi *Sed in promptu potest liquidari*. Dato etiam,quòd liquidatio fit per testes tamen sufficit, ex quo debitum contentum est in Instrumento, Bart. post Butr. in l. certi conditio, ff. si cert. pet. de iure tamen, si debitum non est liquidum, potest fieri executio in Instrumento guarẽtigiato, & facta executione, fit liquidatio, secundùm Bart. in l. 1. ff. de edendo, & in l. 1. ff. de leg.2. & in l. proinde, §. notandum, ff. ad l. Aquil. & Ludou.in consi.26. Et hoc in iudicijs vniuersalibus, & generalibus: in particularibus verò, si non est debitum liquidum, non poterit executio fieri de Iure, secundùm Bart. in d. §. notandum, & Bald. in l.2. C. de executione rei Iudic. & Ludouic. Rom. in consil.208. posset tamen dici de consuetudine, quòd nulla facta liquidatione, fiet executio, & deinde liquidatio, sic consuetudo posset inducere,quòd valeret sententia lata super incerto, & post sententiam fieret liquidatio, Bald. in l. de quibus, ff. de legib. in 10. columnn. Quid autem,si obligatus portare frumentum cum naui, & nauis fuit detenta per Regem, seu officialem, vel per ciuitatem Messanæ quæ speciali isto priuilegio decoratur, an teneatur ad interesse? Dic quòd non, Angel. in consil.217.

CAP. CXX.

IBi *Debitore non citato*. Nota, quòd si debitor non fuit citatus, sed fuit interpellatus extra Iuditium, an tunc veniens cum sacculo parato Infra eũdem diem, teneatur ad expensas. Dic quòd sic, quia interpellatio extraiuditialis constituit quem in mora, secundùm Glos. in l. vinum, ff. si cert. pet. & in l. qui Romæ. §. fluuius, ff. de verb. oblig.

Ibi *Reficiantur expensę predicta*. Sed numquid expensę Instrumentorum, vigore quorum facta est executio, veniant. Dic vt per Angel. in Auth. De litigios. §. omnem vero.

A

CAP. CXXIII.

DE iure tamen est, quòd si debitor potest carcerari, idem est in hærede, Bald. in l. postulante, ff. ad Trebell.

CAP. CXXIV.

IBi *Pignora aurea*. De Iure tamen est, quòd debitore nequẽte soluere In pecunia numerata, quamlibet rem suam ad

B electionem creditoris soluere potest, nedum aurum, & argentum vt in authen. hoc nisi C.de solut.vbi per Doct.& Bart. in l. 2.§.1. In fin. ff. si cert. pet. & Lud. in consil. 160.

Ibi *Vel det fideiussorem bãcalem*. Quod est verum, nisi debitor ostenderet in promptu de nullitate Instrumenti, vel debitor esset notoriè locuplex, & ita limitat Ludoui. Rom. in consil.67. Incipiente in Christi nomine, qua limitatione non vtimur in Curijs nostris.

C Ibi *Stet in carceribus quàmdiu soluat*. Et tunc si narraret quòd non potest soluere in pecunia, offerendo bona sua ad electionem creditoris pro satisfactione debiti,quæ sufficerent,excarceretur,quia Ritus iste recepit interpretationem à iure communi, ita expresè consuluit Ludouic. d. consil.160. licèt aliter seruent hoc ignorantes.

CAP. CXXV.

D IBi *Infra*. Hoc verbum continet etiã vnciam, l. si quis hoc dixerit, ff. de verb. significat. & l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig. & not. Glos. In Constitut. Regni Incip. Instrumentorũ robur, & In l. liberi, & in l. Idem vsq; ff. de edil. edict. & Bart. plenè in l. patronus, §. 1. ff. de leg.3. & ibi allegat alia iura.

CAP. CXXVI.

E IBi *Non carceretur*. Contrarium erat de iure communi, quòd etiam in obligationibus facti, vbi erat Instrumentum, non succedit obligatio ad interesse, sed potest quis precisè ad factum compelli ratione iuramenti,secundum doctr. Abb. in cap. ex rescripto, de iureiurand. & in cap. veniens, eo. tit.

CAP.

CAP. CXXVII.

IBi *Redire ad personam*. Contrarium erat de iure ciuili quando adhibentur remedia contra contumacem, nam capiendo bona potest capi facere personã, vel è contra, vt l. cum eo, ff. ad l. Iuliã pecul. & l. 1. §. quid ergo, ff. de ventre Inspic. & Bald. in l. ignorare, in fin. C. de restit. milit. & not. Bart. in l. consentaneum C. quom. & quand. Iud. Anchar. In cap. 1. de eo qui miſt. in poss. causa rei seruand.

CAP. CXXIX.

QVa autem pęna puniatur criminaliter creditor, petens debitum iam sibi solutum, vide Bald. in l. 1. de condi. indeb.

CAP. CXXXI.

IBi *Infra quindenam*. Et nota, quòd, ex quo ipso iure Ritus constituit 15. dies, si infra talem terminum nihil fiat, Iudex potest proferre sententiam sine conclusione, quia non requiritur conclusio, nec defensionis renuntiatio, ita per plures rationes tenuit Ludou. in consil. 177. in 6. colum. & hoc cauetur in Ritu antiquo huius Regni Siciliæ, quòd, si causa est fundata super confessione partis, An pars possit infra illos 15. dies probare errorem suæ confessionis, Bart. in l. 2. ff. de confess. & in l. error C. de iur. & facti ignor. tenet quòd sic, & idem Abb. in cap. ex parte, & cap. 1. extra de verb. oblig. licèt contrarium teneat Io. Andr. & Petrus de Anchar. in cap. fin. extra de in integr. restit.

CAP. CXXXII.

IBi *Vigore rei iudicatę post annum*. Secundum ergo istum Ritum sententia, elapso anno, non habet executionem paratam, quod est de iure communi in sententia lata per delegatum Principis, qui post annum non potest exequi sentẽtiam, cap. conquerente extra de officio delegati, not. Bart. in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iud.

Ibi *Fuerit confessus debitum*. Quid si talis confessio fuisset facta per verbum, credit, an tunc habeat locum Ritus iste, & videtur quòd sic, cum talis confessio, per verbum credit, ęquè preiudicet, ac

A si prius simpliciter confiteretur, secundũ Specul. in tit. de pos. §. 6. vers. quid si interrogatus, & Bald. in l. 2. §. quod obseruari, C. de Iuram. calum. Ludou. in cons. 697. Sed contrarium est, cum talis non sit confessio propria, sed releuatio ab onere probandi, ita eleganter dicit Bald. in d. §. quod obseruari. Et hinc est, quòd Iudex, si vult, potest compellere vt respondeat per verbũ negat, aut confitetur, nec ammiĉtere verbum credo, secundum Speculat. vbi supra, in

B verb. item not. & idẽ de verbo existimo, secundum eundem Specul. & idem de verbo videtur, vt not. per Bart. in l. 1. ff. de ventr. inspi.

Ibi *Soluere non tenetur*. Et idem, si quis interrogatus diceret, scripturam seu appodixam contra se facientem manu sua propria esse, cum talis appodixa faciat plenam fidem, secundum Bart. in l. admonendi in 6. colum. ff. de iureiur. & in Authen. si contractus, C. de fide In-

C strum. & in l. scripturas, C. qui pot. in pigno habe. & in l. nuda, ff. de donat. Sed an coram vno Iudice causari possit cędula, de confessione coram alio facta, vide Innoc. in cap. 2. de dilat. Bald. in l. 1. C. de confess. ante fin. Ex probationib. autem factis per testes non poterit causari, Bald. in loco sup. alleg. Sed quid si reus, citatus ad subeundum, est contumax, an iudex mandare possit apponi verbum confitetur, & procedere secundum formam huius Ritus, Bart. in l. si finita, §. Iulianus in vlt. colum. in vers. Sed

D de textu, ff. de damno infect. dicit quòd, si ante litem contestatam reus fuerit cõtumax in respondendo, non potest haberi pro confesso, & idem Bald. in l. 1. C. de confess. vers. & secundum regulã, & ratio est, quia ficta confessio requirit actum, & ordinem iuditij, secus in vera, Innoc. in cap. 3. extra de testib. & Bald. in d. l. 1. C. de confess. in vlt. colum. vers. item quòd, licèt ipse Bar. post alios Doct. in l. de ętate, §. qui tacuit ff. de inter. actio. tenuerit, quòd ante litis conte-

E stationem cõtumax habetur pro confesso: ergo Ritus iste non potest habere locum, Quod ego intelligo verum, nisi reus citatus coram Iudice, & iussus ore iudicis, vt responderet, recusaret, nam tunc ante litis cõtestationẽ habetur pro cõfesso, vt est tex. in cap. 2. & ibi Glos. in ver. Iussus, & Doct. extra de confess. lib. 6. & Bart. in d. §. qui tacuit, & per consequens ex tali confessione posset cędula causari, non obstat, quòd haberi pro confesso,

fesso, est casus fictus, & statutum nō habet locum in casu ficto, secundum Bart. in l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. quia hoc verum, quando casus fictus procederet de iure communi, vt not. Anchar. post Doct. in cap. ad audientiam, & ibi d. Abb. & in cap. ex parte, de cler. non resid. & in cap. 1. eo. tit.

CAP. CXXXIII.

IBi *Causas summarias*. Item causæ depositi, vt l. si quis vbi not. Bart. C. depositi.

Ibi *Caussa alimentorum*. Adde quòd à causis alimentorum non appellatur, & dato quòd appelletur, non suspenduntur alimenta interim, Bald. in l. si instituta, §. fi. ff. de Inoff. testam.

Ibi *De dote promissa*. Adde idem cum agitur de dote restituenda, vt probatur in clem. dispendiosam, vbi hoc tenet d. Card. Floren. in 30. q. de Iud. & Ludou. in consil. 171. & nota, quòd valida est dispositio, quæ vult, quòd in causis dotium procedatur summariè, Bald. in l. de quibus, vers. fin. ff. de legib.

CAP. CXXXIV.

CVm Ritus iste vbiq; constituat terminos in causis, non est necesse Iudicem interrogare partem, an velit aliquid facere, antequam concludatur, pro vt dicitur in l. Iudices. C. de Iudic. ita limitat Ludou. consil. 173. Adde quòd termini per Ritum istum sunt de substantia, & ideò eorum obmissio viciaret processum, de iure tamen idem esset, si procederetur contra absentem, quia non dato termino, processus esset nullus, secūdum Bald. in l. cum maioris, C. si aduersus rem Iud. in pen. col. & not. in cap. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constitut. Si vero proceditur contra præsentes, nulla petita dilatione, vel petita, & denegata, valet processus, secundum Bald. in l. cum à nobis C. de ędilic. edict. & l. si quando, C. eo. tit. & ideo tali casu de iure communi testes recepti sine termino valerent, secundum eosdem Doct. in dict. l. si quando, & dict. l. cum à nobis, quod secus esset secundum Ritum Istum, eo quia datur forma, qua prætermissa, viciatur processus, l. prolatam, C. de sentent.

CAP. CXXXV.

IBi *Constito antequàm audiatur*. Et tali casu sufficit cōstare per testes deponentes de auditu, ita not. tenent Doct. de Rota decis. 191. In cap. licet, & cap. quàm graue de excess. Prelat. & in cap. Inquisitione de electio. Adde quòd qui agit de spolio duo debet probare, se possidisse tempore spolij, & fuisse deiectum, seu spoliatum, vt in cap. consultationibus, & ibi Glos. in verb. deiectum, de offic. delegati, si enim non posset probare, quòd ante spolium fuit in possessione, agat condictione l. fin. C. vnde vi, & obtinebit, aliàs si interdicto vnde vi non ageret, succumberet, vt not. dicit Bart. in d. l. fin. vers. tertio quæro. Et in tali libello quòd requiratur expressio tēporis, & loci facti spolij, quando aduersarius arguitur quòd dolo spoliauit, vide Bart. in l. 1. §. interdum, ff. vti possid. & de vi, & vi arma, l. 1. & Bald. in l. fin. C. vbi de poss. agi oport. & plenè per Ludouic. in consil. 188. quod incipit spectabilis, & similiter quando agitur infra duos menses, quia licèt agatur summariè, non cessat quin ita concipi debeat libellus, secundum Ludou. in fin. dicti consilij, Non obstat, si dicatur, quòd nunquàm spoliatus audiatur, quia primò debet fieri restitutio, & per consequens nō potest audiri super ineptitudine libelli non continendo tempus, & locum, quia hoc fateor, sed, post quàm restituerit possessionem, audiatur, & irritabit libellum prædictum.

CAP. CXXXVII.

ADde tamen quòd si per dilationem longam, datam per Iudicem aduersario opponenti ad litis ingressum, causa non potest expediri infra bimestre, quòd non obstante lapsu bimestris, causa poterit expediri, secundam Bart. post Glos. & Ray. in l. si cum ipse, ff. de excusat. tut. & Cyn. in l. fin. C. de adulter. & Bald. in d. l. si cum ipse, qui dicit idē, si non possit expediri facto aduersarij, pro quo est tex. in l. si post, ff. de rei ven dic. Et addas quòd si Iudex propter multitudinē negotiorū impeditus non possit causam expedire, & tempus laberetur, quòd daretur restitutio, secundum Glos. in l. Senatus consulto, in verbo restitueretur, ff. de offic. Pręsid. quàm ibi Ang. facit singularem.

Ibi

Ibi *Infra dies octo tantum preponatur*. Nominando eos expresè, non verbis generalibus, vt in cap. Pastoralis iuncta Glos. in ver. præter, extra de exceptio.

CAP. CXXXIX.

IBi *Non appellatur*. Posset tamen habere recursum ad superiorem per viam supplicationis, & quærelę, quia exclusus ab appellatione, non excluditur à quærela, Bald. in l. fin. ad fin. C. de Appellat. & ibi Salyc. tu verò adde Angel. B de Aret. in l. ex consensu, ff. de appell. qui dicit, quòd in casibus, in quibus non potest appellari, potest supplicari, ita refert, & sequitur d. Alexand. in Authen. Quæ supplicatio. C. de Præcib. Imper. offer. in Apostillis suis super lectura Bart. quòd dictum Angeli, & Alex. ipse intelligit, quando nullo modo potest appellari; & hanc opin. credo esse communẽ, C. de temp. appell. l. fin. & sibi Salyc. & Paul. de Eleazar. in Clem. 2. de constit. Salyc. in l. fin. de sententijs, & interloq. C omn. Iud. & Abb. In cap. ex literis de in integr. rest. per illum text. Bart. tamẽ tenet contrarium in l. 1. C. ne lic. in vna eademq; causa ter. prouoc. dicens quòd vbi est prohibita appellatio est etiã prohibita supplicatio, & idem tenet Bal. in l. 1. C. de edit. diui Adr. toll. & Io. de Imol. in d. cap. ex literis, probatur in l. si quis aduersus, C. de Præcib. Imper. offer.

CAP. CXL.

IBi *Quòd procedatur summariè*. Et intellige, quòd, licèt aduocatus diceret: quòd procedatur summariè, in Iuribus diceret, sic tamen sit processus ordinarius, aliàs iuditium esset nullum, quia quã do iuditium de se est ordinarium, etiam si voluntate partium procederetur esset nullum, secundum Glos. ab omnibus approbatam in clem. sæpe, in Glos. fin. de verb. sign. quia per pactum non potest renuntiari ordini iuditiorum, licèt per E consuetudinem possit vt in Authen. de fideiuss. §. argentum, & C. de constitut. Princip. l. 2. in fin. Bald. in l. de quibus in 3. colum. ff. de leg. & Imol. in cap. 1. de libel. oblat.

CAP. CXLI.

IBi *A tempore scientiæ*. Et presumitur scientia, quãdo est publicè notorium, secundum Glos. quàm ibi sequuntur Bar. A & Bald. in l. 1. C. de procurat. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de recept. arbitr. & Bald. & Salyc. in l. 1. C. de his qui latro. & est Singul. Glos. Instit. de excusat. tut. §. qui autem excusare, in verbo, ex quo cognouerunt, & in cap. 1. de postulat. Prelat. & in Can. dicimus 16. q. 1. & not. Abb. in cap. Ab excommunicato, & ibi Glos. in verb. de facto, extr. de rescript. & est tex. in cap. 1. circa finem, & in cap. publicę, de concess. prebend. potest enim esse quòd sciat delictum, & nesciat à quo fuerit commissum, vt est Glos. in l. 1. in ver. locus sit, ff. ad Syllan. Adde quòd In criminalibus ordinarijs non procedit libellus generalis, etiam si contra illum non opponatur secundum Bald. in l. 1. 14. col. vers. sed iuxta hoc pone dicit statutum. C. de confess. & in l. ędita, in 12. colum. C. de edend. vers. quomodo cognoscatur, cùm in criminalibus summarijs procedat libellus generalis, si nõ opponatur. Ita dicit Alexan. in consil. 31. 4. vol. Bart. in extrauag. ad reprimend. in verbo figura iudicij.

Ibi *Simul, & semel se defendere*. Adde quod de iure, dilatio, quæ datur actori, intelligitur, & e contra, vt in l. petendę, vbi Bart. & Doct. C. de tempor. in integr. rest. & in l. admonendi vbi Bart. ff. de iureiurand.

CAP. CXLIV.

ADde quòd testis qui ritè non deponit, vel taliter, quòd dictum suum D non valet, etiam didicitis testificatis debet iterum examinari. Glos. in Clem. 2. in ver. rite de testib. & in cap. cum causam, in prin. Magnę Glos. & ibi dom. Ant. eod. tit. in vers. quid si correptum, Bart. in l. qui per salutem, ff. de iure iur. & Bal. in Authen. qui semel, C. quom. & quand. Iudex, vbi plures aliàs limitationes ponit, quando possunt testes didicitis testificatis recipi, & adde Bald. in cap. 1. §. 1. quid sit inuestitura, etiam post conclusionem, vt tenuit Bart. in l. 1. §. fin. ff. de quæstio. & in Innoc. & Io. Andr. in cap. fraternitatis, extra de testib. & Anchar. in cap. vbi periculum, de electio. lib. 6. & etiam officio Iudicis, non ad petitionem partis, vt ibi Bart. & in l. si non defendatur, ff. de pen. Et per hunc Ritum tria requiruntur, vt super consimilibus Capitulis possint testes recipi in criminalibus, super nouis autem, quæ nouiter peruenerunt ad notitiã daretur restitutio vt in hoc cap. & cap. vt nulli de elect. lib. 6.

Ibi

Ibi *Copiam productorum, &c.* Hoc solum sufficiebat, quia publicatis dicictis testificatis, excluduntur produtiones testium, vt tenent Doct. quos refert Alex. consil. 80. in 4. vol. tenet Bart. in l. petẽdæ C. de tempor. in integ. restit. & in l. si post mortem. §. fin. ff. de contra tab. & in l. admonendi, ff. de iureiur. & Ang. in l. fin. ff. de ferijs, & Petr. de Anchar. In cap. ab eo de electio. in 6.

CAP. CXLV.

IBi *Per contumatiam absentem.* Dicitur per contumatiam absentes, quando citatus non comparet, & accusatur contumatia: Secus si porrecto libello accusationis, dũ accusatus sciret se absẽtauerit: sed si tunc remictteretur per partem ante citationem, non acquisitum esset Ius Curiæ, quia non diceretur citatus, nec contumaciter absens, l. denuntiasse, §. quid ergo ff. ad l. Iul. de adulter. & ibi Bart. & de hoc est Constitutio Regni, Post citationem in tit. lite non contest. Quid autem si citatus non comparet, & ante accusationem contumatiæ, seu bannum, vbi non requiritur accusatio contumatię remictatur, Dic quòd tunc nullum ius habet Curia per dictam contumatiam, & hoc verum, quando gratis remictitur, vt ibi dicitur.

Ibi *Accusationes propositas prosequi.* De iure tamẽ vbi veniebat pęna sãguinis preter adulterium, si pars remictebat, nõ poterat Curia subintrare, & prosequi illam accusationem, & instantiam, licèt de nouo iure potuisset incohare de eodem delicto nouam instantiam, iuxta not. per Doct. communiter, post Bart. in l. transigere, C. de transact. in alijs verò, vbi non veniebat pena sanguinis, Curia poterat de Iure subintrare In eadem instantia, & illam prosequi, vt in d. l. transigere, & ibi not. & not. in l. si vnus, ff. de pact. Si verò per statutum tolleretur pęna delicti, tunc nec ad petitionem partis, nec Curiæ potest procedi, secundum Angel. in d. §. si paciscar, & similiter si parti denegaretur audiẽtia, secundum Bart. in l. non solum §. quamquàm, ff. de iureiur. Quando autem delictum consistit in ommictẽdo si pars remictit, preiudicat in distinctè Curiæ, Glos. est singularis secundum Dynum in l. 2. ff. ad Syllan. & refert Barbat. in repet. capituli Raynaldus, extra de testament.

A Ibi *Seu apertura similiter.* Sed per capitulum Regis Alphonsi post dispositionem huius Ritus est indultum vsque ad conclusionem inclusiuè, & licèt Curia non possit subintrare, An consanguineus remictentis possit nouum processum incohare. Dic quòd sic, vt per Bart. in d. l. transigere in vlt. col. vers. ex quibus concludo, C. de transact.

CAP. CXLVI.

B IBi *Possint Capi.* Hoc verbum non importat necessitatem, ita quòd Iudex instanter habeat reum carcerare in istis casibus minimis, Glos. 2. in cap. 1. de reg. Iur. lib. 6. cum simil. ibi allegatis, & l. sæpè, & l. sequenti, ff. de offic. Presid.

CAP. CXLIX.

C NIl immutat in delictis priuatis, Vnde cum de iure possit inquiri contra furẽ nocturnum, vt in l. 1. & ibi Bar. ff. de furt. hodiè etiam potest cap. non obstãte, sed quid si in casibus istis comparuit vnus de populo, & accusauit, & ante sententiæ pro lationem comparuit ille cuius est ĩteresse, an ille de populo cessabit? Dynus in cap. factum de reg. iur. lib. 6. & Angel. de Malef. in tit. quando de Malefic. cogno. per Inquisitionem vers. sed pone quòd Iudex inquirit, tenet quòd sic, quem sequitur Alber. in Tract. D statutorum, in 3. parte in q. 45. & Addẽ eumdem in q. sequenti ad aliam q. Quid autẽ si ex delicto priuato venit pęna pecuniaria applicanda fisco, an quilibet de populo possit accusare, nõ obstante hoc cap. Ritus. Dic quòd sic, quia hoc capitulum non facit aliud, nisi quòd delicta publica reducit ad similitudinem priuatorum, in delictis verò priuatis, vbi venit pęna pecuniaria applicanda fisco, quilibet potest accusare, secundum Glos. quam ibi sequũtur Bart. & Angel. in Ru- E bric. ff. de popul. act. & Bart. in l. fin. ff. de priuat. del. post Dyn. & Angel. in Rubric. ff. de publicis Iudic. & Io. de Imol. in l. 1. ff. eod. tit. & Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia licèt Bald. tenuerit contrarium in l. si aduersus, C. de furt. & in cap. 1. §. Iniuria de pac. iur. fir. & in Rubric. C. qui admict. quod dictum precedens intelligo verum in isto Regno Siciliæ, vbi pęna pecuniaria veniret non ex-

aliquo delicto ordinario iuris, sed fuisset impoſita per officiales, nam tunc in ſpretis penis nullus poteſt accuſare, niſi pars, cuius intereſt.

Ibi *In crimine falſæ monetæ*. Secundum l. 1. C. de falſ. mon. vbi eſt tex. expreſſus, ſed ſi eſſemus in eo, qui expēdit falſam monetam, tunc talis non tenetur pena illius l. ſed extraordinaria, ſi autem quis expenderet monetam plumbeam ſeu ſtagneam, tunc teneretur l. Cornel. de falſ. vt in l. Cornelia, vbi Bart. ff. ad l. Cornel. de falſ. in iſtis enim non poteſt procedi ad petitionem alicuius, niſi cuius intereſt per iſtum Ritum, per conſtitutionem autem Regni Siciliæ incipientem Adulterinam in 3. lib. circa finem voluminis, eſt appoſita pena in cudente ſicut in expendente monetam adulterinam, & omnino videtur addendū, quòd etiam in expēdentem poteſt procedi ad petitionem cuiuſcunque, ſed dic, quòd licèt imponatur eadem pena, non idem eſt nomen delicti, quia aliud eſt nomen falſæ monetæ, quod eſt, quando cuditur, & attribuitur cudenti. Et aliud nomen extra ordinarium, vel falſi, vt ſupra dixi: Sed dubium in caſu noſtro facit, quia Ritus iſte vult quòd poſſit procedi ad petitionem cuiuſcūq; in inciſione carlenorum, & ſic in falſificatione ponderis, ergo multò magis in falſificatione in totum, quando expendit monetam falſam, ſed non obſtat, quia aliud eſt incidere carlenos, quo caſu loquitur Ritus iſte, & aliud eſt expendere inciſos, quo caſu nulla ſit mentio in Ritu. Et dato quòd in expenſione falſæ monetæ poſſit per inquiſitionem procedi, tamen fiſcus non poſſet inquirere, niſi primò requiſito illo, cui pecunia falſa fuit data, quia ei fuit facta iniuria, Ita decidit Bald. & Angel. in repet. l. ſi vacantia in 3. col. C. de bon. vacant. lib. 10. & ſic ſi ipſe vult agere, qui paſſus fuit iniuriam, idem etiam dicit Bald. in conſil. 255. incipiente in Chriſti nomine amen, formata fuit inquiſitio.

Ibi *Si delinquentes per officiales infraganti*. Infraganti intelligas, ſi fuit aprehenſus per monterium, cum ſufficiat talis apprehenſio ad inquirendum, ſecundum Bart. in l. fin. ff. ad l. Iul. pecul. & in l. ſi quis in ſeruitute, ff. de furt. Secus ſi fuit inuentus, & non apprehenſus, quia tunc non poteſt inquiri, ſecundum Bart. in l. ſi quis obſeruare, circa fin. ff. de tabul. exhib.

A Ibi *Crimen fateantur*. Hoc eſt de iure, Bald. in l. Mercalem, C. de cond. ob tur. cauſam, & hoc intelligas, cum de hoc agebatur, nam aliàs licèt quis coram iudice fateatur, non procederet Iſte Ritus, ſecundum Bald. in l. presbiteri, C. de Epiſc. & cleric. Quod perpetuò nota, & idem Bald. in authen. ſed nouo iure, C. de pen. Iud. qui male Iudic. licèt contrarium teneat Angel. in repet. l. ſi vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10. in 3. col. verſ. prædictam, not. Bald. in l. ſi filium, C. de

B liberal. cauſa, qui fuit ſibi ipſi contrarius, quòd vltimum eſt de mente Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reo. & Abb. in cap. vt ſi, in 3. not. extra de Iud. & Gloſ. in d. l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor. & Gloſ. in d. l. ſi filium: verius dic, quòd dato, quòd incidenter fateatur, Iudex nō poteſt condemnare, nec ex offic. nec ad petitionem partis, niſi ex nouo proceſſu, in quo ſufficit illam adducere cōfeſſionem iam factam, ſecundum Abb. in cap. 2. de confeſſ. ſuper ſecunda ſolut.

C quam facit ſuper Gloſ. Magna, quia tunc debet Iudex, cùm etiā pars poſſit, Iuxta not. per Bart. in l. non ſolum, de furt. in §. fin. ſed pars non poſſet niſi ex nouo proceſſu, ergo, & Iudex, idem tenet Bald. in l. 1. C. de confeſſ. in 8. col.

CAP. CLI.

IBi *Præſtando de parendo ſententiæ*. De Iure eſt quòd tenebatur præſtare de ſe

D præſentando, & Iudicatum ſoluendo, & tales fideiuſſores tenebantur preſentare quandocunque Iudex voluerit reum interrogare, vel torquere, ſecundum Bald. in l. 2. C. de exhib. reis, nam licèt in ciuilibus ſuo nomine conuentus, teneatur præſtare de iudicatum ſoluendo, vt Inſtitut. de ſatiſdat. §. ſed hodie, tamē ſecus in criminalibus, vt ibi per eum.

Ibi *Et voluerit appellare*. De iure tamen, ſi iudex condemnat ad penam, poteſt appellari ab iniquitate Iudicis, ſecun-

E dum not. per Bart. & poſt eum communiter Doct. in l. ſi qua pena, ff. de verb. ſignificat. & Salyc. & alios, in l. in multis, C. de appellat.

CAP. CLIII.

IBi *Conſtitutiones Regni*. Hoc eſt, ſi cū armis cōtrauenit, publicatur tertia pars bonorum, ſi ſine armis contrauenit,

quinta

quinta pars, vt in Constit. si quis in posterum, de Defens. imposit.

Ibi *In corpore puniendus*. Vt l. 1. §. fin. de pęnis, & l. quicunque, C. de seruis fugit. & l. pęnam, de pęnis, secus est in ciuili, vt l. illicitas §. fin. ff. de offic. Præsid. & not. Bart. ibi, & in d. l. 1. & Cyn. in d. l. pęnam, & in l. eos, in fin. C. de mod. mulct. Et pena quando ponitur per leg. ordinariè est quinquaginta aureorum, vel similis, & talis mulcta quādo remittitur per legem arbitrio Iudicis, vel non est constituta certa pęna, B Iudex mulctat suo arbitrio, vt l. aliud est fraus, ff. de verb. signif. & not. eod. tit. l. si qua pęna, vbi per Bart.

CAP. CLIV.

NOta quod pęna adiecta in contractu non valet. Aliud tamen erat de Iure ciuili, vt not. in l. Iulianus, §. idem papinianus, ff. de act. empt. vbi Glos. & Doct. l. Lucius, ff. de Vsuris & in l. cū allegas, C. eod. Ludou. in consil. 141. C nisi pęna apponeretur dationi, quia tunc etiam non valet de iure, per dicta iura, de quo vide Alex. de Imol. in consil. 49. & 50. in 4. vol.

Ibi *Ius commune seruetur*. Hoc est quòd pœna soluatur, si quis agendo, vel excipiendo impugnaret sententiam arbitri, secus si esset in mora soluēdi id, quòd arbiter Iudicaret, nam tunc non tenetur ad pęnam, secundum not. per Bart. in d. l. cum allegas. C. de vsur. in 3. opposit. vel dic, quod etiam debetur, si aliquis fuit D in mora soluendi, secundum opinionem aliquorum, vt refert Io. de Imol. in l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verb. oblig. & per Glos. in l. 5. §. fin. tenuit contrarium: Quid autem in contractu transactionis, si fuit promissa pęna, an debeatur, dic, quòd de iure talis pęna non debetur, cum sit apposita dationi, & præsumitur in fraudem vsurarum, ita dicunt Iac. Butr. Rayn. Raffael. & Fulgos. In l. promisisse, de transact. & Alex. in consil. prę allegato, & Io. de Imol. in l. cum E seruus, ff. de cond. ct. & demonstr. licèt Bald. in d. l. cum allegas tenuerit contrarium, & Io. de Imol. in d. §. alteri.

CAP. CLV.

ET idem si arma non extraherit, sed ad latus deferret, nam tunc dicitur fecisse insultum, ita not. per illum text. A in l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi arma. Et idem, si deponeret arma antequàm insultum faceret, secundum Glos. In d. l. 3. §. qui armatus, quam ibi sequitur Ang. Quod vltimum intelligo si deponeret in loco, vbi tunc insultum fecit, & posset incontinenti accipere, aliàs secus, quia nō durat causa metus per arma, vt in capit. 1. extra quod metus causa, & per Bart. in l. 2. eo. tit.

Ibi *Captus in fraganti*. Hic ponitur vtrūq; scilicet inuētus, & captus, vt cessaret dubitatio Doctorum, nam si hoc statutum dixisset tantùm inuentus, nō fuisset in pęna, nisi fuisset captus, Ita tenet Bart. Bald. & Salyc. in l. si Barsatorem, C. de fideiusso. & Cyn. in l. licet, C. de acquir. poss. & Bald. in l. item lapilli, ff. de Rer. diuis. & Bart. in l. 1. in princip. ff. de acquir. poss. & in l. 3. §. Neratius, eo. tit. Sed Ang. quē videas in d. §. Neratius tenuit contrariū scilicet quòd sufficit si fuit captus, & est opin. Io. de Imol. & Ludou. in d. l. 1. ff. de acquir. poss. & hanc puto de Iure veriorem, & idem dictat Ang. de Aret. in suo tractatu malefic. in verbo, Dictus Andreas armatus.

Quid autē si fuit inuentus cum armis, & fugijt, & officiales sequuntur eum clamantes contra eum, dic quòd tenetur fugiens ac si captus fuisset, vt l. si quis in seruitute, §. 1. & l. fur manifestus, vbi not. Bart. ff. de furt. post Cyn. in l. falsus, C. eod. tit.

Ibi *Portationis armorum*. Confunditur enim portatio armorum tamquàm preambolum ad delictum subsequutum, vt in l. illud, in fin. ff. ad l. Aquil. & not. per Salyc. in l. 3. C. ad l. Iul. de vi publica.

CAP. CLVI.

QVia potest, quando quis interrogatur ante litem contestatam, secundum Glos. quā sequuntur Bart. & Doct. in l. qui petitorio, ff. de rei vend. & & Bart. in l. 1. ff. de interrog. actio.

Nota quòd casus sunt decē de quibus aliquis potest de periurio accusari, dummodo quòd fiat ante litem contestatam. Primus si agatur contra aliquem tamquā contra heredē, qui interrogatur an sit heres defuncti. Secundus si respondet, & dicit se heredem, debet interrogari si insolidum vel in quota parte sit heres. Tertius si respondet se heredem esse insolidum, vel pro parte, queratur qualiter sit

ter sit hæres, ex testamento vel ab intestato. Quartus si agitur noxali actione scilicet an possideat seruum, cuius nomine noxali iuditio agitur. Quintus quando quis interrogatur an possideat hereditatem, quæ petitur, & pro qua parte. Sexto An cõuentus possideat peculium serui, vel filij, cuius nomine agitur, & qui dicitur contraxisse. Septimus cuius etatis est, cum de etate dubitatur. Octauus An edifitium, ex quo damnum inferri timetur, sit suum totum, vel pro quota parte. Nonus An quadrupes sit sua quæ damnum fecit. Decimus in reiuendicatione, vbi quæritur, an possideat rem petitam, vel dolo desijt possidere.

CAP. CLIX.

ADde hoc, quòd adultus contumax potest banniri, non autem pupillus, Bald. in l. 1. C. de confess. in 17. col. vers. iuxta hoc quæro an adultus.

Ibi *De sanguine*. Cùm hic non dicatur de effusione sanguinis, an requiratur abũdantia sanguinis, vel parum sanguinis sufficiat, vide not. per Abb. post Glos. in capit. cum illorum, de sentent. excomm. Tu dic, quòd non sufficit leuissima cicatrix, & paucitas sanguinis, Bald. in l. si prædium, C. de edilit. act. in 1. colum. An Ritus iste habeat locum, si quem eleuaui de terra, qui dedit caput ad lapidẽ, & sanguis exiuit, dic quòd non; secundum Bald. in l. si de interpretatione, ff. de legib.

Ibi *Incusata contumatia*. Quæ si non incusaretur, bannum esset nullum, secundum Bald. in l. non sunt liberi, ff. de stat. hom.

Ibi *Vel mutilationis membri*. Pròprius diceret abscissionis membri, quia pena mutilationis membri non vtimur hodie in Regno. Quæ autem sit differentia inter mutilationem membri, & abscissionem membri, vide Abb. Sicul. in capit. cum illorum, de sentent. excõm. Et quid sit debilitare membrum, vide per Ang. in l. non solum, ff. de rei vend. & text. in cap. accusati vbi Gl. super verb. debilitatis, extra de accusat. vbi etiã per eumdem Abb. & Bart. in l. 2. ff. de publicis Iudic. Et nota quòd statutum loquẽs de mutilato habet locum in habente abscissum pęnitus, & statutum loquens de exulante habet locum in errante, Bald. in l. de quibus, ff. de leg. in vers. non tamen, & sic intelligit mutilationem pro abscissione, & ita capitur hic secundum Const. & Capitul. Regni.

Ibi *Alia pęna minor*. Non autem annotantur bona, vt post annum fint fisci, cum in talibus criminibus leuibus non habeat locũ titulus de requir. reis, secundum Bart. in l. 1. & l. absentem, ff. de pęnis, & not. Glos. in Constitut. Grandis, de pęna contum. in criminal. & ideo in talibus criminibus leuibus cum formatur sententia banni, non debet dici, de reliquis vero bonis post anni circulum fisco annotandis: Adde hoc, si aliquis post bannum comparet 61. die, dicitur infra duos menses se presentare, vt l. vbi lex, ff. de reg. Iur.

Ibi *Iuxta iuris dispositionem*. Iuxta not. per Bart. & Salyc. post Alios in l. absentem, & Doct. in l. absentem, ff. de Pęnis, & not. in constitut. Grandis, de pęna contumac. in criminal.

CAP. CLX.

ADde, quòd quando in fideiussione est certa pęna promissa, quantuncumque magna, illa exigitur, secus quando non est promissa, quia tunc Iudex imponendo pęnam, non potest excedere metam legis vt. C. de mod. mulct. l. 1. secundum Bald. in l. qui crimen, in 9. q. C. qui accusar. non poss.

Ibi *Consueuit apponi*. Taxanda per Iudicem l. 2. §. fin. & ibi Bart. ff. qui satisd. cog. & est tex. in l. 4. ff. de custod. reor.

Ibi *Quandocunque fideiussor*. Quia etiam post moram fideiussor presentando reum liberatur à pęna, Bald. in l. qui crimen in 11. q. C. qui accus. non possunt.

Ibi *Propter timorẽ delicti*. Siue delicti, de quo fuit accusatus, siue alterius delicti, vt in cap. 1. & ibi per Glos. & Abb. & alios Doct. extra qui accus. nõ possunt. Quid autem si reus alibi deliquit, & propter tale delictum captus detineatur ab aliquo Magistratu, an fideiussor teneatur eum presentare, Dic quòd non, per not. per Bart. in l. si vero, ff. si quis cautio.

Et adde aliud, quòd fideiussio criminalis elapsis duobus annis nullam in se habet firmitatem, neque valorem, vt patet per capitulum Regni inter alia capitula concessa per Serenissimum diuæ memoriæ Regem nostrum Ferdinandũ, in anno 1503. vij. Indict. quod multum est notandum.

CAP.

CAP. CLXIII.

HOc tenuit Bald.in l. qui crimen, C. qui accus. non poss. iuxta q. quan fideiussor non præsentauit.

CAP. CLXIV.

HOc tamen procedit in causa criminali, in ciuili autem ita demum fideiussor potest petere se liberari, si quãdiu stetit in fideiussione l. si pro ea. C. mand. cum simil. & verbum, diu, intellige pro vt not. in d. l. si pro ea, & l. Lucius, ff. eod. & ibi DD. & Institut.de literarum obligat.in §. multũ, & ibi Glos.

Ibi *Fideiussorẽ liberare*. Tamen de iure non videbatur posse peti liberari presentando sine requisitione iudicis, Ludo. consil.173.

CAP. CLXV.

QVid autem, quando fideiussor eum presentat carceratum de mandato Iudicis, an fideiussor liberetur dic quòd sic, vt in l. Sancimus, C. de fideiuss.

Et vide etiam ad materiam in l.1. & 3. de custod. reor. vbi fideiussio de presentando fit, vt reus carceretur, ergo carcerando expirat, cum cessante causa, cesset effectus, vt iuribus vulgatis, & de hoc est capitulum Regni, quòd reo carcerato, vel Iudici presentato, & per eũ acceptato, fideiussor est liberatus, & tamen de iure communi non poterat interpellari secundum Angel. in l. si finita ff. de damn. infect. Sed contrarium tenet ibi Ioan. de Imol. & Ludou. Quid autem, si quis aliquando promitteret coram Iudice, Dic quòd intelligitur semel tãtum, secundum Bened. de plumb. & Paul. de Castr. post Glos. In verb. exhibuerit in l. duobus §. 1. ff. de iur.iur. & dom. Alex. in consil.13. quarto vol.

CAP. CLXVI.

CIrca hoc de iure aliter prouidebatur nam si precedebat voluntas viri, erat pęna capitis, vt in l.1. in fine ff. de extraord. crim. Si precedebat voluntas mulieris, erat pęna dimidiæ partis bonorum, in humilibus corporis cohertio

A cum relegatione, Inst. de publicis Iudic. §. eadem lege. Et quid erat in dubio, quãdo non constabat voluntatem viri non precessisse, D. Bald. & Alber. de Rosat. tangunt in l. Raptores, C. de Episc. & cler. vbi vide.

Ibi *Secundum formam iuris ciuilis*. Sed mirum videtur, cùm matri non competat accusatio, nisi de morte filiæ, non de alio, l.2. & ibi per Glos. & Doct. ff. de accusat. Item, & patri pro iniuria facta filiæ emancipatæ non competit, ad

B modum matris, & collateralis, vt in l. 1. §.1. & ibi Ang. ff. eod. quæ leges permittentes in tali casu parentibus, & consanguineis vendicare, loquuntur quando raptores sunt cõprehensi infraganti crimine, & tũc iura permittunt illos raptores interficere, d. l.1. & l. raptores. C. de Episc. & Cleric. Dico ergo quòd de iure, quando stuprum committebatur sine violentia, & raptu, & vir nõ erat deprehensus infraganti, nullus poterat accusare, nisi pater habens filiam in pote-

C state; Et hic est error, dum dicitur in hoc cap. *Secundum formam iuris*, Nisi quando essent infraganti deprehẽsi, quia tunc iura permittunt illis consanguineis occidere, multo magis accusare, ita intelligo hunc Ritum; Vel dic, quòd cum delictum sit publicum, vt Instit. de publicis Iudic. §. Item lex Iulia, ergo mater potest, l. de crimine, C. qui accus. nõ possunt; Vel dic, & melius, quia etiam si delictum sit priuatum, putà iniuria, sanguinis affines qui enumerantur à lege crimi-

D naliter possunt accusare, quia iniuria cẽsetur facta omnibus consanguineis, & affinibus, l. lex Cornelia vbi Bart. & l.1.§. 2. ff. de iniur. & l.fin. ff.de priuat. delict. secus si vellẽt agere ciuiliter pro iniuria, putà consanguinei, quia tunc nõ possent, nisi iniuria esset facta in contumeliã putà illius, qui vult accusare, secundum Bart. in d. §.2. & idem in publicis, quia mulieris interest etiã de publico Iuditio accusare, vt l. 2. cum ibi notatis per Glos. & Bart. ff. de accusat.

E

CAP. CLXVIII.

IBi *Expensa etiam viatica*. Et multo magis Iudiciales, cum fortius veniant, vt in alio cap. istius Ritus, & veniunt etiam si litigator habuisset iustam caussam litigandi, ratio, quia est statutum, ita not. dicit Angel. in Authent. de exhib. reis, & in l. non solum, ff. de rei vendit. licèt

aliàs

aliàs iusta causa litigandi excusat ab expensis, l. si quis inficiatus, ff. depositi, l. properandum, §. si quidem, C. de Iudic. cum similib. quia publica fama maleficij cõmissi per accusatum excusat accusatorem à præsumpta calumnia, & falsitate, & per consequens ab expensis, quam opinionem sequitur Abb. in cap. cum contingat, in prima Glos. de rescript. Item iusta causa litigandi non excusat ab expensis cõuentionalibus, & promissis in contractu, Alex. de Imol. in consil. 33. in fin. Quid autem sit de Iure, an in criminali victus teneatur ad expensas, vide Bald. in l. generaliter, C. de Episc. & cleric. vers. hoc quero in 8. column. Et not. quòd in expensis viaticis, quando veniunt debent deduci expensæ, quas quis domi suæ facturus non fuisset, text. est not. i l. sed, & si hereditas, ff. ad exhib. & ibi Alex. l. eum quẽ temere, & ibi DD. ff. de Iudit. Et not. quòd si Iudex inquirit seu hæraritis non præsumitur calumniosè facere, dato quòd nihil probent, quia faciunt illud ex necessitate officij, & Ideo non tenentur ad expensas, nisi probaretur, quòd animo calumniandi hoc faciant, ita Bald. post Glos. in l. Athletas. §. calumniator, ff. de his qui not. infam. & not. Glos. in l. 2. C. de calumniat. & Glos. & Doct. in l. 2. qui accusar. non possunt.

Ibi *Cum primum scire potuit*. Hoc sumptum fuit à theorica D. Bart. in l. si quis infitiatus, ff. depos. & in l. properãdum, §. fin autem alterutra. C. de Iudic. & not. Salyc. in Authen. contra qui propriam. C. de non num. pecu.

Ibi *Calumniosè tentauerit*. Quod in dubio præsumitur eo ipso, quòd non probauit, Bald. in Authen. sed nouo iure, C. de pen. Iud. qui mal. Iud. & est Glos. in l. terminato. C. de fruct. & litis expens. & in d. l. Athletas, §. calumniator, & ibi Bart. & Bald. ff. de his qui notant. infam.

CAP. CLXIX.

TAlis enim Ritus, & statutum negans appellationem in causis criminalibus valet de iure, Alber. de Ros. post Dynum in lib. statutorum in 3. parte q. 94. incipiente quæritur, an valeat statutum: & Ritus iste intelligitur, quando causa criminalis decideretur tota per diffinitiuam sententiam, secus si totaliter non decideretur, sed ferretur aliqua interloquutoria super processu criminali, tunc enim posset appellari, ita elegantissimè dicit Bald. post Gugl. de Cun. per illum text. hoc optimè probantem in l. si eo, §. nunc videndum, ff. de minor. quòd intelligo, si de natura talis interloquutoria esset appellabilis, iuxta not. per Bart. in l. 2. de appell. recip.

CAP. CLXXXI.

VBi non appellatur hoc statutum nõ tollit nullitatem, Angel. in consil. 107. in princ.

CAP. CLXXXIII.

IBi *A tempore sententia*. Isti enim triginta dies diuiduntur in tres decem qui faciunt triginta.

Ibi *Iudici appellationis presentare*. De iure dies ad presentãdũ processum ad iudicẽ ad quem non erant taxati, sed stabatur arbitrio Iudicis à quo, l. preses, C. de appell. Quid autem, si condemnatus non habuit scientiam sententiæ, & lapsi sunt triginta dies numerati à tempore sententię infra quòd copiari debebat processus. Dic, quòd tales 30. dies non computantur à tempore sententiæ, sed scientiæ, Glos. est in cap. ab eo, de appellation. lib. 6.

CAP. CLXXXIV.

AN hoc statutum habeat locum in Iudice Sacre conscientiæ cum sit maior in causis appellabilibus M. R. C. multi dicunt, quòd sic, à maioritate rationis, per not. in Authen. Quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccl. Sed contrarium videtur verius, quia priuilegium cõcessum inferiori non extenditur ad superiorem, l. Quòd constitutum, & ibi Bart. ff. de testam. milit.

CAP. CLXXXVII.

IBi *Per Vicereges*. Idem in Camera Reginali, vbi est Gubernator, qui habet potestatem in d. Camera, quam habet Vicerex in Regno, & sic habet locum in Gubernatore. Quia statutum, loquens de vno officiali, habet locum in alio sub officiali;

officiali, secundum Bald. in l. ex facto, ff. de negot. gest. & Bart. in l. 2. §. & quidem, ff. de testam. milit. Alex. de Imol. consl. 19. 4. vol.

CAP. CLXXXVIII.

AN veniant expensæ instrumentorum, dic, quòd sic, si debitor fuit in mora, Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. & l. super vsuras, C. de vsur. & intelligas manualiter, in pecunia numerata: non autem dando pignora, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest, l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Institut. quibus mod. tollitur oblig. in princ. cum simil. Si autem creditor vellet pignus habere, licèt non intelligatur solutum debitum tamen haberetur pro soluto, cum creditor contentatus fuerit, quòd non sit solutum, secundum Bart. & Angel. in l. solutionibus, ff. de solut. Angel. in l. soluta eod. tit. & Glos. in l. vel soluti, ff. de verb. signific. & de hoc est tex. expressus in l. item liberatus. §. 1. quibus mod. pign. vel hippo. sol.

Ibi *Possidere bona*. Nota quòd ex hoc est argumētum quòd in bonis soluere potest, sumendo argumentum à contrario sensu, sed argum. à contrario sensu non est sumendum, quando resultat contrarium, & absurdum l. 2. C. de condict. insert. contrarium enim est soluere vnum pro alio inuito creditore vt dixi in preallegat. Glos.

Ibi *Causa admictatur*. Sed quid si est mulier que petit reuisionem, & non habet vnde soluere. An stabit carcerata, cum de iure pro causa ciuili non carceratur Authen. sed nouo iure, C. de custod. reor. cum simil. Dic quòd sic, quia, licèt non possit carcerari. Tamen si vult reuisionem debet stare carcerata, argum. eorum, quæ not. per Bart. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3.

CAP. CLXXXIX.

INterusurium dotis, promissæ marito debetur ad decem pro centenario, secundum Bald. in l. fin. §. preterea, C. de iure dot. & ita iudicauit Magn. Curia, & idem si moritur vxor remanentibus filijs, quia maritus ad huc videtur onera matrimonij supportare propter filios remanētes, vt est casus in l. si filia, §. 1. & l. si maritus, ff. famil. hercifcund. & ita iudicauit Magna Curia, & vidi cōsilium Doct. Ioannis de Taranto vbi notatur: quòd vbi in alijs casibus, quàm istis debetur interusurium tunc debetur ad 15. l. si quis argentum, C. de donation. vel melius secundum morem prouintiæ l. tutor §. ex ceteris, ff. de adminis. tut. & l. Africanus, §. in vsurarum, ff. de leg. 1. Et not. quòd quando debetur interusurium, valet statutum illud taxans, Bald. in d. §. preterea Abb. in cap. salubriter de vsur. & est infra annum, quando mulier non habet vnde se alat, vel post annum quando non fuit negligens ad petendū, & nō habet vnde se alat, & erat solita lucrari, & vir est in mora restituendi, vide d. Alex. in consil. 26. in 4. volum. & in l. diuortio, ff. solut. matrim. & per omnes Canon. in d. capit. salubriter.

CAP. CXC.

IBi *Ex delicto*. De iure tamen etiam si quis tenetur ex malefitio, cedendo bonis liberatur à carcere, iuxta not. per Glos. in cap. Odoardus de solut. & per Abb. ibi, & in cap. 2. de pignor. & in capit. olim, & in capit. 2. de Restitut. Spoliat. Et ideò vsurarius, qui tenetur vsuras restituere ex malefitio, cedendo bonis de iure liberatur à carcere, secundum D. Card. post Abb. in cap. cum tu, de vsur. licet ibi dom. Andr. Barbac. teneat contrarium. Regula est, quòd qui venit puniendus pęna pecuniaria, & non habet in bonis, debet luere in corpore l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omnium Iud. cum similib. limitat hanc regulam Dom. Alexand. ibi in d. l. habere locum, quando pęna pecuniaria debetur ratione delicti, secus si deberetur ex contractu, quia tunc potest cedere bonis, secundum Iac. Butric. ibidem relat. per D. Alexan. & alleg. l. 1. & quasi per totum C. qui bon. ced. poss. addit etiam ipse Alexan. l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. ergo in casu, quo pęna debetur ratione delicti; cessio non iuuat. secundum prædictos, & Iason post eos in d. l. si quis id quod, nota bene tamen, & de ista materia ipse Alexand. in loco preal-leg. alleg. Innoc. in d. cap. Odoardus, ad quem omnino te remictit, & etiam ad not. per Bald. in l. quicunque, C. de seruis fu-

uis fugit. & nota, quòd procedit id quod dictum est creditore volente quòd luat in corpore cui pęna applicatur, aliàs secus pro ,vt not. Bald. in l. fin. ff. si quis in ius voc. non ier. & refert, & tenet Alexand. & Ias. per eum in prealleg. loco & multa alia not. ad istam materiã in 2. colum. quem remissiuè vide omnino, & Ias. ibi in 6. colum. qui ponit plures fallentias seu limitationes ad d. regulam.

Ibi *Ad pinguiorem peruenerit fortunã.* Hoc verum in foro iudiciali, secus in spirituali, quia, si nõ peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur omnia restituere, nihil sibi retinendo, quia ablatum debet restitui, vt peccatum remictatur, vt in regula peccatum, de reg. iur. in 6. Ita tenet D. Card. & Abb. in cap. cum tu, de vsur. sed An clericus teneatur cedere bonis, cum pro debito carcerari non possit, cum non habet vnde soluat, vide Abb. in cap. 1. de pęnis, & in d. capit. Odoardus.

Et nota, quòd extat Capitulum in Capitulis nouissimis, & vltimo loco concessis per C. Maiestatem D. N. Regis Charoli Imperatoris, quòd nemo potest cedere bonis lapide non tacto, nisi viri nobiles, & magnati, probatis prius infortunijs eorum, pro eorum personis tãtum, & non pro eorum fideiussoribus, etiam si soluerint: & hoc etiã conceditur illis, qui cedunt bonis lapide tacto quod nota.

CAP. CXCI.

QVid autem, si ad petitionem vnius accessit, & dum staret in loco, superuenit alia cõmissio pro alio, pro quo vacauit, dic quòd prius tenetur soluere cõmissario ius eundi, & redeundi, & etiam pro tempore, pro quo vacauit pro primo, cetera verò iura tenetur soluere secundus pro tempore, pro quo vacauit vt est Glos. in cap. cum non deceat, de electio. lib. 6. in verbo non deceat.

CAP. CXCII.

IBi *Omnibus anterioribus.* Contrarium erat de iure communi, & casus est in l. quidam fundum, ff. de in rem verso, per quam l. ita dixerunt Bart. Bald. Angel. & Io. de Imol. in l. si cum dotem. §.

A fin. ff. solut. matr. licet ille. §. faciat in contrarium, & tex. in l. interdum, ff. qui potio. in pignor. hab. quibus respondent Doct. in d. §. fin. hoc probatur, in l. in rebus, C. de iure dot. sed ibi est speciale in dote, ergo in contrarium est ius commune, vt ibi Bart. Quid autem, quando seruata est manus iniectio, an possit creditor se dirigere contra tertios possessores, non discussis bonis principalis, dic quòd sic, si talis reseruatio rescindit contractum vẽditionis, vt l. si Titius,
B ff. de serui. expor. & l. si quis, C. de contrah. empt. & not. Bart. plenissimè in l. creditores, in repet. C. de pignor. & idem si creditor voluit, quòd res, quã vendidit sit ei obligata specialiter, & quòd non possit alienari, secundum Bart. in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pign. & in l. ea lege, C. de Condict. ob causam & in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & ibi Ang.

Ibi *Cum ex pecunia.* De iure tamen communi est secus, quia res empta ex pe-
C cunia mea non est mea regulariter, nisi vel spetialiter, vel generaliter hoc exprimatur, l. quamuis [illegible] ea, C. [illegible] in pignor. hab. vbi Glos. & Doct. ibi, nec in illa prefertur alijs creditoribus, secundum Bart. in l. si cum dotem, §. fin. ff. solut. matrim.

Ibi *Ad illam rem emendam.* Idest specificè, tunc enim presumitur ex illa pecunia empta, vt l. fin. & ibi Glos. & DD. C. de pignor. & l. 1. §. fin. ff. de leg. 2.

D

CAP. CXCIV.

ET hoc videtur tenuisse Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de empt. & vendit. §. nunc videndum vers. sed pone statutum. Et Albert. de Rosat. in lib. statutorum, in prima parte quæst. 88. licet Specul. in d. vers. teneat contrarium: Et nota quòd Ritus Iste procedit quando pars debitrix pro debito dedit rem
E insolutum: Quid autem si creditor per secundum decretum rem sibi adiudicauit, an habeat locum ius prothomiseos Alberi. de Rosat. in dict. prima parte in dicta q. tenet quòd non, quia est alienatio necessaria, sed non voluntaria, pro hoc faciunt notata per Bart. & Bald. in l. nam & si fur, ff. de condict. furt.

CAP.

CAP. CXCV.

AN autem Ritus iste procedat in permutatione, vt sicut res vendita recuperatur; ita, & res permutata. Et Dic, quòd sic cum permutatio habeat similitudinem cum emptione, l. prima, ff. de rer. permutat. & l. sedunda, C. eod. & hoc tenet Bald. in simili, post Gul. in l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. cum hic non sit dictio taxatiua, quòd loquatur in venditione tantùm quia secus esset si esset dictio taxatiua cum Ritus iste sit odiosus vt ibi per eum, licèt dictio taxatiua non excludat casus similes secundum Glos. quæ ad hoc reputatur Singul. in l. prima §. seruum, ff. de acquir. poss. in verb. ad vsucapionē, post Doct. ibi & addittionem super Glos. ipsa in margine positam, quæ pro Glos. ipsa allegat multas concordantias. Sed vide melius per Bald. in l. fin. ff. de condit. ob caussam. Tu tamen dic contrarium, quòd Ius prothomiseos non habet locum, nisi in venditione, & in emphiteosi, & locatione, vt in Constit. Sancimus de Iure congrui, & ibi per Matth. de Afflitt. in princ. d. constitut. in 7. column.

Nota quòd similem questionem ponit D. Paul. de Castr. in l. 1. C. cōmunia vtriusq; Iud. & allegat not. in additt. ad Specul. in tit. de empt. & vendit. vers. nunc videndum restat ante finem. quem vide.

Et nota quòd si res stabilis cum re mobili, vel res stabilis tum re stabili inter se permutatæ essent, habentes Ius prothomiseos possunt audiri, facta prius extimatione rei, secundum consuetudinem Cathinæ in Capit. 50. quod incipit re stabili cum re mobili permutata per totum, quòd not. quia concordat cum Ritu isto.

CAP. CXCVI.

IBi *Prestet idoneè*. Et sufficeret recuperanti habere fideiussorem secum, & eum offerre, & sic recuperat; si ille non acceptauerit, vel nihil responderit, secundum Angel. & Io. de Imol. in l. de pupillo, §. si is cui, & l. ait Prętor, §. si quis paratus, ff. de nou. oper. nunt. & Ludouic. in consil. 7. in fin. quod est not. idem Angel. & Io. de Imol. in l. 3. §. ait Prętor, ff. de re Iud. & in l. si insulam,

A ff. de verb. obligat. sed fallit secundum eundem Angel. in l. residuum, C. de distract. Pignor. & Alex. de Imol. in consil. 23. in 4. vol.

Sed dubitatur An Iudeus vicinus, vel consanguineus possit recuperare rem venditam, videtur quòd sic, quia immunitas concessa incolis, videtur concessa Iudeis, Bald. in l. spadonem, §. an autem ff. de excusat. tutor. Item appellatione populi veniunt Iudei, vt in cap. Ius quęsitum, prima distint. Item appellatione

B hominum veniunt Iudei, Bart. in Rubr. C. de Sacrosanct. Eccles. contra Abb. tenentem contrarium. facit, quòd Iudei non præscribunt contra Christianos. 16. q. 3. Can. porrò. Item non babent tacitam hypotecam contra Christianos, Authen. Item priuilegium, C. de Hęret. Manich. & Samari.

CAP. CXCVII.

C NOta quòd recuperans res iure prothomiseos debet seruare formā Iuris communis quod Ius commune vult, quòd omnes expensæ reficiantur, l. intra vtile, §. vendentibus, ff. de minor. vbi Alber. de Rosat. post Iacob. de Beluis. & Rayn. idem Alber. in lib. statutorum in prima parte q. 96.

CAP. CC.

D QVid si prædium permutatur, an, sicut in venditione habet locum Ius prothomiseos, ita, & in permutatione, videtur quòd sic l. sciendum, ff. de edilict. ed ct. l. 2. C. de rerum permutat. vide supra in Cap. 195. vbi dixi. Et nota quòd tempus ad recuperandum non currit ignoranti, nisi à tempore scientiæ, quia tunc videtur esse negligens, & ab eo tempore currit præscriptio, per ea, quæ habentur in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de Condict. & demonstr.

E sed contrarium disponitur per consuet. Catinensem, in tit. de iure prothom. in cap. re vero stabili vendita.

CAP. CCI.

QVid, si emphiteota alienat Iura sua, & concurrat consanguineus, seu vicinus cum domino directo, dic quòd præfertur dominus directus, secundum

Gul. de Cun. in l. ex facto in princ. vbi A per Bart. ff. de Procurat. & DD. in cap. primo, §. porro, Qualiter olim feud. pot. alienari.

CAP. CCIV.

IBi *Priuilegijs tamen Ciuitatum, &c.* Si hoc non fuisset dictum, an per hanc legem generalem Regni fuissent sublatę consuetudines locorum, vide per Glos. fin. & DD. in l. de quibus, ff. de legibus, & per Bart. & alios in l. fin. C. de testib. & in l. 3. §. diuus, ff. de Sepulchr. viol. Anchar. in cap. 1. de Constitut. lib. 6. Glos. est singul. in l. decurionibus, C. de silentiar. lib. 12. quæ vult, quòd per per legem generalem non tollatur priuilegium alicui specialiter concessum, quam ad hoc allegat Bald. in l. vt plures C. de Sacrosanct. Eccles. & idem in l. 1. C. ne fil. pro patr. & in l. 1. ff. de Constit. Princ. & l. dotalem, C. de testament. milit.

Finis Ritus Domini Simonis Viuaciti V. I. D.

APOSTILLE

SVPER RITV REGNI SICILIAE.

DOMINI LVDOVICI MONTALTI

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS PRÆCLARISSIMI.

CAP. XCVII.

IBI *Veruntamen si postea comparet*. Nota quòd iste Reus debet comparere infra annum, qui computatur à tempore missionis in possessionem causa rei seruandæ, vt per Anton. de Butr. in capit. Quoniam frequenter, §. in alijs, nu. 16. vt lit. non contest. qui allegat plures DD. & distinguit, & elapso anno fit secundum decretum, & proceditur secùndum formam tradditam per Alex. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & in l. Possideri, §. genera, ff. de acquir. possess.

CAP. XCIX.

QVæro, facta executione, & registrata apud Acta, infra quantum tempus debeat adimpleri facere, Dic, quòd infra annum, licèt Ritus hoc non dicat, ita enim semper est practicatum, per doctrinam Barthol. in l. Is qui Reipublicæ, ff. ex quibus causis maior. & l. fin. vbi Bald. & ita consuluit Bart. consil. 36. Ratio est, quia si infra annum non habuerit effectum, non dicitur facta executio, sed mandatum de exequendo, vt per Io. Aloys. de Septim. hic super Ritu.

A

CAP. CI.

IBi *Quòd de iure probet*. Aduerte tamen quòd non obstantibus verbis hic positis, sufficit quòd factum principale probetur per instrumentum, coherentia autem, & cetera liquidantia ipsum instrumētum possunt probari per testes, & talis probatio coniuncta cum instrumento dicitur priuilegiata, & habet executionem paratam, ita Ias. & Alij in l. certi condictio, ff. si cert. petat. & Co-
B uarr. variar. Resol. lib. 2. cap. 11. Et nota quòd istud relatiuum refertur ad instrumentum, vt sit sensus quòd instrumētum sit authenticum, & quòd non requiratur super veritate illius probatio, non autem respectu contentorum in eo aliàs nunquam procederet exequutio vbi requireretur verificatio aliqua extremorum.

CAP. CII.

C IBi *De Instrumentis*. Id est contra ius commune, qùia instrumenta, & contractus non habent executionem paratam de iure communi l. Minor 25. annis, cui fideicommissum, ff. de Minorib. Ias. in l. Qui delegato, nu. 6. ff. de Legat. 1.

Ibi *Ab annis decem*. Vtrum post decennium instrumentum possit produci saltim per modum probationis, si non potest per viam executionis, Dic quòd

 sic,

fic, Bald. in l. planè, ff. Quod falſ. tut. auth. vbi Bart. Felyn. in capit. Cum venerabilis, de except. Balb. de Præſcript. 3. part. princip. quæſt. 14. verſ. tertiò limita, Roman. conſ. 300.

Nota, quòd interrūpitur præſcriptio, ſi infra decem annos eſt cauſata executio, & adimpleta, & à die dicti adimplementi currunt alij decem anni, & non ſufficit cauſare executionem, niſi adimpleatur, Bart. conſ. 36. & in l. ſi is qui Reipublicæ, ff. ex quibus cauſis maior. Bald. in l. ſicut, num. 3. C. de Præſcript. 30. vel 40. ann. & in l. conſentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. vbi etiam Bart. Iaſ. in l. fin. C. de eo per quem fact. erit, num. 6. & id etiam procedit ſi eſt facta petitio partis debiti, Bald. in capit. 1. §. quid ergo, de Inueſtit. de re alien. fact. Alex. in Apoſtill. ad Bart. in l. Is qui, ff. Quib. mod. vſuſr uct. am. ſed iſtud non procedit, ſi executio, & miſſio eſſet nulliter cauſata, per ea quæ dixit Balb. de Præſcript. fol. 70.

CAP. CIV.

AN creditor petens plus debito poſſit emendare executionem, & penitere, vide Iaſ. in l. ędita, C. de edend. 4. notab. verſ. hinc eſt. Et vſque ad quod tempus poſſit penitere, vide Gloſ. in capit. ſi diligenti, de foro compet. & ibi Anton. de Butr. Sed an requiratur monitio in primo caſu quando de debito apparet ſatisfactum, Dic quòd non Ruin. conſ. 100. num. 4. & conſ. 138. num. 6. vol. 5. qui multa cumulat ad propoſitum

CAP. CVI.

IBi *Infra prædictos quindecim dies*. Oportet vnum in Practica tangere, ſolent quotidie partes comparere coram Iudice, & aliquam pecuniam petunt ab aliquo, ille negat, actor de mandato Iudicis capit teſtes, & Reus capit ſuos, demum Iudex mandat, quòd Reus ſoluat, qui Reus præſtat infra quindenam, & ſe opponit, & ait quòd fideiuſſio eſt nulla, quia proceſſit vigore teſtium, vtrum benè dicatur, Reſpondeo quòd ſic, quia probationes non habent executionem paratam, vt per Iaſ. in l. ſi quis pro emptore, §. ſi cum de hæreditate, num. 4. ff. de Iur. Iurand. Bart. in l. 2. C. de Iur. Fiſc. lib. 10. Cautela eſt, vt viſis teſtibus Iudex condemnet reum, & fiat actus de condemnatione, & vigore talis actus fiat mandatum executiuum, quia id benè po-

A teſt fieri, nā illa dicitur interloquutoria, quæ tàm ex forma Ritus, quàm Iuris cōmunis habet executionem paratam, vt per Iaſ. vbi ſupra.

CAP. CX.

IBi *In Regia tamen ditione*. Hoc, quod hìc dicitur, conſonat iuri communi, quia ſtatutum non habet vires extra territorium ſtatuentis, Iaſ. in l. ſi creditori, ff. de Legat. 1. num. 6. & ad materiam huius capituli vide Abb. in capit. Dilecti.

B de foro compet.

CAP. CXII.

IBi *Fideiuſſione de duplo*. Quæritur, ſi facta executione, debitor carceratur, an dicatur plena executio, ita vt debitor poſſit preſentare ſuas oppoſitiones, & videtur quòd ſic, per ea, quæ dixit Bart. in l. Is qui Reipublicæ, ff. ex quib. cauſ. maior. col. fin. tamen in Regno attenta iſta forma Ritus, requirentis miſſionem ex primo decreto eſt ſecus, & ad hoc videtur conforme dictum Bald. in l. Quam-

C quam, C. de ſent. quæ ſine cert. quant. ſed vide infra in capit. 117. quia videtur ſentire, quòd per carcerationem dicatur adimpleta, & plena executio.

Sed quæro, Inſtantia in cauſa executiua cui pereat, oppoſito, vel opponenti, Dic, ſi eſt dictum, Reijciantur, poſtea perit opponenti, quia ipſe dicitur actor, ſed ſi non eſt ſolutum perit oppoſito, pro quo vide ad hoc in propoſito, Socc. conſ. 109. vol. 4. & Roman. 217.

D Quæritur etiam. An tertius veniens pro ſuo intereſſe, opporteat, vt opponat ſe infra quindenam, Dic quòd ſic, Afflict. Deciſ. 235. num. 6. Imol. in l. à ſententia, ff. de appellation. Boer. pulchrè in Deciſ. 79. qui diſtinguit, an ſciuerit, vel ignorauerit.

Ibi *Habeat*. Vide Bart in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, in fine. ff. de verb. obligat. Guid. Pap. cum Apoſtill. quæſt. 270. & Felyn. latè in Capit. licet cauſam, de Probat. num. 6. Et ſic quin-

E dena currit de momento ad momentū, in tantum quòd ſi ſint præſentatæ oppoſitiones vltra diem quindenæ, & non apparet quòd infra quindenam ſunt, præſumuntur eſſe extra quindenam, & opponenti incumbit onus probandi, ſicut in appellatione, Paul. de Caſtr. in l. 1. §. biduum, ff. Quando appell. ſit, & ibi Alij, Angel. in l. 1. §. dies, eod. tit. Et ſufficit dicere oppoſito, quòd oppoſitiones non ſunt infra quindenam, ſecus eſſet, ſi diceret,

ceret, quòd sunt extra quindenam, quia tunc ipse deberet probare, Felyn. in capit. quò ad consultationem, de re iudicat. num. 23.

Ibi *Expensis Iuditialibus*. Quid, si habuit iustam causam litigandi, vtrum debebit absolui ab expensis, Dic quòd non, si sunt promissæ in contractu, Alex. consil. 34. vol. 4. Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudit.

Ibi *Infra quadrimestre tempus sibi lucresfaciat*. Nota quòd tale statutum valet, secundum Barthol. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de Damn. Infect. Quid si emptor, aut creditor, cui fuit res adiudicata tempore quadrimestris locauerit ipsam rem, an debitor, qui illam redemit teneatur stare colono, Dic quòd sic, vt per Gozadin. in repetit. l. 2. C. de Pact. inter empt. & venditor. num. 179. Tiraquell. de Retract. nu. 12. fol. mihi 369. Quando autem incipiat currere istud quadrimestre, vide Guid. Pap. quest. 22

CAP. CXIV.

QVòd Instrumentum habeat executionem paratam, intelligitur ad petitionem creditoris, non tertij, Abb. in cap. super eo, de offic. Delegat. Ias. in l. 2. ff. de Iureiurand. & in l. 1. §. si hæres, ff. ad Senatuscon. Trebell. & in l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. Bald. in l. si pro te, C. de dot. promiss. Alex. in consil. 53. num. 21. vol. 3. etiam si ille tertius pretendat interesse quomodocunque, Bald. in d. l. si prote, & vide Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudicat. nu. 28. & executio competit personæ nominatæ in contractu, vel quòd ex verbis contractus posset intelligi, & certificari, Bald. in l. ad probationem, C. de Probation. sed stãte Ritu non procedit dictum Bald. ita voluit Dec. in l. cum quid, ff. si cert. petat.

Ibi *In contractibus dotalibus*. Sed pone quòd in contractu dotali apparet dotem fuisse solutam viro, nec apparet, quòd vir obligauerit se illam restituere, an ex illo contractu possit fieri executio contra virum de dote restituenda, vide Gramm. Decis. 103. num. 15. qui plura allegat, & tenet quòd sic, & Dec. in d. l. cum quid, ff. si cert. petat. & vide Dec. & Felyn. ac Alios in capit. translato, De constitut. col. 1.

CAP. CXVI.

IBi *Vbi à iure communi permittitur*. Vt si sit persona restituibilis, vt Minor, Ecclesia, & similis, l. 1. C. si aduers. rem iudicat. Maior enim non restituitur aduersus sententiam, d. l. 1. nisi in casibus à Iure expressis, vt quando abest causa Reipublicæ, & similibus, de quibus vide text. Glos. Bart. & omnes, in l. fin. de in Integr. restitut. & l. sed. etsi per Prætorem, §. qui in tempore, Quib. ex caus. maior.

Ibi *Vt Banchus*. Quomodo interpretantur verba ista, vt Banchus, vide in cap. vlt. Regis Alphonsi quod est super interpretatione huius dictionis, vt Banchus, nam includitur in ea renuntiatione, priuilegio fori, beneficio diuisionis duorum reorum, & beneficio de primo, & principali conueniendo, & excludit omnes exceptiones, quibus cum iuramento videtur etiam renuntiasse.

Ibi *Non impediatur propter appellationem*. Et sic habes vnum casum, vbi sententia mandatur executioni appellatione pendente, scilicet in causa oppositoria, licèt secus sit regulariter de iure communi, vt l. 1. ff. Nil nouan. appellat. pend. & eodem modo in restitutione in integrum, l. 1. C. de Restitut. in integr. post. Alius casus est in quo innouatur appellatione pendente, cum reus suspectus est de dilapidatione fructuum rei, in qua est condemnatus actori, nam fructus sequestrantur, l. 1. C. Quor. appell. non recip. l. ab executione, ff. de appellat. l. Imperatores, eod. tit. capit. fin. de sequestr. possess. & fruct. Alius casus est in l. Postquam, §. si Imperator. Vt legat. nom. caueat vt quando hæres conuentus super re legata appellat, nã interim prestat de restituendo, vide Speculat. in tit. de appellat. §. nouissimè.

CAP. CXIX.

AD materiam huius capituli vide Bal. in l. 2. C. de execut. rei Iudicat. & an aduersus liquidationem opponi possit vide eumdem ibi. Et vtrum ista liquidatio fieri possit, facta executione, vide Alex. in l. 1. ff. de Legat. 2. & Bart. in l. 1. C. de edend. Roman. consil. 211. in fine. Dec. consil. 322. vbi dicit veriorem esse opinionem, quòd liquidatio debet precedere, est benè verum, quòd si fieret liquidatio infra quindenam post executionem, aperitur via, quòd debitor potest se opponere, & oppositiones stant, & ita practicatur, & hoc per consil. Socc. 89. vol. 3.

CAP.

CAP. CXXI.

QVid, si tale nomen debitoris esset hypotecatum, ex qua hypoteca conceditur translatio, ac vtiles actiones absque cessione, vt per Alex. cons. 17. nu. 7. & is. vol. 1. videtur quòd agi possit via executiua, non facta excussione Angel. Imol. & Alex. in l. à Diuo Pio, §. sic quoque, circa finem, ff. de re Iudicat. qui videntur dicere, quòd sic, vt ego teneo pro conclusione indubitata, & quòd Ritus non obstat, quia loquitur quando nomen est hypotecatum, vt in induiduo determinat Bart. in l. 1. nu. 22. ff. de action. & obligation. & in legatario tradit Bald. in l. ex legato, in finalibus verbis, C. de legat.

CAP. CXXII.

IBi *In bonis hæredum*. Imò nec in persona Bart. & Ias. in l. scimus, §. in cõputatione, C. de iur. deliberand. Corn. in d. l. scimus, §. & si præfatam, & eumdem pulchrè in cons. 31. vol. 3. Sed quid in tutore, qui litigauit, & fuit condemnatus vt tutor, an possit capi de persona, vel fieri missio in bonis suis proprijs, pro debito pupilli, vel eius patris, Dic quòd non, pro quò vide Bart. Ias. & Rip. in l. 4. de re Iudicat. & quò ad expensas litis, vide ibidem eos, qui omnia pulchrè dicunt, & vide omnino Bero. quæst. 57.

CAP. CXXIII.

AN hoc, quòd dicitur in hoc Capitulo, procedat in hærede Doctore, vel Milite, vide Mathesil. notab. 59. Incip. nota quòd leges dicunt.

CAP. CXXVII.

IBi *Si verò creditor*. Idem est de Iure communi, nam si creditor habet pignus, non potest capi facere debitorem, nisi pignus non sufficiat, idque probari debet, quia de iure præsumitur quòd sufficiat, vt voluit Alex. & Bald. per illum text. in l. creditor, ff. si cert. petat. sed vide Alex. in Apostilla ad Bart. in l. hæres, §. quid si stipulatur, ff. de fideiussoribus, qui allegat Bald. in l. cõsentaneũ, & Alios, vbi videtur tenere, quòd creditor potest vtrumque facere, scilicet capere personam, & pignus, Principalem, & fideiussorem, idem tenet Capic. Decis. 46. nu. 8. & Decis. 119. nu. 7. qui ait quòd potest capere vnam rem, & postea aliam, & si habet plures debitores in solidum potest agere contra vnum, & pendente iuditio alterum conuenire.

CAP. CXXVIII.

A AD materiam huius capituli vide Bald. in l. 2. C. de sentent. quæ sine cert. quantit. qui dicit quòd etiam si fideiussor nõ soluisset, sed esset carceratus potest petere à debitore vt ipse excarceretur, vel quòd debitor carceretur, vel soluat debitum, & interesse, si fideiussor non soluerit, & an etiam, si non esset condemnatus, possit agere contra principalem debitorem, vide Ias. in l. planè §. quod sic, ff. de Legat. 1. num. 11.

B Numquid fideiussor possit soluere de bonis principalis, & petere quod in eis fiat executio, Dic quòd sic, Paul. de Castr. in Auth. si qua in Prouincia, C. vbi de crim. ag. oport. Bart. Bald. & omnes in Aut. si captiui, C. de Episc. & cleric. Bart. in l. si procuratorem §. si ignoranter, ff. Mandat. Et id procedit si non habebat de proprio, aliàs secus. Item fallit in fideiussore indemnitatis, Alex. in Additt. ad Bart. in d. §. si ignoranter.

CAP. CXXXI.

C ET sic ex isto Capitulo tollitur dispositio legis, quòd in executiuis nõ datur reconuentio, quia quò ad duplũ potest peti, & vnico processu vnicaque sententia terminari.

CAP. CXXXII.

NOta quòd sententia lata per cędulã condemnatoriã, seu per viam Instãtiæ non est appellabilis, si fuit lata in M. R. C. ita disponit Ritus Infra Cap. 139.

D & modus, & practica istius Capituli traditur per Petrum de Gregor. in tract. de Iudic. caus. feud. quæst. 20. per tot.

Ibi *Et transactum decennium*. Queritur, si est lapsum decenniu adeò quòd vigore instrumenti non potest procedi via executiua, sed per viam cedulæ condemnatoriæ ex forma Ritus, adeò quòd lata sententia in causa instãtiæ proceditur ad executionẽ sentẽtiæ via executiua, vtrũ tali casu debitor possit opponere aduersus executionem vigore sententiæ, &

E vtrum pacta apposita in cõtractu, & maximè de vẽdendo bona ad discursum habebunt locum tunc in executione sentẽtiæ, sicut in executione vigore contractus, & videtur quòd sic, quia ista actio, quæ oritur ex sentẽtia dicitur cumulatiua primæ descẽdenti ex contractu, ita dixit Angel. in l. Paulus, *ls* 2. ff. de re iudicat. licèt Bart. & Bald. tenuerint contrarium, quos ibi refert Idem Angel. & idem quòd Angel. tenuit Ias. in l. Miles, ff. de re iudicat. & cons. 16. nu. 3. l. b. 1.

CAP. CXXXIII.

QVæ sint causæ summariæ de Iure, vide Marãt. in Specul.suo fol.186. vsque ad nu.207. Et an,& quando in summarijs lis dicatur contestari, vide DD.in l. nulla,C.de procurat. Marãt. in suo Specul. part.6. De litis cont est. & Petr. de Greg.de Iudic.cauf. feud. q.43.

Ib: *Futurorum*. Et ita etiam de Iure Intellgerentur,etiam si non esset expressum,quia statutum loquens de alimentis, habet locum in futuris, nõ autem in pręteritis,maximè quando tribuitur aliquod priuilegium, secundum Dec. in l. de Alimentis,n.10.C. de Transact. Et in causa alimentorum futurorũ non datur appellatio, vt ibi per Dec. & Ias. & sufficit qualis qualis petitio, nec est necesse ꝙ offeratur libellus, nisi agretur de præteritis, Alber. de Rosat. in l. cum his, ff. de Transact. & vide latè per Marant. in suo Spec. fol.200.n.52.qui plura dicit.

CAP. CXXXIV.

IBi *Ex causa prima*. Iste terminus ex causa primæ in M.R.C.est dierum sex, & ex causa secundæ etiam dierum sex, vt patet infra in capitulo 171.

CAP. CXXXV.

NOta quòd de natura spolij veniunt damna,& interesse,etiam quòd non petantur,capit. Graui,de Restitut. Spol.

Ibi *Antequam audiatur*. Per hoc videtur excludere appellationem, & nullitatem, cùm sint species defensionis, capitul. cum inter, & capit. significasti, de exceptionib. vbi Abbas, & omnes, Bald. in l. Peremptorias, vers. quæro vtrum exceptio,cũ seq.C. sentent.rescind. non poss. Specul. in titul. de appellat. §. 2. vers.32. & ibi Io. Andr.& per Frãc. in Rubr. de appellat. in quibus locis etiã concludunt, quòd si per statutum denegatur audientia etiam in excipiendo, & defendendo vt hic,non datur appellatio, secundum Glossam, & Archid. in Can. Si quis deinceps, 16. q.vlt.vers.audientiã vide DD.in l.cũ mulier,ff. solut.matrim.

Quid si appellatur ante sententiam latam super spolio, & ab aliquo grauamine, Dic quòd non auditur appellans, ex quo denegatu. defensio.

Sed quæro, An debeat seruari iste Ritus in foro ecclesiastico, Dic quòd sic, cum concernat ordinem Iuditiarũ, cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,vbi Abb. & omnes,de Constitut. & ita seruatur.

Adde, quòd illud statutum habet locũ A in Iuribus incorporalibus; descendentibus ex re, Abb. & omnes in capit. peruenit, de Censibus, Ias.in Rubr. ff. de re Iudicat.& in l.si quando, C. vnde vi.

Et ad materiã huius Capituli circa liquidationẽ ĩ spolio,vide Afflict. decis.35.

Nota, quòd in sententia spolij, si non petuntur fructus, nec spolians ad fructus est condemnatus, sed tantùm est dictum in sententia, quòd rem restituat, Intelligitur vnà cum fructibus, Bald. in Rubr. C. de fruct. & lit. expens.

B Item, Nota in hoc Capitulo, quòd nõ potest opponi exceptio contra testes, & eorum dicta in spolio, quia est defensio, Afflict. Decis. 351. num.3.

Ibi *Constito*. Nota quòd de iure communi in materia spolij sufficeret vnus testis, & etiam probatio per famam Bart. in l.1. C. quor. bonor. & in l. 2.§. fin. C. vbi in rem actio. Matthesilan. Singul.2. Incip. nota quod in Iudice. Sed magis communis opinio est in contrarium, vt per Alex. cons.187.vol.7.& in cons.100. C vol.1. & per istud verbũ, *Constito*. quod est ablatiuum, requiritur plena probatio, quod importat cõditionem. Felyn. in Rubr. de Probat. & in capit si constiterit, de Accusat. Paris. cons.95. nu.19. vol.4. Et etiam tales testes debent recipi parte citata, aliàs Iuditium esset nullum.

Et nota, quòd quando ad probandum spolium intratur ad merita, tunc non habet priuilegium, quòd spolians non auditur in defensionibus, Bald.& Angel.in l.Incerti, C. de Interd. Et quòd per verD bum *Constito*. Intelligatur parte citata est Glossa in cap.presenti, in verb.constiterit, de Censib.

Vtrũ autẽ detur spoliũ per creditorẽ contra debitorem, vel Tertium in actione personali, Dic, aut est debitũ purum, & non datur, Bart. in l. fin. ff. Quor. bonor. aut est annua pensio, & tunc datur, Afflict. Decis.395. & Roman. cons.311.

Itẽ Nota, quod si quis vult se dirigere spoliatorio iuditio,&probet possessionẽ, quia possederit in pręteritũ, & quòd posE sidet in præsenti,per l. siuè possidetis, C. de Probat. cum sua materia, tamen illud non procedit in spolio rei mobilis,vt per Ias. in l.Quod te,si cert. petat.

An autem ista prę́sumptio de pręterito in præsenti procedat in infinitum, vel quomodo, vide Alex. in l. si de eo, §. si forte, ff. de acquir. possess.

Quæro, an in spolio requiratur litis contestatio, vide Afflict. Decis.283.nu. 4. qui dicit quòd non, & allegat notata per DD. in clement. sæpe, de Verbor. signi.ficat.

significat. Sed contrarium est verius, vt per Roman. cons.220. & Paul. de Castr. cons.397.Incip.viso processu vnà cũ sententia, & Alex. cons. 2. vol. 3. qui dicit hanc esse communem sententiam.

A

Item pone, quòd aliquis commisit spolium vt procurator alicuius, an teneatur dominus, & videtur quòd non, per l. si procuratori, ff. de Procurat. & l. creditor, §. huius, ff. Mandat. quia mandatum non extenditur ad delictum, sed in contrarium est cons. Castrens.262. qui dicit, quòd si quis efficiatur procurator ad capiendam possessionem, intelligitur etiã factus procurator ad illam capiendam de facto, & sic tenetur dominus.

B

Sed nunquid in materia spolij teneatur qui ratum habuit, Dic quòd sic, vt per DD. in capit. ex parte, de Restitut. Spoliat. per illum textum.

Nunquid appellatione defensionis veniant oppositiones, quæ fiunt in executione sententiæ, Dic quòd sic, Aret. in in l.reiuendicare, §.socero, ff.solut.matr.

An autẽ in Spolio admictatur exceptio declinatoria fori, vide Socc.in l.2. De except. qui dixit quòd non admictitur, quia est defensio, vt per Franc. in capit. Postremo, col. 2. de Appellat. Felyn. in Rubr. de exceptionib.

C

Nota, quòd nullitas est defensio, Io. in cap.1. de Rescript.in 6.in nouell. vide Afflit.in Const.omnibus, qui multa dicit.

Nota etiam, quòd appellatio est defensio Soccin. in cons. 39. vol.4. nu.6. qui allegat l. 1. de Appellat.

D

CAP. CXLV.

DE Iure communi Reus non carceratur nisi in arduis, vbi venit pęna à relegatione supra, ita quòd veniat torquendus, l. Diuus, de Custod.reor.Grammat. cons.35. Sed de iure Constitut. Regni, in Constitut. Humanitatem, etiam in arduis non potest carcerari. Iure autem Nouissimo Ritus quod seruatur, in minimis scilicet vbi venit pęna à relegatione infra, non carceratur, nisi constiterit, & tunc præstito de parendo sententiæ, excarceratur reus, vt hic dicitur, & in antiquis idest vbi accusatio est præposita post duos menses, etiã in arduis nõ carceratur, nisi concluso processu, vide supra capit. 141. & 142. & ad materiam vide Capic. Decis.154. qui latè examinat materiam carcerationis de Iure communi, Constitut. capitul. & Rit. Regni. Et ad materiam huius Capituli vide etiam supra capit.117.

E

CAP. CXLVIII.

NOta, quòd potest Iudex ex officio, etiam parte non petente, condemnare reum ad rem restituendam, Cassan. in Consuetud. Burgund. in titul. des Iustit. Rubr. 1. §. 5. fol. 41. vers. por la primier. nu.2.

CAP. CXLIX.

ADde Capit. 359. & 430. Regis Alphonsi, vbi in crimine Nefandi disponitur, quòd non procedatur per inquisitionem, nec per denuntiationem, sed ad instantiam accusatoris, qui prosequatur suam vel suorum iniuriam, & se subscribat ad pęnam talionis.

CAP. CLX.

IN materia fideiussionis criminalis quãto tẽpore duret, vide Capit.40 Regis Ferdinand. vbi fideiussio criminalis non durat nisi biennio. Pone quòd fideiussor promisit sub pęna reum præsentare infra aliquem terminum, & eo elapso pręsentauit illum, an liberetur fideiussor, Dic quòd sic, Bald.in l.Qui crimen, q.11. C. qui accus. non poss. per l. Sancimus, C. de fideiuss. quem refert Ias. in l. si Insulam, ff. de verbor. obligat. post num. 35. & potest assignari ratio, quia in iuditijs, vbi est apposita dies, & pęna, potest mora purgari infra modicum tempus, Angel. & Iacob. de Sanct. Georg. in l. & si post tres, ff. si quis Caution. nu.5. Grammat. Decis. 95. & ita fuit iudicatũ per Sacr. Consist. & dictum Ias. sequitur Curt.in l.Quod te, ff.si cert. petat.nu.11, in fine.

CAP. CLXIII.

SI Reus aufugit ad Maius Tribunal, fideiussor non tenetur, quia non dicitur aufugisse qui vadit ad Principem, vt per Iacob. in l.1.C.de seruis fugit.n.9.

CAP. CLXV.

DE ista clauusula, toties quoties in ista materia, vide Cremon. singul. 11. & Hypol. in Rubric. de fideiuss. nu.139. & 140. vbi etiam videas quid quãdo fuit dictum, quotiescunque, & vide Afflict. Decis. 130. qui dicit, quòd per binam pręsentationem liberatur.

CAP. CLXVI.

QVæ sit pęna stupri, & multa alia in ista materia ponit Carrer. in sua Pract. nu.308. fol.126. Quando autem commictitur cum raptu, & violentia, vide

de Angel. in Authen. de Lenon. §.2. qui A dicit, quòd quando mulier est pecunia corrupta dicitur inuita, & satisfit statuto requirenti violentiam, & adde Castrens. conf.27. Incip. visa insiquisitione. Dictum autem mulieris quid operetur, vide Dec. conf 363.& Ias. conf.22. Et an dicto mulieris stetur, vide Cassan. in Consuetud. Burgund. fol. post num.42. Et Carrer. in sua Pract. fol.216. §. circa, nu. 301. qui dicit, quòd facit inditium ad torturam. Sed quid, si commictatur stuprũ cum violentia sine raptu, an sit pęna vitę, B vide Cuman. conf. 95. incip. Christoforus, qui dicit, quòd non, idem Castrens. in l. Raptores, C. de Episc. & cleric. Sed contrarium tenet Andr. & Afflict. in Constitut. contrahentium incestas nuptias, Bald. & Alber. in d. l. Raptores, Ang. & ibi August. in verb. Che mi hai adulterato, nu.55. & 56. Bart. in l. 1. in fine, ff. de extraordinar. crimin. Sed hodie habemus Ritum hìc, qui videtur requirere raptum, & violentiam, vt puniatur pęna mortis, vide Marsil. in l. vnic. C. de Rapt. C Virg. nu.12.

CAP. CLXVIII.

Expensæ quomodo debeantur vide infra in Capit.299. Regis Alphonsi. Itẽ quòd in causis criminalibus, & Marsil. Singul. 207.

CAP. CLXIX.

An in causa criminali in M.R.C. ab interloquutoria admitatur appellatio, Dic quòd sic, & vide Ias. in Rubr. ff. de re Iudicat. nu.7.

CAP. CLXXI.

An testes, producti in prima instantia, possint reprobari in causa appellationis, vide Andr. & Afflict. in Const. Iurisperitorum, qui tenent, quòd non, & ita fuit iudicatum in Regno Neapolitano, vt testatur Afflict. Decis. 266. Capic. Decis.157. Idem tenet Guid. Pap. q. E 500. qui ad hoc plura allegat, licèt dicat, quòd de stilo vidit seruari cõtrarium per 40. annos, & idem seruatur in Hispania, vt per Couarr. Pract. car. quæst. cap.18.

CAP. CLXXIII.

Nota, quòd, elapso isto termino, non potest vlterius reprobare neque testes, neque Instrumenta, Capic. decis.68.

CAP. CLXXVI.

Nota, quòd idem est de iure communi, vt in §. sit tibi quoque, in Auth. De Mandat. Princip. vbi Bart. l. Non nunquam, *la* 1. & ibi Glossa, ff. de Iudit. vide Parid. de Put. in tract. Sindicat. in verb. expensæ. Et sic in tantum quòd causæ istorum pauperum debẽt summariè expediri, Marant. in suo Specul. fol. 204. num.77.

CAP. CLXXXIII.

Ibi *Infra* 50. *dies*. Vtrum dies, in qua appellatur, connumeretur in numero 50. dierum, ac etiam vltimus dies 50. dierum. Dic quòd sic, imò currunt de momento ad momentum, vide Glos. in Constitut. Appellationum tempora, quę pulchrè hoc dicit, & Bald. in l. eos, C. de appellat. in §. fin. & in capit. fin. Quo tempor. Mil.

Ibi *Vt exinde valeat*. Et sic datur tempus 50. dierum ad habendum processum, scilicet infra quod tẽpus debeat processus iudici præsentari, nec de iure, nec ex forma Ritus cauetur, sed secundũ Andr. de Isern. in Constitut. Appellationum tempora, est arbitrarium vsque ad sex menses, vide Præposit. in capit. per tuas, de appellat. col. 2. vers. quandoque assignatur tempus ad præsentandum, & adde Glossam in l. præses, C. de appellat. in verb. præscriptum.

Ibi *Vel alio iusto impedimento*. An istud impedimentum possit probari per testes, D vide Guid. Pap. quæst.64. & Afflict. decis.79.

Ibi *Habeatur pro deserta*. Imò M.R.C. consueuit, quòd si processus fuerit introductus post 50. dies infra paucos dies, tunc appellatio non est deserta, & vide super hoc Afflict. decis.79.

Quæro, an, si appellatio est deserta, possit procedi in causa de consensu partium, Dic quòd non, secundum Bald. in Auth. Hodiè colum.2. C. de appellat. & Andr. de Isern. in Const. appellationum tempora, Imò sententia lata post appellationem desertam, etiam de consensu ambarũ partium, vel ipsius appellati, est nulla, & non valet, vide Glossam magnam in clement. Si appellationem, & tex. ibi de appellat. & Bald. in Auth. ei qui, in fine, C. de tempor. appellat.

Nota, quod si statutum diceret, quòd appellari debeat infra decem dies, & postea habeat 60. dies ad prosequẽdum appellationem, si quis prima die appellauerit,

rit, statim incipiunt currrere 60.dies, nec debet expectari lapsus decem dierum, ita voluit Paul. de Castr. in l. si quis hæres, ff. de acquir. hæredit.

Sed quid, si non est appellatum, vel si est appellatum, tamen est deserta, an detur reuisio, Dic quòd sic, vt per Regem Alphonsum infra capit. 528. & 529. Et nota quòd appellatio in dubio præsumitur non deserta, Castrens. in l. 1. ff. si quis caution.

Sed quid, si infra 50. dies obtinuerat literas cum dicta clausula, sed nõ fecit citari appellatum infra 50. dies, an ex hoc appellatio sit deserta, vide Afflict. in Cõstitut. Appellationum tẽpora, nu. 30. qui tenet, quòd non, & ita practicatur, etiã quòd citatio sit circumducta, ac effectus literarũ sit extinctus ꝑ lapsum 50. dierũ.

B

CAP. CLXXXIV.

NOta, quod istud etiam habet locum in Consistorio, S. R. C. cùm habeat in causa eamdem, imò maiorem potestatem, Bart. in l. 2. §. & quidem, ff. ad senatus. Tertull. & Franc. Aret. cons. 106. Alex. cons. 20. vol. 4. in vltimis verbis, Auth. Sed lis, C. de Tempor. appellat. Bald. & Alij in Auth. Quas actiones, C. de Episc. & Cleric.

C

Sed quid, si discedit M. R. C. ab vrbe, & introducitur ad Curiam primarum appellationum, vtrum habeat idem priuilegium, & etiam illæ aliæ introductæ postmodum ad Curiam Præturæ, quæ erant inchoatæ in M. C. Dic quòd non, quia attenditur priuilegiũ illius Curiæ, quæ subrogatur loco M. R. C. ita in simili decidit Paul. de Castr. in l. Episcopali, C. de Episcopal. audient. Bald. in l. certum, col. 6. vers. item dubitatur, C. vnd. Legitim. Dec. cons. 3. Alex. ad Bart. in l. 1. §. hæc actio, ff. Si quis testam. liber. esse Iuss. fuer. Sed Ias. in l. sed Imperator, ff. de leg. 1. nu. 25. & in §. fuerat, Institut. de Actionib. & in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquirend. possess. nu. 17. tenet contrarium, quia subrogatum sapit naturam subrogantis.

D

E

CAP. CLXXXVIII.

AN saltem hoc casu admittatur compensatio siuè de alio debito, siuè de alijs expensis, credo quòd non, quia ista verba important conditionem, vt per Paulum de Castr. in cons. 326. viso puncto col. 2. in 2. dubio, quem refert, & declarat Negusant. De Pignorib. fol. 123. post num. 10.

CAP. CLXXXIX.

QVomodo intelligatur hoc, quòd in præsenti Capitulo disponitur, vide Socc. cons. 180. & tale statutum valet, Alex. cons. 31. nu. 5. volu. 6. & cons. 39. nu. 8. Sed vide Socc. cons. 56. vol. 3. qui dicit quòd non valet statutum, quòd pro dote nõ restituta soluatur interusurium, & ait hanc esse communem opinionem, vide etiam Afflict. decis. 284. & Capic. decis. 65. nu. 13. qui dicit quòd soluto matrimonio non debentur interusuria dotis mulieri per hæredes viri, & idem dicit Grammat. decis. 103. nu. 91. & quòd ista est magis communis opinio.

CAP. CXCII.

CIrca hanc manus iniectionem Dic quòd Nos vtimur, quòd si vendita est res ad credentiam, & in contractu expresse est reseruata manus iniectio, etiam non facta excussione contra principalem debitorem, potest procedi contra tertiũ, sed sit executio contra principalem, & missio super re possessa per tertium, super qua erat manus reseruata, & benè, ꝑ tex. & DD. in l. Titius, ff. de seru. exportand. & de manus iniectione loquitur Afflict. Decis. 338. num. 4.

CAP. CXCIV.

INtellige hoc Capitulum Iuris prothomiseos in datione insolutũ voluntaria, nõ autem necessaria, secùndum Roman. in cons. 107. Et quando dicatur voluntaria, vel necessaria, vide Alex. in cons. 52. vol. 1. & Ias. in l. 3. C. de Iur. emphiteot.

An ius recuperãdi Iure prothomiseos possit cedi, Dic quòd non, ita Paul. de Castr. in cons. 1. sed quomodo id procedat, vide Tiraquell. de vtroque Retract. §. 1. Glos. 14. nu. 7.

CAP. CCI.

IBi *Agnoscenti accrescit*. Ad hoc vide textum in l. 1. C. de Successor. ędict. & quæ ibi notantur.

Finis Ritus Domini Ludouici Montalti V. I. D. Præclarissimi:

APOSTIL-

APOSTILLAE
SVPER RITV REGNI SICILIAE
EXCELLENTIS DOMINI
FEDERICI LETI
VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS.

AD PROHEMIVM.

AN Clericus gaudeat prouisione istius Ritus? Dicas quòd sic, secùndum Bald. in l. de quibus, ff. de Legibus, & forma hìc data est seruandam, ibidem. A

CAP. XCVI.

DE iure communi rescriptum potest præsentari dum durat vita concedentis, Bart. in l. Falsam, C. de diuers. rescript.

CAP. XCVII.

ET sic nota, quòd lex cum proponas, & Auth. Et qui iurat, C. de bon.author. iud. possid. non obseruatur.

Ibi *Refectis expensis*. Super hoc verbo intellige Ritum istum secùndū Bald. in singularibus suis, in verb. Missio, qui dicit, quòd in pupillo, & in absente ex rationabili causa, quando reuocatur missio, non habent locum expensę, & sic non tenentur ad illas. C

Ibi *Expensis*. Quæ expensæ sint istę, dicit Angel. in Authen. de litigios. §. omnem verò, col. 2. vers. ibi quos propter litem, quòd reficiuntur non solùm expensæ procuratorum, & aduocatorum, verū etiā citationū, notariorū, & itineris.

CAP. XCVIII.

QVando causa, & controuersia dicatur pendere, dicit Angel. in Authent. de litigios. §. omnem verò, vers. ibi initium litis, quòd dicitur pendere ante litem contestatam, & post, & sic per solam citationem ante litis cōtestationem, & post litem contestatam, Lis autem pendet post litem contestatā: Iuditium verò incipit à in ius vocando, Angel. vbi supra per iura per eum, ibi allegata. B

CAP. XCIX.

IN exequutiuis iuditiū incipit ab exequutione, sed tutius est partem citare ad exequutionem faciendam, & ei incusari facere contumatiam, & si reus venit, & non vult litem contestari, proceditur contra eum, tamquam contumacem, Bart. in l. Quoties, §. quòd si reus, ff. de noxalib. & sic quis cogitur ad litem contestandam. secùndum Bald. in l. prædict. Quoties. Alex in l. si finita, §. Iulianus, vbi plenè de hoc, ff. de damn. infect.

CAP. CI.

NOta, quòd hoc etiam procedit de iure communi vigore instrumenti guarentigiati, per quod solùm ad stringi-

tur obligatus, & eius hæredes, & non singulares possessores, vt est tex. singul. in l. ea, C de Condict. ob turp. caus. Angel. in l. 2. C. si aduers. credit. vide Philip. Franc. in cap. ex ratione de Appellationib. & ibi pulchras decisiones, & conclusiones, & sic contra non nominatos in instrumento non habet exequutionem paratam, & idem in sententijs, vt per dictum Franc. ibi. A

Ibi *Presentem*. Et sic ad exclusionem conditionalis, vel in diem, & ita procedunt dicta per Philip. in cap. Translato, de Constitut. & per Ias. in §. fuerat, Instit. de Actionib. vbi vide. B

CAP. CII.

QVid in Mutuo facto simpliciter, quando incipit obligatio, & petitio, vide Imol. not. & Angel. in l. si pecuniam, ff. de verb. obligat.

Ibi *Ab annis decem*. Nota, quòd licèt instrumenta non habeāt exequutionem paratam, nisi infra decemnium, nihilominus si fuerit interrupta præscriptio infra decem annos, vel per citationem, vel per alium modum interrumpendi præscriptionem, putà per exequutionem, quòd etiam post decem annos virtute instrumenti guarētigiati potest fieri exequutio, vt singul. per Salyc. & ibi Additt. in l. fin. in verb. sed ego nego, C. de Præscript. 30. vel 40. annor. C

CAP. CIII.

AD materiam huius cap. vide Alex. in cons. 188. nu. 1. 2. vol. 2. & Nota, quòd extrema prius sunt verificanda, Socc. cons. 89. vol. 3. & cons. 96. nu. 10. & 11. vol. 4. Alex. cons. 188. vol. 2. Roman. cons. 211. D

CAP. CXI.

SEd pone, quòd executio fuit facta prope finem decemnij, An valeat, vide Philip. in cap. fin. in fin. 2. col. de Constitut. Quid autem, si instrumentum, siue compromissum fuerit factum infra decemnium, sed laudum, siue sententia fuit lata post annum, An valeat executio ex sententia post annum in isto instrumēto, seu compromisso infra decemnium, vide Angel. in l. Paulus, *la* 2. ff. de re iudicat. & Bart. in l. 2. & ibi Bald. de Bonor. possess. secund. tabul. E

CAP. CXII.

IBi *Quindenam*. Nota, quòd, quando sit primum decretum, seu missio in nominibus debitorum, quindena currit à die notificationis factæ debitori ne soluat, & vtrumque requiritur, scilicet missio, & notificatio ne soluat, ita Salyc. in Auth. Qui iurat, C. de bon auth. iud. possid. in fin. nam dictio, ex tunc, denotat extremitatem temporis, Philipp. Franc. in cap. super eo, in Glos. fin. de Appellat. & ibi Dec. & currit de momento ad momentum, Tiraquell. de Retract. cart. 110. num. 39. in Glos. 2.

CAP. CXVI.

NOta, quòd idem est etiā in Alijs Ciuitatibus, & Terris, vbi sententia lata fuerit per Doctorem, vel cum voto Doctoris, vt infra per Cap. 37. Regis Ioannis.

Ibi *Per creditorem*. Vide Bald. Nouell. in tract. de dote in 12. part. quæst. 10. cart. 77. & de ista fideiubsione de restituendo in casu Succumbentię vide Bald. in cons. 272. in 2. vol.

CAP. CXIX.

NOta, quòd in liquidatione requiritur datio terminorum, & cōclusio, ac sententia, de quo vide Alex. consil. 25. vol. 2. in 3. col. & Afflict. in Decis. 35. incip. si actum fuit, & Philip. Corn. cons. 235. & quòd requiratur conclusio causæ tenet Glos. in cap. significauerunt, in verb. liquere, extra de testib. Alex. in l. 1. de oper. nou. nuntiat. & declaratio, seu procuratio per iudicē, vt voluit Bald. in l. 2. C. de except. re iudic. nam liquere tunc dicitur, quando est conclusum in causa, & sic renuntiatum probationibus, & non ante, & debet pronuntiari, vt per Bald. ibi supra, in 3. colum. circa finem.

CAP. CXXI.

NOta, quòd contra nomen debitoris mei, & sic contra debitorem debitoris potest causari executio, & procedi via executiua, Alex. in l. à Diuo Pio, §. sic quoque, ff. de Re iudicat. & l. Nomē, C. Quæ res pignor. oblig. poss. Alexan. cons. 15. vol. 6.

CAP.

A

CAP. CXXII.

NOta, quòd hæres conficiens inuentarium non tenetur de proprio, sed in quantum vires hæreditariæ sufficiunt, & regulariter omnis obligatio transit in hæredes, licèt de hærede non sit facta mentio in contractu, vt l. veteribus, C. de Contrahend. & commit. stipulation. Sed fallit in quibusdam casibus, de quibus in l. Qui futurum, §. 1. & in l. Iurisgentium, §. pactorum, ff. de Pact. Abb. in cap. compromissum, de Arbitr. Bart. in l. eodem, ff. de verb. obligat. & in l. si decesserit, ff. Qui satisd. cogant. & in l. Postulante, ff. ad Trebell.

CAP. CXXIII.

DE iure communi nō debet quis carcerari pro debito, nisi quando non habet bona sufficientia pro debito, Bart. in l. 3. & in l. Tutor qui repertorium, ff. de suspect. tutor.

C

CAP. CXXX.

NOta ad materiam huius capit. quòd Bald. in tit. Si de inuest. inter dom. & vassal. lis oriat. in fin. prim. col. tenet, quòd ius probandi per Sacramentū transit ad successorem, de quo per Glos. in l. fin. de iur. dom. impetr. in verb. iurato, quod est intelligendum, si successor iurare possit sic informatus de veritate.

CAP. CXXXI.

AN ille, qui fecit publicatā in caussa, possit vlterius producere testes, vide Alexand. in cons. 84. volum. 4. & quid in Fisco, maximè quando proceditur per viam inquisitionis, vide Bald. in l. fin. ff. de Ferijs Innoc. in cap. cum clamor, de testib. Philip. in cap. sicut consuetudo, in 7 col. de Probat.

CAP. CXXXIII.

NOta, quòd in causa Legitimę ordinariè proceditur, si excedit summam vntiarum quinque, licèt legitima succedat loco alimentorum, Ias. in l. si quis in suo, C. de inofficios. testam. vbi dicitur, quòd proceditur ordinariè, l. si quis à liberis, & l. Parens, & ibi Bart. de Liber. agnoscend. Item pro alimentis proceditur diebus feriatis, sed pro Legitima non, l. 2. ff. de ferijs, & ibi Iason.

CAP. CXXXIV.

NOta, quòd causa furiosi est summaria, quia est miserabilis persona, secundum Azon. in Rubric. & in l. 1. in fin. C. Quand. Imperat. inter pupill. & vid. & vide Innoc. & Abb. in cap. significantibus, de offic. delegat. & Abb. in cap. licet, & in cap. ex tenore, de for. comp. vbi distinguit, & per Speculat. in titul. de Aduocat. §. 1. vers. satis est, & est tex. B in l. ne quicquam, §. aduocatos, ff. de offic. Proconsul. & legat. cap. 1 de Postul. & l. 2. C. de curat. furios. tamen in Magna Curia in causa illa de Homodeis fuit determinatum contrarium. Nota etiam, quòd post didicita testificata, testiū productio non procedit, & si non constat testificata didicisse, trina productio fieri potest, & quarta admittitur cum certa sollemnitate, vt in Auth. ei qui semel, C. de Probationib.

CAP. CXXXV.

IN causa spolij offertur libellus, & lis contestatur, vt notatur in Clem. 2. vt lit. pendent. & ibi Glos. 1. & ante litis contestationem non restituitur possessio, cap. consultationibus, & ibi Glos. fin. de offic. delegat. vide capit. Regis Ferdinandi 54. quod declarat istud capit. Ritus. Nota, quòd spoliatori non præstatur auditus super tali dominio, vel pos- D sessione, nisi res ipsa fuerit prius plenariè restituta spoliato, vt patet per hoc Capitulum Ritus, & habetur in l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi publ. & in cap. prius, & in cap. oportet, & in cap. Reintegranda, cum multis similibus. 3. q. 2. & 2. q. 1. & in cap. 1. & 2. & in cap. in literis, & cap. item cum quis, & cap. literas, extra de Restitut. Spoliator. Fallit in certis casibus, notatis per Goffred. in Summ. de Restitut. Spoliat. & per Speculat. in tit. de Pet. & possess. pro vt E etiam habetur in Pract. Papiens. in libell. Spoliat. possess. in Glos. ad reintegrandum, cart. 95. circa fin. nec causa anterioris spoliationis possit deduci, seu per modum actionis intentari, vide cap. super spoliatione, & cap. cum dilectis, & ibi Abb. de ordin. cognit. & sic spoliator si ageret etiam via spolij priuilegiati non auditur, Glos. & Pręposit. in cap. in nomine Domini, 23. distinct. in Glos. in verb. audientia.

Ibi

Ibi *Defensionibus*. Vide Bart. in l. 1. §. & parui, ff. Quod vi aut clam. & Nota, quòd causa spoliationis est infra quindecim dies probanda, numerandos à die, quo præposita fuit, cap. 1. de Restitut. Spoliat. in 6. & Specul. in tit. de petit. & possess. in 4. col. Quæro, An incidentes articuli spolij habeat idem priuilegiũ, quod spolium, vide Dec. cons. 44. nu. 6. & Paul. de Castr. cons. 91. col. pen. incip. in nomine domini, & addas ad materiam, vltra Proposit. supra allegatũ in d. cap. in nomine domini, Afflict. in Constitut. violentiarum. A B

An sufficiat semiplena probatio, vide Glos. in l. 2. §. si quis etiam, de Procurat. nam in iudicijs possessorijs sufficit semiplena probatio, & constare de iure agentis summatim per præsumptionẽ, per inditia, vel per probationem semiplenam, secundum Bart. in l. 2. C. vbi in rem actio, & in l. 1. C. Quor. bonor. & in l. Momentaneis, C. de legit. Matthes. not. 3. Ias. in l. Admonendi, ff. de iureiur. Item à sententia lata in spolio non potest appellari, l. 1. C. de Moment. possess. tamen si apparet esse iniqua, talis sententia non valet, secundum Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. Felyn. in cap. Dilectus, de Rescript. in 6. demùm considera. Et in materia l. si quis conditi̇onis loco, nota singulariter, quòd melius est habere remedium attentati, quàm agere possessorio recuperandæ, capit. Bonæ memoriæ, extra de appellat. & ibi Felyn. Sed quæro, An hoc Capitulum habeat locum, quando à iure est prohibitum Iuditium, nam iuris est, quòd filius non potest consequi legitimã viuente patre, ponamus, quòd occupauit aliquam rem pro sua legitima, pater recuperauit rem, An procedat spolium, Dic quòd non, secundum D. Ias. in l. filium quem 9. colum. C. Famil. hercisc. vbi dicit, quòd nulla est possessio, ergo nullum est spolium, & sic spoliatus, si contra ius petit se remitti, repellitur exceptione, vt per Bald. in tit. de pac. Constant. Innoc. in cap. 1. de filijs presbiter. nam, qui expressè iniustum petit, ineptè agit, cap. 1. de offic. Vicarij. C D E

CAP. CXXXVII.

Vide Alex. in Addit. ad Bart. in l. vir bonus, ff. iudicat. solui. qui enumerat quam plures exceptiones impedientes litis ingressum. Nota, quòd oppositiones ad litis ingressum debent nominari exceptiones expressè, & non verbis generalibus, vt in cap. Pastoralis, iuncta Glos. in verb. protestatur, extra de exceptionib.

CAP. CXLI.

Nota, quòd testes de auditu probant plenè, argum. eorum, quæ not. in clem. 2. de testibus facit cap. Quæ fit, de excessib. prælator. & notatur per Innoc. de elect. cap. per inquisitionem, & de Iudic. cap. At si clerici.

CAP. CXLII.

Hoc verum, tamen, si nihil constat, non debet carcerari, secũdũ Iac. Butr. & Bald. in l. 2. C. de exhibend. reis. Item fallit in casu, quando accusatus præstat de parendo sententiæ, nam est in arbitrio iudicis carcerare, vel non, vide Bald. & DD. in l. fin. ff. de ferijs, facit l. fin. de Adulter.

CAP. CXLIV.

Ad declarationem huius Capituli vide Bart. in l. vnius, § 1. ff. de quæstionib. iuncta declaratione Salyc. in l. fin. col. fin. in princ. C. de quæstionib. & Hyppol. de Marsil. in l. 1. §. fin. col. 2. versic. scias tamen vnum, ff. eod.

CAP. CXLV.

Nota, quòd in causis arduis, vel magnis non defectur iuramentum in supplementum probationis, Glos. in l. in bonæ fidei, C. de Iureiurand.

CAP. CXLVI.

Ad intelligentiam huius Capituli vide Capitula Regni Regis Alphonsi, incipientia, Item, & che de cetero. Item, supplica. Et Capitulum Regis Ferdinandi, incipiens, Item supplica la prefata Maestà.

CAP. CXLIX.

Ad intelligentiam istius Capituli, vide Bart. in l. 1. col. 3. ff. de Public. iudic. & Capitulũ Regis Iacobi 25. Incip. contra certam, & specialem personam.

Ibi *Quorum interest*. An possit opponi exceptio ad litis Ingressum, Dic quòd de iure sic, l. Non ignorat, C. Qui accus. non

non poss. sed per Constitut. Regni, Incip. exceptionem, de lit. contest. non retard. non potest, sed per istud capitulum Ritus apparet quòd sic, nisi istud Capitulum intelligas secundum dictã Constitutionẽ.

CAP. CLIII.

AD materiam huius Capituli, vide Constitut. Si quis in posterum, de defens. Impos.

CAP. CLIV.

QVid, si fuit promissum interesse, vide Bald. in l. cum allegas, C. de vsuris, Alex. in l. Non dubium, C. de Legib. & vide ad intellectum huius Capituli, in l. si manifestus, & ibi Bart. ff. de furtis.

CAP. CLVIII.

AD materiam huius Capituli, vide Alexand. in l. Possidere, §. Neratius, ff. de acquirend. possess. vbi vide de istis verbis, inuentus, & captus.

CAP. CLIX.

NOta, quòd si aliquis post bannum comparet sexagesimo primo die, dicitur infra duos menses se presentare, l. vbi lex, ff. de reg. Iuris, & vide ad materiam notata per Bart. in l. absentem, ff. de pœnis, & per DD. in l. absentem. C. de Accusat.

CAP. CLXII.

ET intelligas istud Capitulum secundum Capitulum Regis Alphonsi, num. 476.

CAP. CLXV.

AD materiam huius Capituli, vide Capitulum Regni 142.

CAP. CLXVI.

IBi *Secundum formam iuris ciuilis*. Vt l. Lex Cornelia, ff. de iniurijs, & per Bart. & Alios in l. fin. ff. de priuat. delict. & l. 1. & 2. ff. de iniurijs.

A

CAP. CLXXVII.

IBi *Secundum Regni Constitutiones*. Vt Constitut. Sancimus, de offic. Magistr. Iustit. & ibi per Isern.

CAP. CLXXXIII.

NOta, quòd tempus exercendæ, & finiendæ appellationis est annus, & ex causa impedito est biennium, quo elapso prima sentententia transit in rem iu-
B dicatam, & si appellans vult, absente aduersario, pronuntiari facere, vt sententia prima confirmetur, debet comparere vltimo mense, & facere citari aduersarium, Iudex verò sententiam confirmabit, & absentem semper in expensis condemnabit, Auth. ei qui semel, C. de tẽpor. appellat. Et nota, quòd pendente compromisso, instantia appellationis nõ labitur, l. si tamen, C. eod. Nota etiam, quòd si stat per Principem, non currit tempus appellationis, Auth. Sed his, C.
C eod. sic etiam si stat per iudicem appellationis, nou currunt fatalia, Auth. Si appellatione, C. eod. Aduertas etiam, quòd vtraque pars potest in causa appellationis non allegatum in primo, & principali Iuditio allegare, & non probatum probare, dummodo sit de eadem causa, & non de alia causa, & alia re, l. per hanc, cum Glos. C. de tempor. appellat. & extra de testib. cap. Fraternitatis, & de Fide Instrumentorum, cap. cum Ioannes, & not. 3. q. 3. Canon. Induciæ accusatis.
D Sed per Constitut. Iurisperitorum, de Probat. in appellatione corriguntur prædicta iura, nam in appellatione, non probatum in causa principali, nõ potest probari per testes, sed per instrumenta potest fieri probatio, quia cessat timor subornationis, & vide etiam Constitut. appellationum tempora, de appellat. & ibi Isern. Et d. Constitut. Iurisperitorum.

CAP. CLXXXIX

E AD materiam huius Capituli, vide Alex. cons. 31. num. 5. vol. 6. & cons. 39. num. 8.

CAP. CXC.

VIde etiam ad materiam huius Capituli Capitulum Regis Ferdinandi, num. 10. cart. 197.

Finis Ritus Excellentis Domini V. I. D. Federici Lęti.

APOSTIL-

APOSTILLAE

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS
DOMINI FRANCISCI ALFONSI
SVPER CAPITVLIS XCVII. & CLXXVI.
RITVS REGNI SICILIÆ.

CAP. XCVII.

QVID, si citatus non vult comparere, vide Bald. in l. Qui legati. C. Qu. in possess. legat. Et quid si non seruatur ista missio, sed procedatur ad diffinitiuam, an valeat processus, vide Alex. conf. 2. nu. 9. & 10. præsertim in versic. debuisset igitur, vol. 3. Et nunquid iste terminus anni possit restringi, vide Abb. in Capit. Quoniam frequenter, & ibi Barbat. vt lit. non contest. vbi tenent quòd sic. Et nunquid possit prorogari, vide Roman. singul. 409.

Quæro in terminis istius Capituli An contra absentem ex iusta, & probabili causa possit procedi ad missionẽ in pos- A sessionem causa reiseruandæ ex primo decreto, & dato quod posset, an postea comparens recuperet tenutam non refectis expensis. Dic quòd sic, Alex. in l. De die, §. tutor, ff. Qui satisd. cogant. Arno. in suis comment. 147. Et quid de bannito, vel excommunicato, vide eumdem Arnon. in Comment. 149. Et numquid iste missus in possessionem lucretur fructus, vide DD. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & Franc. Marc. Decis. 194. num. 2. B

CAP. CLXXVI.

SIc de iure communi debent dari Aduocati istis miserabilibus personis, l. Ne quicquam, §. fin. ff. de offic. Proconsul. & legat. & iudices nihil capere debent pro factis istarum personarum, secundum Arnon. in Comment. 30.

Finis V. I. D. Domini Francisci Alfonsi.

APOSTIL-

APOSTILLAE

EXIMII VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS

IO. PHILIPPI DE PATERNIONE

SVPER RITV REGNI SICILIAE.

CAP. CLV. A

NOTA quòd non sufficit quòd quis fuerit visus, sed quòd sit captus cum armis, vt voluit Barthol. in l. 1. num. 15. ff. de acquirend. possess. & ibi Alex. nu. 77. & Socc. in l. 1. ff. quod quisque Iuris, & pro hoc vide Glossam in Constit. si quis aliquem, vbi Isern. & Afflict. in col. vlt. de apport. illic. armor. & hoc, quod dicit hoc capitulum, quòd pęna apportationis armorum confunditur cum delicto insulti, facit, quòd si post insultum sequatur aliquod maleficium punibile, vbi esset maior pęna, quàm de insultu, tunc non punitur de insultu, sed pęna insultus cōfunditur cum pęna vulneris, l. quod crimen, vbi Glos. & Cyn. C. de Accusationib. Angel. de Malef. in verb. fecerunt insultum, vbi ponit, quid Iuris quando ex statuto maior pęna imponeretur pro insultu quàm pro vulnere.

CAP. CLIX.

IBi *Bannitur*. Nota, quòd si hoc Bannum fieret die feriata, erit nullum, Bal. in l. fin. C. de ferijs Nota, quod accusans aliquem de percussione cum effusione sanguinis, si probat de percussione, & non de sanguine, an accusatus veniat absoluendus, vide Alex. cons. 122. nu. 13. volum. 1.

B Ibi *Ad sententiam foriudicationis*. De sollemnitatibus sententiæ foriudicationis, vide Grammat. in suo cons. impresso post suas Decisiones, & quæ impediāt dictam sententiam, & ex quibus declaretur nulla, vide Foller. in sua Pract. criminal. cart. 84. & seq.

Ibi *In carceribus se defendat*. In quibus casibus quis in carceribus se debet defendere, & in quibus casibus non, vide Foller. in sua Pract. criminal. fol. 94. cum seq.

C Ibi *Purgato Banno*. Quid si aliquis pro eodem delicto fuerit pluries bannitus an sit necesse propter purgationem banni soluere tot iura, quot sunt banna, an verò sufficit vnum, vide Bart. & Additt. ad eum in l. de Pupillo, §. si pluribus, ff. de Nou. oper. nuntiat. & ibi Ias.

Ibi *Infra duos menses*. Nam post duos menses venit publicanda tertia pars bonorum mobilium. Sed quæro, quid in bonis quæsitis post bannum, an veniant publicanda, Dic quòd non, l. si mandauero, §. Sanus, ff. Mandat. l. si is, cui, §. 1. ff. de Testib. & ponderatur in l. 2. C. eod. Bart. in l. certa forma, C. de iur. fisci, lib. 10. Bald. in l. fin. & ibi per Glos. C. Quæ res pignor. obligar. poss. Alex. cons. 15. in finalibus verbis, vol. 1.

CAP. CLXIII.

IBi *Se presentauerit*. Quomodo intelligatur quis se presentare, & quomodo debeat esse ista præsentatio, vide Abb. in capit. cum parati, 1. col. versicul. Item nota, de appellationib.

CAP. CLXV.

IBi *Toties quoties*. Ista clausula operatur, quòd licèt aliàs fideiussor de presentando reum, liberetur lata sententia in fauorem Rei, vt per Paul. de Castr. in l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cogant. tamen limitatur quando esset facta cū ista clausula, quia tunc non liberatur, etiam lata sententia, ita Bart. in l. 3. col. fin. de Custod. reor. Idem quando fideiussor promisisset representare reum quādocunque ita Ias. in d. l. 2. §. fin. in 3. col. 2. limitat. & eodem modo limita, nisi ante sententiam fuisset commissa stipulatio, Idem Ias. in d. l. 2. §. fin. in prima limitation. & est tex. in l. Sancimus, §. fin. C. de fideiussor. Alex. in l. si is qui reum, ff. de custod. reor. & in l. Grecè, De fideiuss.

CAP. CLXVI.

IBi *Sine raptu*. Quid si primò fuit accusatus de stupro, vel vulnere, non facta mentione de alia qualitate, vel violentia, & Reus sit punitus, & postea appareat de illa qualitate cicatricis, vel violentię, an iterū puniri debeat in eo pluri, in quo non fuit punitus, & quòd non, faciebat regula illa, quæ vult quòd nō debet quis de eodem delicto sępius puniri, Bart. in l. si vt certo §. si duobus vehiculum, col. 6. ff. commodat. & in l. Senatus censuit, ff. de Acccusation.

Et an probationes, factæ contra accusatum de vulnere, preiudicent accusato, si moriatur, & sit accusatus de morte sequuta ex dicto vulnere, Dic quòd non, Glos. singul. in l. fin. C. Si Reus, vel Act. super verb. ab esse, & vide Hypolit. in Pract. crimin. §. quoniam, vers. item teneas menti.

Et quid, si facta est accusatio de vulnere, & ex illo sequatur mors, vtrum sequatur condemnatio ex dicta instantia, & sic vtrum Instantia transeat de vna in aliam, vide Socc. in tract. de iudic. 13. col. in 13. quæst. principal.

CAP. CLXXXIII.

IBi *Totum restans*. Quid, si deficeret in duobus, vel tribus obolis in solutione, an per hoc appellatio declaretur deserta, vide Ias. in Auth. Qui rem, C. de Sacrosanct. Eccles.

Ibi *Sollicitare dictum Magistrum Notarium*. Apparet per istum Ritum, quòd appellans per solā traditionem pecuniæ pro copia processus nō dicatur diligens, quin ad huc non currant tempora introductionis appellationis, quia, vltra hoc, vult iste Ritus, quòd teneatur sollicitare pro copia, pro quo vide Alex. cons. 18. in 2. dub. vol. 1. pro hoc facit, quia appellans in prosequutione causæ suæ appellationis, debet summa ope niti, vt dicit tex. in l. fin. §. illud, de Temporib. appell. vide Angel. cons. 126. & Alexan. in preallegat. cons. 18.

Ibi *Infra 50. dies*. Dic quòd isti 50. dies currunt de momento ad momentum, ita firmat Glos. in Constitut. Appellationū tempora, & ibi vide Isern. & Afflict. Quid si processus esset presentatus defectiuus, & non fuerit reintegratus infra terminum, infra quem debeat presentari, an appellatio habeatur pro deserta, Dic quòd sic, Afflict. in d. Constitut. Appellationum tempora, 2. col.

Ibi *Vt exinde*. Et sic terminus 50. dierum non est statutus, & prefixus ad presentandum processum, ita quòd possit præsentari post 50. dies, sed quia per Ritum terminus prædictus ad præsentandū processum Iudici ad quem, non est determinatus, neque taxatus, & debet à Iudice arbitrari, & taxari, l. 1. ff. de iur. deliberand. vbi Bart. Abb. in cap. Non nulli, de rescript. & debet arbitrari pro loci, & temporis distantia vbi degit ad quem est appellatum, & temporis conditione, & qualitate causæ, secundum quod dicit textus in capit. Cordi, §. 1. de Appellat. & in Constitut. Appellationum tempora, vbi Afflict. colum. 5.

Ibi

Ibi *Iusto impedimento*. Dic tamen quòd allegans impedimẽtum debet probare quòd perfecisset, nisi impedimẽtum superuenisset, l. Qui commeatus, vbi Alex.in Addit. ff. de re milit. & tex. & ibi Bart. in l. Quibus diebus, ff. de Condit. & demonstrat.& idem Bart.in Auth. Itẽ si appellatione, C. de Temporib. appellat. & est tex. vbi Canonistæ, maximè Dec. in cap. ex transmissa, de Præscript.

Ibi *Item Appellans*. Et sic immediatè presentato processu debet appellans impetrare literas de præsentatione processus cum clausula de citanda parte,& non sufficit presentare processum, pro hoc vide tex. in Constitut. Appellationum tẽporis, vbi Afflict. in 10. not. vbi ex illo textu notat, quòd appellans duo debet de necessitate facere, scilicet presentare processum Iudici ad quem, & instare coram Iudice vt faciat citari partẽ oppositam, & si vnum ex his defecerit, appellatio habetur pro deserta, nisi allegaretur aliquod impedimentum de illis, quæ tan-

A guntur per DD. in capit. ex ratione, De appellationib. quia debet facere, & adimplere quæ sunt de substãtia actus, aliàs omisso vno de requisitis, actus corruit, l. cum si, §. Prætor, ff. de Transact. faciunt ad hoc allegata per Glos.penult. in d.Constitut.& ex forma Ritus ista videntur esse de substantia, quia Ritus huius Regni in omnibus, quæ disponit, procedit per modum regulæ, & sic cùm Ritus requirat quod copietur processus infra 50. dies,& proinde presentetur iudici ad

B quem,& constituat Aduocatum, & Procuratorem, & capiat literas de introducendo, si aliter fit, habebitur pro deserta, quia hæc omnia debent successiuè expediri, aliàs appellatio, vt dixi, habetur pro deserta, cùm tempora appellationis currant de momento ad momentum, vt firmat Glos. & Afflict. in 4. not. in Constitut. Appellationum tempora, & hoc apertè voluit tex.in d. Constitut. in fine, in verb.nec instanter instet, & ibi Afflict. in 11. not.

Finis Ritus Eximij V. I. D. Domini Io. Philippi De Paternione.

APOSTILLAE

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS

DOMINI IACOBI DE CHIRCO

SVPER CAPITVLIS CXXXIX. & CXL.

RITVS REGNI SICILIÆ.

CAP. CXXXIX.

IBI *Non appellatur*. Dicitur tamẽ de nullitate, vt tenet Abb. in cõſ.55.in 2.volum. Quid ſi in cauſa poteſt procedi extraordinariè,& tamen proceditur ordinariè, an ſententia ſit nulla,vide Felyn.in cap.examinata, col. antepen. de Iudit. & ſi quis poteſt ſummariè procedere,& incipit ordinariè poteſt reliquum proceſſum ſummariè expedire, quia non videtur priuilegio ſuo renuntiare, Bald.in l.3. de Milit. teſtam. Gloſ. in clement. ſæpe, §.fin. verſ. partibus,de verbor.ſignificat. Abb. in capit. Quoniam, col. fin. de Probat. Roman. conſ. 133.

CAP. CXL.

IBi *Cùm de ſui natura*. Et ratio eſſe poteſt, quia per pactum, vel conuentionem partium non poteſt ordini Iudiciario derogari, Gloſ. in cap. de cauſis, de offic. delegat. Et ratio rationis eſt, quia Ritus conſiderat naturam cauſæ,an ſit appellabilis, & propterea, ſi in cauſa deſui natura ſummaria procedatur ordinariè, non appellatur, & multò magis ſi eſſet cauſa miſerabilis perſonæ,quia nõ videtur renuntiare priuilegio ſuo ratione miſerabilitatis, Gloſ. & Cyn. in l.1. C.

A Quand.Imperat. inter pupill. & viduam. & ita iudicatum fuit pro Comite Sinopolis, & vide quæ tradit Anchar. conſ.78. prope finem.

Quid ſi cauſa agitur cum vidua, vel pupillo,vel alia perſona priuilegiata, quo caſu cauſa dicitur ſummaria, & non appellabilis, quando perſona priuilegiata obtinet, an procedat etiam quando ſuccumbit, Dic quòd vtroque caſu pro quo vide Butr. in conſ. relato per Bald. Nouell. de dot. part.6. col.6.

B Quid, ſi concurrat pupillus, & Maior, quo caſu quò ad pupillum cauſa non eſt appellabilis, ſed quò ad Maiorem ſic, & cauſæ ambæ ſunt complicitę, & lata eſt ſententia ſuper vtroque, an licebit ſuper vtroque appellare, facit quòd ſic, per id quod dicit Bald. conſ.141. col.vlt.vol.1. nouiter Impreſſ.

Sed quæro, An ſi pupillus conueniatur à vidua, an cauſa ſit appellabilis, videtur quòd non, quia vtraque eſt ſummaria,in contrariam facit,quia hoc quòd

C cauſa nõ ſit appellabilis eſt introductum in fauorem ipſorum, ergo non debet in eorum odium retorqueri, l. quod fauore,C.de legib.Item quòd cauſæ pupillorum, & viduarum ſint ſummariæ, eſt introductum in eorũ fauorem, ergo,&c. & licèt vidua ſit actrix, & pupillus conuentus, & ambo ſint priuilegiati, debet tamen potius faueri miſerabil conuento, ita dicit Andr. in Conſtitut. ſtatuimus, ideò in concurſu priuilegiorum in dubio iudicatur appellabilis.

Finis Ritus V.I.D. Domini Iacobi de Chirco.

ADDIT

ADDITTIONES

SVPER RITV REGNI SICILIAE

DOMINI FRANCISCI DE PODIO

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS CELEBERRIMI.

AD PROHEMIVM.

ADDE, quòd cùm iste Ritus sit ordinatus à Principe tamquã inductus pro forma, ad vnguem seruari debet, & si non seruatur, processus erit nullus, nulla habita distinctione ordinis vnius ad alium, quia sollemnitas à statuto inducta si omictitur, vitiatur actus, Felyn. in capit. Quoniam contra, col. 5. vers. si statutum, Vt lit. non contestat. Dec. cons. 802. & plenè per Vant. in tract. de Nullit. in titul. de nullit. ex defect. processus, n. 54. cum seqq. & vide quoque Felyn. in capit. cũ dilecta, de Rescript. vbi adducit plura pro ista opinione.

Adde etiã, quòd in quantum Boniorn. hic in princ. dicit, quòd omnes causæ in Regno sunt ordine iuditiario prosequendæ, quòd hodiè in Regno omnes causæ sunt summariæ, & de plano, & sine strepitu, & figura iuditij, per Pragmat. Regis Philippi, çditam in Regno die 27. Augusti, 3. Indit. 1576. & est vltima in volumine Pragmaticarum impressarum.

Et an liget Ritus iste clericos, vt eum teneantur seruare, vide DD. in l. cunctos populos, C. de Summa Trinitat. & fid. A Cathol. quẽ examinat plenè Felyn. quem omnino videas in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 81. cum pluribus seqq. de Constitut. & vide quæ voluit Abb. in capit. fin. prope finem, de Solution.. Additt. ad Roman. singul. 442. Marsil. singul. 453. & Arn. soliloq. 87. in quibus locis videntur sentire, quòd quatenus cõtineat fauorem clericorum valeat, sed tu videas Felyn. vt dixi, & vide plenissimè per Rebuff. in prohem. Constitut. Ritus Franc. Gloss. 1. nu. 55. cum pluribus seqq. B & præsertim nu. 63. vbi tractat hanc materiam.

CAP. XCVI.

Nota, quod cũ isto textu, quod citatio est initium Iuditij, & ab ea incipit, concordat textus in §. fin. Institut. de pœn. temer. litig. & ibi notat Aret. & est Glossa in Rubric. C. de in ius vocand. Marant. in suo Specul. part. 6. vers. rectè concipiatur citatio, in princ. & Lanfranc. in sua Pract. in verb. citationes, in C princ.

Ibi *Iuditiorum*. De multiplici istius vocabuli significatione, vide plenè per Marant. in suo Specul. par. 1. per tot. & ideo dixit iuditiorum in plurali, quia reperiuntur-

periuntur plures ſpecies iuditiorum, de quibus eſt videre Marant. in d. ſuo Specul. in 4 parte per totum, vbi ponit circa viginti ſpecies iuditiorum,

Ibi *Ritu*. Ideſt ſollemnitate ordinis iudiciarij, ita Iaſ. in l. Iuſtè poſſidet, n.6. ff. de acquirend. poſſeſſion. & de dictione Ritè, vide tex. & ibi DD. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. & de differentia inter illam dictionē Ritè, & Rectè, vide Gloſſam, & DD. in l. Iuſtè poſſidet, ſupra allegatam, maximè Alex. & Iaſ. n. 6. & ibi illam inducunt ad plures quæſtiones, quas ibi vide. Et an omiſſio iſtius ſollemnitatis faciat ſententiam nullam, vide DD. in d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. Vant. de Nullit. ex defect. proceſſ. nu. 54. & ſeq. & vide ea, quæ dixi ſupra in Rubrica.

Ibi *A citatione*. Quia iuditium incipit à citatione vt ſupra dixi, ſecus eſt in inſtātia, quia incipit à litis conteſtatione l. 1. & ibi Gloſ. C. de Iudit. & l. fin. §. illud, C. de temporib. appellat. Marant. in ſuo Specul. part. 5. n. 3. vbi dicit communiorem, & vide ibi plures quæſtiones facientes ad materiam, & ibi etiam, quid in cauſis, vbi lis non conteſtatur, & vide Petr. de Greg. de Iudit. cauſ. feud. quæſt. 43.

Quæro, vtrum quis debeat citari perſonaliter, vel ad domum, vide DD. in l. 4. §. Prætor, ff. de damn. infect. magis communiter tenent cum Bart. & Alex. ibi, quòd prius debet citari perſonaliter, & ſi non reperitur, poteſt citari ad domū, per textum in l. Aut qui aliter, §. & ſi fortè, ff. Quod vi aut clam, cap. cauſam quę, de dol. & contum.

Et quomodo dicatur quis reperiri, vide Alexand. in d. §. Prætor, qui dicit, quòd debet Nuntius eum perquirere per ciuitatem, ſed vide diſtinctionem, quam facit Lanfranc. in ſua Pract. in verb. citationes, nu. 5. & ibi videas plures quæſtiones in materia citationis, & vide Marant. in ſuo Specul. in 6. part. verſ. & rectè cōcipiatur citatio, per tot. Afflict. in Cōſt. ędictorum, §. 1. & Socc. in tract. de citat. art. 17. nu. 22. cum pluribus ſeqq. & Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 9. Gloſ. 2. per tot. Et quid ſi aliquis ſit præſens in iuditio, an debeat citari, vide DD. vbi ſupra, & Gabr. ſub tit. de citat. cōcl. 1. nu. 396. vſque ad num. 402.

Sed nunquid vir poſſit citari pro vxore, & vxor pro marito, vide text. in d. l. Aut qui aliter, §. ſed, & ſi ſeruius, & ibi Gloſ. Bart. & DD. ff. Quod vi aut clam, Iaſ. in l. fin. nu. 130. C. de iure emphiteot.

A & DD. & præcipuè Iaſ. in l. Maritus, C. de procuratorib. Bart. in l. non ſolum, §. morte, nu. 28. verſ. item apparet, ff. de nou. oper. nunt. Guid. Pap. Deciſ. 445.

Et in quantum ſupra dictum eſt, quòd citatio eſt principium iuditij, hinc quæro, an poſſit dari aliquod Iuditium, vbi non requiratur citatio, & Io. Fab. in § fin. nu. 6. Inſtitut. de pęn. tem. litigant. dicit quod ſic, quem refert, & ſequitur ibi Angel. & exempla vide ibi per Io. Fabr. & vbi non requiritur citatio, vide etiā Hyp- B pol. de Marſil. in l. de vnoquoque, ff. de re iudicat. & plenè per Gabr. in ſuis concluſionibus ſub d. tit. de citat. concl. 1. à num. 245. vſque ad finem, vbi ponit 131. caſus, vbi non requiritur citatio, quos per te videre poteris.

Ibi *Literę citatoria*. De citatione ad literas, vide Marant. in ſuo Specul. in verb. rectè concipiatur citatio, nu. 73. & an iſti 40. dies currant à diæ datæ, vel quando, & an dentur alij dies 40. pro literis reſponſalibus, & quādo iſti currant, C vide Petr. de Greg. de iudit. cauſ. feudal. quæſt. 11. verſ. aduertendum, Corſett. in ſuis quæſtionibus Forenſib. quæſt. prima.

CAP. XCVII.

IBi *Peremptorio elapſo*. Nota quòd l. Ad peremptorium, cum ll. ſeqq. in Regno corrigitur per Cōſtit. ędictorum, ſub titul. de liter. citat. lib. 1. vbi diſponitur, quod fiat vna citatio cum peremptorio, vt ibi per Gloſ. Iſern. & Afflict. vbi ponit multas quæſtiones, ſed hodiè, ex- D quò omnes cauſæ ſunt ſummariæ, de plano, &c. iuxta formam nouæ Pragmaticæ, in citatione non requiritur amplius peremptorium, Marant in ſuo Specul. in 6. part. in verb. rectè concipiatur citatio, nu. 22. verſ. hodie tamen, qui allegat Angel. in l. Ad peremptorium, ff. de Iudit. Lanfranc. in ſua Prax. in verb. citationes, nu. 14.

Sed quæro, quid ſi aliquis infra annum voluit recuperare poſſeſſionem, & ſoluere expenſas, ſed aliquibus cauſis impe- E ditus, lapſus eſt annus, an admittatur etiam poſt annum ad recuperandum poſſeſſionem, vide textum, & ibi DD. in capit. 2. de eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand, vbi diſponitur quod ſic. Sed nunquid actor poſſit cogere reum, vt poſſeſſionem recuperet, & litem conteſtetur, quia vult procedere vlterius, Dic quod ſic, Bald. in Auth. ei qui iurat, nu. 4. C. de bon. auth. Iud. poſſid. & Roman. diſputat ad partes ſingul. 406.

Nunquid

Nunquid autem si citatus non est subditus iudici citanti, sed exemptus, an teneatur comparere ad allegẽdum suum priuilegium, vide Lanfranc. in sua Prax. in verb. citationes, nu. 12. & 13. qui allegat Angel. & Bald. in l. si quis aliena, ff. de Iudit. & ibi videas Alex. & eumdẽ in l. 2. ff. de Appellat. recip. & Felyn. in cap. cum ordinem, vers. ad allegandum, de Rescript. Ias. in l. 2. ff. si quis in Ius vocat. non ier. Et in quantum supra per Dom. Boniorn. fuit tactum, an citatio sine termino valeat, adde etiam, & vide Lanfranc. in d. verb. citationes, nu. 20. & ibi adde Marant. in suo Specul. in 6. par. in verb. rectè concipiatur citatio, nu. 65. & ibi Foller. in Addit. & vide Boer. Decis. 235. vbi adducit omnes Doct. pro vtraque parte, & in num. 3. videtur tenere opinionem Angel. scilicet, quòd valeat quò ad hoc, vt citatus mulctetur vt contumax, vide quoque Vant. in tit. de nullit. ex defect. citat. à num. 65. vsque ad num. 72. & in quantum Dom. Bonior. dicit, quòd ad docendum de debito, debet pars citari, quòd si deberetur per instrumentum publicum, an debeat pars citari, vide Marãt. in suo Specul. in verb. rectè concipiatur citatio nu. 11. allegat Angel. Imol. & Alexan. in l. si sic, ff. de Legat. 1. vide not. per Afflict. Decis. 326. & in quantum etiam D. Boniorn. tractat de licentia recedendi, vide Marant. vbi supra, in verb. aduertatur circa contumacias, nu. 37. & vide D. Petr. de Greg. de Iudit. caus. feud. q. 11. vers. si verò cõuentus. Et de citatione ad totam causam an valeat, vide Lanfranc. in sua Prax. in verb. citationes, nu. 24.

Quid, si citatus est citatus pro suo interesse, & non principaliter, an si non comparet, procedatur contra eum ad missionem, Dic quòd non, ita voluit Marant. in sua Prax. part. 6. vers. aduertatur circa cõtumatias, in fin. n. 38. Quid autem, si citatus sit contumax, & postea compareat, & refectis expensis recuperet possessionem, si habet declinatoriam fori an illã possit allegare, Dic quòd nõ, in pęnam eius contumaciæ, dixit Ang. & Imol. in l. si finita, §. item videamus, ff. de damn. infect. quos refert, et sequitur Marant. vbi supra, num. 27. Afflict. Decis. 133. vide Carauit. super Ritu Neapol. 205. nu. 4. vers. tertio intellige, dummodo talis contumax possit foro suo renuntiare, Afflict. in Constitut. Pęnam n. 9. de Pęn. contum.

Vltimò quæro, iste annus quando incipiat currere, à die citationis, vel à die primi decreti, Dic, quòd à die primi decreti, vt voluit Felyn. qui dicit hanc communem opinionem, in capit. consuluit, de offic. Delegat. & vide Bart. & Alios in l. cum proponas, C. de bon. auth. iud. possid.

A

CAP. XCVIII.

IBi *Causa*. Quando incipit causa, & quæ sit differentia inter litem, & causam, vide Marant. in suo Specul. part. 5. nu. 65. & DD. in l. causas, C. de Transact.

B

Ibi *Sex mensibus*. Quæro, quando incipiant currere isti sex menses, Dic, quòd à die vltimi actus facti in iuditio, ita Petr. de Greg. in tract. de Iud. caus. feud. q. 11. in fin. vbi videas practicã istius capituli.

CAP. XCIX.

IN quantum dicit Boniorn. hìc quærẽdo, an in executione sententiæ requiratur libellus, vide distinctionem, quam facit Marant. in suo Specul. part. 6. in 3. effectu circa executionem, nu. 8. & ibi vide plures quæstiones in materia executionis, & de istis modis procedendi hìc enumeratis, vide quæ tradit Petr. de Gregor. de Iud. caus. feud. quæst. 9. & Et nota, quòd de isto modo agendi via executiua tractatur in Ritu infra, à cap. 110. vsque ad capit. 131.

C

CAP. CI.

D

CIrca hoc capitulum quæro, an exceptio, quæ apparet ex eodem instrumento admictatur, vide dicta per Bart. in l. 1. §. & parui, ff. Quod vi aut clam, Foller. super Bulla in verb. quæ quidem executio, nu. 54. qui allegat tex. In l. veteres, in fine, ff. de itiner. actuq. priuat. Roman. cons. 42. Bald. in l. expredijs, C. de euiction. Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iudicat., & ea quæ notant DD. & precipuè Castrens. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. Bart. & DD. in l. si filius, ff. Quod cum eo, &c. Ant. de Canar. in tract. de exeq. instrum. nu. 19. & vide infra in capit. 112.

E

Et in quantum Dom. Boniorn. in hoc capitulo tangit de Instrumento deleto, an habeat executionem paratam, adde, tu etiam, quid si cãcellatio esset nulla, & facta à nõ habente potestatem, an instrumentum debeat exequi, Dic, quòd non, quia,

quia, cùm habeat vitium apparens, non potest exequi, sed prius debet excuti de cancellatione, vide Bart. in l. 1. §. fin. ff. de his quæ in testam. delent. Bald. in l. 1. nu. 12. C. vt in possess. legat. & in l. penult. nu. 13. de fideicõm. Paul. de Castr. in l. fin. C. de ędict. Diu. Adr. toll. n. 6. & in l. si vnus, C. de testam. n. 4. Alex. in l. fin. num. 17. & in d. l. si vnus, nu. 6. Ias. in d. l. fin. nu. 5. & 19. in 6. fall.

Et in quantum etiam Dom. Boniorn. loquitur de fisco, adde tu, & dic quòd etiam in collectis, & gabellis vniuersitatis proceditur executiuè, & ab executione, Marant. in suo Specul. part. 4. in verb. vt iudici mercatorum, in 9. distinct. nu. 182. & in 6. par. in verb. citatio, num. 6. Osasc. Decis. Pedamont. 86. vide Rebuff. super Constitution. Regni Franc. in tit. de liter. obligat. art. 11. Glos. 3. n. 19.

Et in quantum Dom. Boniorn. tangit, an instrumentum exequatur contra tertium, adde tu DD. in l. 1. §. si hæres, ff. Ad Senatusc. Trebell. Bald. in l. 1. C. comm. delegat. nu 6. & in l. 2. C. si aduers. credit. & ibi Salyc. Imol. in l. fin. C. Qu. appell. non sit, & in l. fin. §. fin. & ibi Bart. & Bald. & Salyc. ff. de contrah. emption. Rebuff. in d. tit. de liter. obligat. art. 2. Glos. 3. n. 63. Sed fallit Primò supradicta regula in cõtractibus Bullæ, quia propter priuilegium ipsius potest procedi contra tertium executiuo modo, etiam in instrumento non nominatum, ita in specie dictat Bulla, & Petr. de Greg. super ea, in tertio priuilegio, nu. 135. & ibi omnes Scribentes. Secundò fallit hæc regula stãte manus iniectione, nam potest procedi executiuè etiam contra tertium, tex. est, & ibi not. Bald. in l. Titius, ff. de Seru. exportand. DD. in l. creditores, C. de Pignorib. l. si quis sub hoc pacto, & ibi notat Bald. ff. de contrah. empt. & facit tex. in l. 1. ibi *vel qui successit in locum eius.* C. si seru. ea leg. &c. Et multa de manus iniectione vide per Bonior. infra Cap. 192. Tertiò, fallit, si in obligatione bonorũ fuit appositum cõstitutum, quia tunc procedi potest contra tertium remedio l. fin. C. de acquir. possess. ita voluit Marant. in suo Specul. in 6. part. in verb. aduertatur circa executionem, nu. 33. Aret. in §. si quis in fraudem, nu. 19. Institut. de Actionib. & de Constituto vide quæ voluit in isto casu Anchar. in quæst. 23. lib. 2. Caball. Mall. 80. n. 9. & Boer. Decis. 182. nu. 55. Natt. cons. 440. nu. 5.

A Sed quid, si iste tertius habuerit possessionem rei in litem deductæ lite pendente, & an ad huc vt tertius possit impedire executionem, vide Natt. cons. 401. Roll. à Vall. cons. 5. vol. 2. Osasc. Decis. Pedamont. 64. Lancel. de Attent. 11. part. cap. 4. nu. 464. Capic. Decis. 128. & Fan. de Pignorib. part. 3. membr. 2. num. 5. Et quid si sciuit litem motam, & nihil dixit, an possit postea impedire executionem, vide Bald. in l. ob Maritorũ, C. Ne vxor pro marit. Foller. super Bull.

B in verb. tamquam res iudicatas, nu. 11. Anchar. cons. 333. Rip. in l. 1. §. si hæres, nu. 21. ff Ad Senatus. Trebell. Bald. in l. si fine, C. Ad Senatus. Vell. & Bellam. Decis. 11.

In quantum Dom. Boniorn. quærit de obligatione subintellecta in instrumẽto, an mandetur executioni, adde tu Bart. in l. si duo patroni, §. Marcellus, ff. de iur. iurand. Bald. in l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. & in l. vbi adhuc in 4. col. vers. aduerte, C. de iur. dot. Roder.

C Suar. in l. Post rem iudicatam, in declaratione l. Regni, in §. Secundò extende, ff. de re iudicat. Ias. in l. certi condictio, nu. 19. 20. & 21. ff. si cert. petat. Felyn. in cap. Translato, nu. 34. & seq. de Constitut.

Et in quantum Dom. Boniorn. quærit de tacita reconductione, an habeat executionem paratam, vide tu Bald. in l. Legem, C. Locat. Alex. cons. 28. lib. 4. Afflict. Decis. 365. nu. 14. & 15. propè finẽ, Ant. de Canar. in Tract. de exequ. in-

D strum. nu. 82. Rebuff. in tit. de liter. obligat. art. 2. Glos. 1. nu. 91.

Sed nunquid contra instrumentum guarentigiatum possit opponi exceptio administratæ tutelę à matre in repetitione eius dotis, vel opponi compensatio, vide Dec. cons. 349. Bero. cons. 36. vol. 2. Rol. cons. 17. vol. 4. Fan. de Pignorib. parte 5. membr. 1. nu. 37. Caualc. de tutor. num. 114. 115. & 126. Benint. Decis. 90.

Et de subaudita, & subintellecta obli-

E gatione instrumenti, præsertim in dote, quòd executioni mandetur tanquam expressa, voluerunt, Gram. Decis. 103. n. 15. Ant. de Canar. in tract. de exequ. instrum. nu. 64. Rebuff. super Constitut. Regni Franc. in tit. de liter. obligat. art. 2. Glos. 1. nu. 27. cum pluribus seqq. vbi etiam in mutuo, si non esset promissio de restituẽdo. Et quòd dicatur instrumentum publicum, vide Anton. de Canar. in tract. de exequu. instrument. num. 37. & de

hac

hac materia instrumenti publici, vide Couarr. lib. 2. Variar. resolut. cap. 11.

CAP. CII.

Ibi *Instrumentis mutui*. Quæro de iure communi, an sit dare contractus, qui habeant executionem, & Dic, quòd reperiuntur multi contractus, & primò testamentum de iure cōmuni habet executionem paratam, ita volunt DD. communiter in l. ait Prætor, §. si Iudex, ff. de re iudicat. Corn. consi. 182. vol. 4. Angel. in Authent. De hæredib. & falcid.
B §. illud, in verb. decreto. Secundò compotum finale inter partes, Bart. in l. 2. col. pen. C. de iur. fisc. lib. 10. Boer. decis. 295. Tertiò obligatio penes acta, Glos. in l. Generaliter, C. de Episc. & Cleric. Alex. in l. cum pro quo, ff. de in ius vocand. Afflict. Decis. 387. nu. 5. & Decis. 30. nu. 3. Quartò confessio Iuditialis, l. vnic. C. de confess. l. Post rem iudicatam, & ibi Suar. in sua repetit. ff. de re iudicat. & vide infra capit. 114. Quin-
C tò omne instrumentum, quod esset iuratum, vbi partes iurauerunt contenta in instrumēto obseruare, nam iuramentum habet exequutionem paratam, Bart. in l. 2. ff. de iur. iurand. DD. in l. Prætor ait, §. si iudex, ff. de re iudicat. & in l. post rem iudicatam eod. tit. & ibi Castrens. & plenè Rebuff. in titul. de liter. obligat. art. 6. Glos. 3. nu. 8. vbi hæc, & plura alia adducit.

Ibi *Depositi*. Adde, quòd hoc etiam erat de iure communi, nam depositum
D habet executionem paratam, DD. in l. pen. C. depositi, Mathesil. not. 5. Roman. cons. 174. Rebuff. vbi supra, nu. 16. qui plura adducit.

Ibi *De Inuentarijs*. An inuentarium habeat executionē paratam pro rebus liquidis in inuentario ante redditam administrationem, adeò vt tutor possit cogi executiue illas soluere, videtur quod non, nam ante redditam administrationē non potest cognosci an tutor sit debitor
E in illis rebus, quia posset esse, quòd reddita administratione, tutor remaneret creditor, vt voluit Alex. cons. 192. vol. 7. Crauett. cons. 231 nu. 16. & 275. nu. 13. & plures alij, quos allegat Caualc. de tutor. nu. 214. Contrarium tamen voluit Socc. cons. 42. col. 2. vol. 1. & hanc Socc. opinionem, magis communem dicit Benintend. Decis. Bonon. 90. Has opiniones refert, & concordat Caualc. ibi nu. 216. cum seqq. & suam opinionem procedere, Primò quando tutor iurasset illas restituere, quia ratione iuramenti cogitur precisè res restituere, allegat Afflict. Decis. 381. Roland. cons. 6. nu. 32. vol. 1. & Pedam. Decis. 92. Secundò procedere, si tutor non possit breui tempore cōpotum reddere, & liquidare creditum, & debitum scilicet infra tempus executionis, & primam opinionem procedere, si tutor posset breui tempore liquidare eius creditū, quia tunc non fieret executio, allegat Corn. cons. 223. vol. 2. & Alex. cons. 99. vol. 3. & Alios, quos videre poteris.

Ibi *Spatio ipsorum decem annorum*. Quid, si creditor infra decem annos petierit debitum, an interrumpatur prescriptio, & vsque ad quod tempus, vide Bart. & DD. in l. cum notissimi, C. de Præscript. 30. vel 40. annor. Bald. & Alex. in l. si seruum, §. sequitur, ff. de verb. oblig. Bart. Alex. & DD. in l. edicto, ff. de eo per quem fact. Et quomodo post decennium possit peti istud debitum, vide Ant. de Canar. in tract. exequ. instrum. n. 95. & vide infra in cap. 11. & in cap. 132.

Et in quantum Dom. Bonior. hic quærit de contractu vsurario, adde tu, quòd etiā si vsura appareat ex facie cōtractus, nihilominus si debitor iurauerit soluere, ratione iuramenti tenetur soluere, & deinde potest solutum repetere, tex. est, & ibi omnes Canonist. in cap. Debitores, De iur. iurand. & adde ea, quæ voluit Rebuff. in tract. de liter. obligat. art. 2. Glos. 1. nu. 22. vbi dicit, quòd procedit executio, nisi vsura appareret ex facie ipsius contractus, allegat Abb. in cap. cum olim, col. 2. De censib. & Barbat. in cap. si diligenti, col. 6. de foro competent.

Adde, quòd ex immissione primi decreti interrumpitur decennium statutarium, Bart. in cons. 36. Incip. statutum Ciuitatis, & ipsum intellige, quòd perpetuatur per aliud decennium, secundū Paul. de Castr. in l. si finita, §. cum tamē, nu. 7. in fin. & per Apostill. ibi, in litera, A, & vide Bero. cons. 111. nu. 24. lib. 3.

Et in quantum Dom. Boniorn. tangit de eo, qui promisiste obligare, vide tu etiam Alex. & Ias. in l. si cum fundus, §. seruum tuum, ff. si cert. petat. Afflict. Decis. 71. Crauett. de commun. opinion. cons. 6. lib. 1. Bursatt. cons. 100. nu. 11.

CAP. CIII.

Ibi *Probata morte, & successione*. Quomodo probetur mors, vide Lāfranc. in sua Prax. in verb. testium depositiones,

nu.185. Corsett. sing. 161. super verb. Mors, Boer. Decis. 288. Bart. in l. Qui quidem, ff. solut. matrimon. Hercul. de Negatiu. in mod.43. prob. negatiu. Hypolit. Riminald. cons.64. lib.1. & de Successione, vide DD. in l. Gerit, ff. de acquir. hæredit. Sed an pendentibus tribus mensibus ad conficiendum inuentarium, possit fieri executio contra hæredē, Dic, quòd non, ita volunt DD. in l. fin. §. donec, C. de iur. deliberand. Rebuff. in tit. de liter. obligator. art.3. Glos.2. nu.21. qui loquitur in instrumento, quod habet B executionem, Boer. Decis. 10. Cępoll. caut.242.

CAP. CX.

QVid, si Notarius confecerit instrumentum in loco, in quo non possit artem Notariatus exercère, prout sunt multi Notarij in Regno, qui possunt cōtractus facere tantùm in valle Mazariæ, an talis contractus habeat executionem paratam, Dic quòd non, ita tenet Rebuff. in titul. de liter. obligator. art.2. C Glos.1. num.50. & ampliat etiam de consensu partium hoc non posse fieri, per rationes per eum ibi adductas, num.52. Et de materia istius Capit. & seq. vide quæ dicta sunt supra in cap.101.

CAP. CXI.

COntra istum Ritum disponētē, quòd cōtra instrumentum publicum nulla possit opponi exceptio, dat vnam cauthelam Cępoll. sub num.227. scilicet, D quòd adeatur iudex ecclesiasticus super simulatione contractus, sequitur Felyn. in cap. ex parte el 2. nu.14. de offic. delegat. Et ibi videas in casu istius statuti quæ exceptiones opponi possunt, à n.6. vsque ad fin. vbi dat plures limitationes, quas videas. Et an stante hoc statuto, fideiussor possit opponere, quòd vult, quòd cedantur sibi actiones, & videbatur quòd non, quia omnes exceptiones reijciuntur, sed contrarium tenet Alex. in cons. 119. nu.4. vol.1. E

Ibi *Currit pupillo*. Nota, quòd decennium currit etiam personis priuilegiatis, & sic prescriptio statutaria currit etiam minoribus, ita tenet Bald. in l.2. C. de fund. Patrim. lib.11. vide Angel. in l. si plures, ff. de Pactis, Bald. & Angel. in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. Alex. cons.65. vol.6. & hoc etiam si nō fuisset expressum in statuto, & quomodo intelligatur, vide Bald. in cap.1.

A §. porrò, Qual. feud. alien. poss. & vide quæ dicta sunt in materia præscriptionis in capit. 57. Regis Martini. Et an, stante hoc statuto, possit opponi, quòd instrumentum non est liquidum, Dic quòd sic, vt voluit Anton. de Canar. in tract. de exequ. instrum. nu.32. facit quod voluit Pedamont. Decis. 129. nu.1.

Sed nunquid pro interesse adhuc non liquido, possit fieri executio, vide Anton. de Canar. vbi supra, & Pedamont. Decis. prædicta, vbi post multa concludit pro interesse non liquido, quod tamē in executione potest liquidari, vnde potest fieri executio.

Quid, si instrumentum cōtineret obligationē ad centum, saluo errore calculi, extimationis plus vel minus, an hoc instrumentum possit exequi in eo quod est centum, etiam non facto calculo, & Dicas quòd sic, ita volunt DD. communiter, & præcipuè Socc. & Dec. in l. pecuniam, ff. si cert. petat. Socc. in l. Quibus diebus, §. si Titio, ff. de condict. & demonstrat. Decius cons.618. nu.5. Caualc. in tract. de tutor. nu.262.

Et quid, si obligatio reperitur facta procuratori, an dominus possit petere executionem sine aliqua cessione, Dic quòd sic, ita tenet Rebuff. in titul. de liter. obligat. art.2. Glos.1. nu.17. Ant. de Canar. in tract. de exequ. instrumen. nu.78. & idem in tutore, & pupillo tenet ibi Rebuff. n.18.

Sed nunquid possit fieri executio virtute istius statuti contra clericos, Dic quòd sic, ita tenet Rebuff. in tit. de liter. obligat. art. 2. Glos. 1. nu.8. & Ant. de Canar. in d. tract. de exequ. instrum. nu. 51. Et idem cōtra exteros tenet Rebuff. ibi nu. 2.

Quæro, quid si maritus, qui vixit cum eius vxore secundum consuetudinē Regni, vt vulgò dicitur, ala latina, quo casu natis filijs bona tripartiuntur, non natis verò bipartiuntur, acquisiuerit aliquā obligationem, an eo mortuo vxor possit petere executionem ex illo instrumento pro sua medietate, Rebuff. in d. tit. de liter. obligat. art.1. Glos.9. nu.28. tenet quòd non, per rationem, quia non reperitur nominata in contractu, sed requiritur cessio, & plenius de materia istius capitoli, & capit.110. vide Ant. de Canar. in d. tractat. de exequ. instrum. vbi ponit 18. quæstiones facientes ad hanc materiam.

CAP.

CAP. CXII.

IBi *Lapilli, & perulæ*. Quæro, quid de corallo, textus nihil dicit, inueni tamen quemdam Doctorem tenentem idem iudicandum esse de corallo, quod de lapillis, & perulis, allegabat Albert. Magn. in tract. suo de lapidib. precios. cap.3. vers. corallus, vbi dicit corallum esse lapidem pretiosum, & habere plures virtutes, & presertim quòd valet contra fluxum Sanguinis, vide quæ voluit text. in l. & si non sit, §. perueniamus, vers. gemmæ autem, vsque ad vers. auro legato, & presertim ibi, margaritas autem, vbi de margaritis, quæ sunt conchæ, quæ in Mari rubro crescũt, & coalescũt, sic ita posset dici de corallo, quòd crescat in Mari, & presertim in Mari Ciuitatis Drepani, & in Maribus Barbariæ.

Ibi *Precedente subhastatione*. Quæro, vbi debet fieri hoc proclama, siue subhastatio, Dic, quòd in locis, vbi res sitæ sunt, seu in ea Ciuitate, & loco proximo, ac in locis frequentioribus ipsius Ciuitatis, ita voluit Rebuff. in tract. de Præcon. & licitat. art.1. Glos. 2. nu.6. & 7. & art. 7. Glos. vnic. nu.5. vbi dicit quòd in Villis debet fieri hæc subhastatio die feriata, quia rustici non solent conueniri nisi in die feriata, secus in Ciuitatibus. Et in hac materia subhastationis. Quæro, quid si pars offerens obtulit decem, postea secundus venit, & obtulit duodecim, an primus sit liberatus per meliorem secundi, & videtur quòd sic, per tex. in l. Valerianus, ff. de Prætor. stipulation. Crem. singul.40. Sed Bart in l. Licitatio, ff. de Publican. tenet contrarium, per tex. in l. Sabinus, ff. de In diem adiect. sed vide Rebuff. in d. tract. de Præcon. & licitat. art.7. Glos. vnic nu.21 qui has opiniones concordat, quòd sic primus liberatus intelligitur, si secundus fuerit acceptatus, per rationes vt ibi per eum, quem videas.

Ibi *Fiat secundum decretum*. De materia primi, & secundi decreti vide Speculat. de primo, & secũdo decreto, DD. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect.

Sed quæro in secundo decreto, an sufficiat citatio per affixionem, vide Rom. & Bart. in d. l. si finita, quem communiter omnes sequuntur in §. Iulianus, nu. 29. qui dicit quòd non, nisi fuerit quis semel personaliter citatus, de quo vide Ludou. Bolognin. in repetit. d. §. Iulianus, in vers. in eadem Glos. ibi, domui suæ. Et quia DD. in d. §. Iulianus videntur

A concludere quòd ad hoc vt perueniatur ad secundum decretum requiritur licitatatio, quæro, an hæc licitatio requiratur etiam in causis executiuis prout disponit Ritus, Dic quòd non, ita tenet Angel. in l. Iulianus, §. si quis, ff. ex quib. caus. in possess. eat. & sequitur Ludou. Bologn. in repetit. d. §. Iulianus, in loco supra citato.

Sed quid, si primum decretum fuerit interpositum super vna re, an secundum imponi possit super alia re, Bart. in d. §. B Iulianus, nu.38. videtur tenere quòd sic, contrarium tenuit Imol. in d. §. Iulianus, & Raph. Cum. in l. cum vnus, de bon. auth. Iud. possid. & hanc partem vti veriorem sequitur Ludou. Bolognin. in d. repetit. §. Iulianus, vers. sexto principaliter dubitauit Bart.

Et in quantum Dom. Boniorn. quærit hìc, quid si primum decretum est nullum an secundum sit nullum, vide tu etiam Abb. cons.43. vbi etiam quòd nec lucrabitur fructus, & vide plenius Ludouic. C Bologn. in repetit. d. §. Iulianus, prope finem, vers. septimo principaliter quęro.

Et an secũdum decretum possit interponi super nominibus debitorum, vide Bart. in l. Is cui, §. si tutor, ff. vt in possess. legat. qui tenet quòd sic, quem sequitur Ludou. Bolognin. in d. §. Iulianus, prope finem, vers. secundo principaliter quæro.

Adde, quòd ad hoc vt deueniatur ad secundum decretum requiritur plena probatio, Bart. & Paul. de Castr. in l. fin. §. fin. C. de bon. auth. Iud. possid. Bart. D in extrauag. ad reprimendum, in verb. summariè, nu.15. Bald. in Auth. ei qui. nu.4. versic. considera, C. de bon. auth. iud. possid. & adeò hoc verum est, quòd non potest validari ex probatione sequẽti, secũndum Bald. in l. vt debitum, C. de hæred. act. & plenè per Ludou. Bolognin. in repetit. d. §. Iulianus, vers. secundò adde in hoc.

Vltimò in hac materia secũdi decreti quæro, quid si fuerit interpositũ pro debito partim vero, & partim falso, an di- E catur nullum, & an sic lucretur fructus, vide Afflict. Decis. 218. Grammat. Decis.79. & eumdem Afflict. Decis. 358. in fine, Roman. cons.454. Pedamont. Decis.171. nu.20. Natt. cons.162. nu.7. & Paris. cons.100. nu.32. vol.1. vbi videntur communiter concludere, quòd decretum sit nullum, & non lucretur fructus, vide tamen Capic. Decis.51.

Ibi *Pretium cõdecens*. Nota, quòd pretium alicuius rei nõ solum consideratur

respectu quantitatis, sed etiam qualitatis, & bonitatis, Afflict. Decis. 58. nu. 6. & prætium, siue valor rei Immobilis quomodo debeat probari, vide text. & ibi Glos. & DD. in l. si fundum per fideicōmissum, ff. de Legat. 1. l. si fundus, & ibi Glos. ff. de reb. eor. l. si quos, & ibi DD. C. de rescind. vendit. l. Prætia rerum, & ibi quoque DD. ff. Ad leg. falcid. Natt. cons. 332. vbi de magna domo, quæ erat parui redditus quomodo debeat extimari, Franc. Marc. Decis. 485. Abb. & Felyn. in cap. cum causam, de Testib. Bal. in l. per diuersas, C. Mandat. & vide tex. in l. Mortis causa capio, & ibi Glos. ff. de donat. caus. mort. & cap. cum dilecti, & ibi Canonist. de empt. & vendit. A B

Et in quantum Dom. meus Boniorn. hic tetigit quòd in pecuniola non datur quindena, ego ponam hic materiam pecuniolæ remissiuè, est enim pecuniola expensæ litis, & alimenta, quæ præstantur filijs petentibus hæreditatem patris à possessoribus d ctæ hæreditatis, tex. est in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inofficioso testam. & ibi DD. vide tamen Couarr. Pract. quest. cap. 6. Rebuff. in tit. de sentent. prou. art. 1. Glos. 2. vbi plenè, Afflict. Decis. 10. & 11. Guid. Pap. quæst. 561. Boer. quæst. 303. nu. 4. Perus. Decis. 46. nu. 10. Crauett. cons. 164. Cephal. cons. 127. Marchabrun. cōs. 23. in 2. dub. Alciat. de Præsupt. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 9. Duenn. reg. 365. Bellamer. conclu. 88. Rot. in Decis. Bisignett. in tit. de ludit. Decis. 2. Canonist. in cap. ex parte, de Accusation. Et de paupere litigante cum diuite, vide text. & ibi DD. in l. fin. C. de Ordin. cognit. Boer. quæst. 324. num. 4. versic. & communiter, Couarr. d. cap. 6. nu. 7. Rebuff. in loco citato, nu. 29. & 30. Hyeron. Gabr. cons. 25. & cons. 29. Simon de Pret. cons. 62. Lancel. de Attent. part. 2. capit. 4. limit. 11. nu. 18. C D

Et in quantum Dominus de Giglio tetigit hic, an pro alimentis debeat dari quindena, adde tu etiam vltra adducta per eum, quæ voluit idem Bart. in l. Mela, nu. 5. vers. item breuiores, ff. de alimēt. & cibar legat. intellige tamen de alimentis futuris, vt volunt communiter DD. in l. de Alimentis, C. de Transact. Et quę dicantur alimenta futura, vide Contard. de moment. possess. limit. 3. nu. 58. in fin. Lancel. de attent. part. 2. capit. 12. limit. 24. nu. 7. & 8. vbi concludit fuisse decisum Romæ, quòd alimenta futura dicuntur à die motæ litis. E

Aduerte tamen, quòd post interpositum secundum decretum faciat quis capere actualem, & realem possessionem, aliàs nunquam acquiritur dominium, & sic nec facit fructus suos, stante regula tex. in l. Traditionibus, C. de pactis, & ibi Bald. nu. 15. & vide quæ singulariter voluit Boer. Decis. 277. nu. 11. vbi allegat. Angel. Aret. in §. fin. Institut. de de offic. Iudic.

CAP. CXIV.

IBi *Et Inuentarijs*. De inuentario vide an habeat executionem paratā, & quamdam quæstionem quotidianam supra in cap. 102. quam omnino videas.

Ibi *Scribentem*. Quid si se subscripserit in literis manu alterius factis, an sit idem, ac si totas sua manu suscripsisset, Dic, quòd sic, ad quod vide DD. in l. si ita stipulatus, §. Crisogonus, ff. de verb. obligat. Suar. in repet. l. post rem iudicatam, ff. de re iudicat. vide Gabr. in tit. de præsumpt. conclu. 3. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 94. nu. 14. Simon de Pret. cons. 126. nu. 8. Rebuff. in tit. de Chirograph. & cædul. recogn. in præfat. nu. 51 cum plurib. seqq.

Quæro, an confessio facta coram iudice habeat executionem paratam, Doctor. communiter in l. post rem iudicatā tenent quod sic. Hanc tamen conclusionem intellexit Suar. in repet. d. l. in 3. not. nu. 2. procedere si simplicitr corā Iudice ad partis instantiam cōfessus fuerit debitum, secus si precesserit libellus, & litis contestatio, quia tunc debet expectari sententia, ad hoc vt ista confessio habeat executionem paratam, quem omnino videas, quia hanc conclusionem plenè tractat, vide etiam supra cap. 102. vbi dixi in princ.

CAP. CXV.

IBi *In causa oppositoria*. Quæ sit instantia causæ oppositoriæ, Dic quòd est sex mensium, & incipit currere à die quo presentantur oppositiones, ita dispōsuit quoddam Capitulum de Capitulis decretatis in Ciuitate Cathinæ per Proregem, die 6. Aprilis, 10. Indict. 1552. & ibi videas, de articulo stent, vel reijciantur, qui durat per menses tres, & incipit à die præsentationis oppositionum, & elapsis tribus mensibus potest liberè procedi ad causam oppositoriam.

Ibi *Personis restituibilibus*. Quæ sint istæ personæ, vide infra capit. 171. & vide Andr. de Isern. & Afflict. in Constit. obscuritatem, Petr. de Gregor. in tract. de Iud. caus. feud. quæst. 30. in fine, & plenè per Marant. in suo Specul. part. 6. in verb. quandocunque appellatur, à nu. 29. vsque ad num. 103.

In materia istius capit. & capit. 171. vide plenè per Petr. de Greg. in d. tract. de Iud. caus. feud. quæst. 30. vbi hanc materiam tractat, & ponit plures quæstiones, vbi declarat ex quot diebus constet iste terminus, restitutorius, & quid in restitutione extraordinaria, & quot vicibus concedatur, & an ista restitutio sit communis vtrique parti, & an pars, quæ restituta est, possit restitutioni renuntiare inuita alia parte quę omnia per te videre poteris ibidem.

CAP. CXVI.

IBi. *Vbi à iure communi permittitur*. Vbi permittatur restitutio in integrũ aduersus sententiam in Minore, vide tit. C. si aduers. rem iudic. & not. ibi in l. pen. quòd si pupillus fuit condemnatus indefensus, sententia est ipso iure nulla, si verò fuit defensus, quòd hic habet restitutionem aduersus sententiam, & ita not. ibi DD.

Et nunquid etiam Maioribus detur restitutio aduersus sententiam pretextu instrumenti de nouo reperti, vide Boer. Decis. 307. & Socc. iun. cons. 128. n. 158. vol. 1. vbi dicit commun. quòd sic, hanc postea dicit communem Gabr. tit. de restitut. in integr. concl. 2. Et quid pretextu testium de nouo repertorum, vide not. in capit. 7. quod est vltimum Regis Petri nu. 2. & 3. & de hoc vide Hypol. De Mars. sing 229.

Ibi *Verisimiliter sententiæ debent esse iustę*. Et sic nota, quòd in dubio præsumitur pro sententia, concordat text. in l. Herennius, §. caia, ff. de euiction. cap. Cum inter, de re Iudicat. vide multa per Alciat. præsumpt. 9. per tot. Hoc tamen limitat Marant. in suo Specul. par. 6. vers. defectur aliquando iuramentum nu. 32. procedere in iudicibus maioribus, secus in minimis, & pedaneis, & interminis, an, & quando præsumatur pro sententia, presertim à qua fuit appellatum, vide Gabr. conclu. 4. 5. & 6. sub titul. de sentent. Pedamont. Decis. 13. nu. 4. Bursatt. cons. 66. Lancellot. de attentat. part. 2. capit. 12. nu. 115. cum seqq.

A Ibi *Satisfactio prædicta*. Quid importet hoc verbum satisfactio, vide tex. in l. satisfactio, ff. de solution. & in l. 1. ff. Qui satisd. cogant. & ibi DD. & precipuè Alex. in princ. Sed aduerte, quòd in hoc capitulo addunctur hæc verba, *incontinenti*, *& manualiter*, quæ verba videntur importare realem solutionem, pro vt quotidie seruatur.

Ibi *Vt Banchus*. De hac dictione, vt Banchus vide vltimum capitulum Regis Alphonsi, quod fuit factum ad interpretationem istius clausulæ, vt Banchus. B

CAP. CXIX.

IBi *Liquidari*. An ista liquidatio possit fieri per scripturas, & instrumenta, & & videtur quòd sic, vt tenet Bald. in capit. Auditis, col. 2. De præscript. Rebuff. in tit. de liter. oblig. art. 1. Glos. 9. nu. 9. in fine. Et in materia istius capituli vide Couarr. lib. 1. Variar. resolut. cap. 11. & pręsertim. versic. Quartò omnibus, C & Anton. de Canar. de exequ. instrum. quæst. 14. nu. 32. & seq. & vide Bart. in l. 1. nu. 3. ff. Iudicat. soluend.

CAP. CXX.

IBi *Si infra eumdem diem*. Intellige, in quo debitor de executione notitiã habuerit, & non in quo executio fuerit causata, quia hæc clausula debet referri ad proxima per duas limitationes ad regulam l. 1. C. de Liber. & posth. & l. Talis scriptura, ff. de Legat. 1. vna scilicet, D quia regula non procedit vbi annullaretur aliquod dispositum, & illud nullum haberet effectum, prout est dispositum de notitia, ibi *Perueniente hoc ad notitiam*, qa nihil operaretur, si debitor siuè sciret, siuè ignoraret, & teneretur infra diem causatæ executionis comparere, ista est secunda limitatio Ias. in l. 1. ff. de liber. & Posth. nu. 9. Secundò non procedit illa regula quando resultaret aliquod absurdum, vt Ias. ibi in 10. limitatione, nam esset absurdum, quòd quis ignorans facti E alicuius lederetur, cùm probabilis ignorantia excuset ignorantem, l. Qui in alterius, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. Iuris, Gabr. eod. tit. conclus. 6.

Et quomodo probabit debitor hanc notitiam, credo suo iuramento, quemadmodum de notitia dilationis, quia in iuditijs ęqualitas est seruanda, l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & quod est dispositũ in vno ex correlatiuis, censetur dispositum in alio, vt supra in cap. 116.

CAP.

CAP. CXXI. A

IBi *Discussis bonis*. Practica, quomodo fiat discussio, quæ sit, vide Alexan. in l. si ego, ff. si cert. petat. & l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. Bart. in l. stipulatio, & ibi omnes, ff. de oper. nou. nuntiat. Marf. de fideiuss. nu. 22. Sed An requiratur vbi est notorium, debitorem non habere stabilia, nec mobilia, vide DD. in supradictis locis, & Ias. in l. Decem, ff. verb. obligat. Capic. Decis. 154. nu. 5. Afflict. Decis. 318. nu. 3. DD. B in l. in illa, *la.* 1. ff. de verb. obligat.

Et quomodo dicatur esse notorium, non habere mobilia, vel stabilia, vide Ias. in d. l. Decem, nu. 33. ff. de verb. oblig. & quid si in loco vbi conuenitur non habet mobilia, nec stabilia, sed habeat bona in alio territorio, an dicatur facta in illo loco legitima excussio de mobilibus, & stabilibus, vide Bald. in l. sciendum, in fine, nu. 2. ff. Qui satisd. cogant. & in l. si fideicommissum, §. tractatum, de Iudit. de quo tamen vide Ias. in l. sciendum. §. C possessor, in princ. ff. Qui satisd. cogant.

CAP. CXXII.

IBi *Dando bona Defuncti*. Concordat hoc Capitulum cum notat. per DD. in l. fin. §. & si præfatam, precipuè per Ias. in 4. vtilit. C. de iur. deliberand. vbi hæres faciendo inuẽtarium potest dare etiã nomina debitorum in eorum periculum nec ea tenetur exigere. Et sic stantibus supradictis terminis si hæres soluerit, vel D debuerit bona hæreditaria legatarijs, vel creditoribus posterioribus, non tenetur creditoribus anterioribus, sed creditores anteriores habent recursum cõtra illos, quibus fuerunt bona donata, ita DD. in l. fin. §. & si præfatam, C. de Iur. deliberand. & ibi Ias. in 3. vtilit.

Et quod hæres faciendo inuentarium, etiam stante statuto, quòd non teneatur vltra vires hæreditarias, volunt DD. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliberand. vbi Ias. nu. 12. vsque ad finem. E Et quòd contra eum non possit exequi Instrumentum, vide Dec. in l. debitori, nu. 18. C. de Pactis.

Nota tamen, quòd, pendente termino conficiendi inuentarium, qui est triũ mensium, hæres non potest molestari, etiam in causis executiuis, vt volũt DD. & precipuè Ias. in d. §. in computatione, C. de iur. deliberand. & vide supra in capit. 103.

CAP. CXXIII.

ADde, quòd hæres, qui non fecit inuentarium, tenetur de persona, dato quòd legatarij dicerent, & confiterentur ipsũ nihil de bonis proprijs ipsius hæreditatis occultasse, ita voluit Gomes. in §. ęquè, nu. 8. vers. nota, Institut. de Actionib. Contrarium tamen voluit Ias. in d. §. & si pręfatam, nu. 2. in 1. limitat. C. de Iur. deliberand. & sic limitatur Regula quòd hæres non faciens inuentariũ tenetur vltra vires, vt ibi Alex. nu. 3. & vide Roland. de inuentar. cart. 219. §. sed dubitatio. Secundò limitatur non procedere in fisco, quia fiscus non faciens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, Ias. in d. §. & si præfatam, in 6. limitat. vide tamen eumdem in d. l. fin. nu. 1. vbi distinguit, aut successit fiscus, quia fuit hæres institutus, & procedit regula, aut quia bona erant vacantia, & nõ procedit, vt ibi per eum, & alias limitationes vide per Ias. in d. §. & si præfatam.

Quid, si non omnia bona occultauerit, sed aliqua, an teneatur de persona, vel ad dupplum eius, quod occultauit, vide Alex. in l. fin. §. licentia, in fine, C. de iur. deliberand. sed ibi loquitur in terminis iuris communis, & considera verba Capituli, quæ dicunt, bona occultarentur, & sic loquitur indefinitè, quod ęquipollet vniuersali, l. si pluribus, ff. de Legat. 2. & statutum debet intelligi secundum Ius commune, etiam si nihil adderet, & aliter intelligendo sequeretur, quòd quis indebitè damnum pateretur, prout hæres si propter vnam rem omissam in inuentario describi, teneretur insolidum omnibus creditoribus, per notata per Ias. in d. l. fin. §. in computatione, in fine, C. de iur. deliberand. iunctis tradditis per Alex. in d. §. licentia, in fine, vide tamen Natt. cons. 574. nu. 12. 13. & 14.

Ibi *Carcerabitur ex sui dolo*. Vide ad hoc Caualc. in tractat. de Vsufruct. Mulier relict. num. 144.

CAP. CXXIV.

IN materia alienationis factæ per subhastationem in alienatione iuditiali, vide Gabr. concl. 1. nu. 61. vsque ad nu. 66. de empt. & vendit. & in materia pacti vendendi ad discursum, vide eumdem in supradicto loco, nu. 107. qui loquitur in venditione pignoris facta à creditore ob facultatem sibi à pacto datam, allegat Sigorol. de Homod. cons. 137.

Ibi *Sit in electione*. An vna via electa possit, ea pretermissa, reddire ad aliam, vide de hac materia infra capit. 127. & quæ ibi scripsi.

Ibi *Det tales personas*. Quid, si debitor esset diues, & pecuniosus, an possit dare in fideiussorem pauperem, & non habentem in bonis, vide Marsil. de fideiussor. nu. 179. vbi tenet, quòd sic, & loquitur stante statuto, quando quis teneatur dare fideiussorem, allegat Bald. in l. Mulier, in fine, C. de iur. dot. in finalibus verbis, & eumdem in d. loco, nu. 228. vbi dicit communem Salyc. in d. l. Mulier in fine, & an possit dare aliquem suũ coniunctum, etiam si nihil possideat, vide eumdem Marsil. vbi supra, nu. 229. vbi tenet, quòd sic.

Ibi *Iuxta formam Ritus anterioris*. Vt supra scilicet capit. 112. In quo vide quæ ibi scripsi.

Ibi *Vel eorum alterum*. Quid, si venditor capi fecit principalem, & carcerari, an possit postea capi facere fideiussorem, an verò fideiussor liberetur, Bald. in capit. contingit, in 7. col. de dol. & contum. quem refert, & sequitur Marsil. singul. 398. & in sua pract. criminal. §. attingam, nu. 55. & in Rubr. de fideiussor nu. 380. qui dicit, quòd fideiussor non liberatur, sed creditor potest vtrumque molestare, donec sic fuerit satisfactum, & vide Caualc. in tractat. de Vsufruct. Mulier relict. cart. 710. & Capit. 127. in fin. nu. 2.

CAP. CXXV.

IBi *Ex Baractaria*. Nota, quòd non intelligitur hic de vera Baractaria, quæ est quando aliquid iudici datur ad eum corrumpendum, vel vt aliquid faciat, vel non faciat, vt voluit Paul. de Castr. cons. 152. quem allegat Boss. in titul. de officialib. corrup. nu. 6. & est delictum capitale, vt Boss. ibi, nu. 6. Sed hic accipi debet pro crimine stellionatus, tot. titul. ff. & C. de criminal. Stellionat. quod est, quando quis vendit vnam rem duobus, vel obligat, vel aliquid facit, vt contrahentem fallat, & vulgò appellãtur Baratteri. Et quis dicatur Baracterius, vel de isto genere Baractariæ, vide Stracc. in tract. de Assecurat. Glos. 31. per tot. & adde Guid. Pap. Decis. 210. nu. 2.

A

CAP. CXXVI.

IBi *Non carceretur*. Nota, quòd nemo potest Carcerari, & capi de persona, nisi defectu bonorum, hæc est regula tradita per Glos. in l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tutorib. communiter à DD. approbata, & de ea vide Boss. in titul. de capt. person. num. 85. cum plurib. seqq. Marant. in verb. rectè concipiatur citatio, nu. 58. in medio, Ludouic. Roman.

B

cons. 320. & Bart. in l. eum eo, ff. Ad leg. Iul. Pecul. Hypolit. Riminald. cons. 93. nu. 25. lib. 1. Felyn. in capit. quò ad consultationem, de re iudicat. Fallit tamen hæc regula in debitis fiscalibus, Bart. in d. l. cum eo, ff. Ad leg. Iul. Pecul. Boss. d. titul. de Capt. Person. nu. 87.

Quid, si debitum descendat ex delicto, & ex causa criminali, an tunc possit incipi à captura personæ, vide Boss. vbi supra, à nu. 88. vsque ad finem. Et si captura est nulliter facta, quia fieri non debe-

C

bat, licèt debitor prestiterit in quindena, nihilominus, & captura, & quindena, & omnia facta sunt nulla, vide Bero. cons. 9. nu. 11. lib. 3. Paris. cons. 101. lib. 3.

Ibi *Defectu bonorum*. Intellige tàm principalis, quàm fideiussoris, ita in istis terminis voluit Rom. cons. 320. & Mars. in sua Pract. in §. attingam, nu. 56. & est ratio, quia bona fideiussoris pro isto debito soluendo cẽsentur aggregata bonis principalis debitoris, allegat tex. in l. si plures, §. præterea, el 2. ff. de fideius-

D

sorib. Quid si bona essent talia, quæ de facili non possint vendi, & venditor debet recipere pecuniam, Dic, quòd habetur, ac si non essent bona, per Doctrinã Paul. de Castr. in l. inter eos, §. creditor, ff. de fideiuss.

CAP. CXXVII.

CReditor, si executio habuerit effectum in persona, potest reddire pro

E

toto debito ad bona, secus si habuerit effectum in bonis, quia non potest reddire ad personam, nisi bona non sufficerent, vel non essent expedita, hoc dicit.

Adde, quòd Notarij ad euitãdum hoc Capitulum ponunt in contractibus, cum potestate variãdi de bonis ad personam, & è contra, sed an de iure communi videtur permissa ista variatio, traddit Hypolit. in sua Practica criminal. in §. attingam, nu. 53. vsque ad 59.

Et

Et stante pacto variandi, an vna via electa, videatur alię renuntiasse, vide DD. & præcipuè Alex. in l. si quis stipulatus, ff. de verbor. obligat. vide Capic. Decis. 33. Decis. 46. nu. 8. & Decis. 119. vsque ad finem, Ias. in l. Nulli, in 6. fallentia, C. de ludit. Rebuff. in tit. de liter. obligat. artic. 11. Glos. 3. nu. 12. & nu. 27. qui volunt, quòd possit retineri persona carcerata, & capi bona ipsius, & ipse debet stare carceratus quousque de bonis fuerit creditor satisfactus, & hoc, quia tàm carceratio, quàm venditio bonorum tendunt ad eumdem finem, scilicet satisfactionis, Marsil. in Rubr. de fideiussor. nu. 378. vbi ait quòd carcer non soluit debitum, sed bursa, & eumdem in sua Pract. crimin. §. attingam, nu. 53. cum plurib. seqq. & in Singul. 398. Caualc. de Vsufruct. Mulier. relict. nu. 208. cart. 710. Petr. Pecch. de iur. fistend. capit. 4 nu. 15.

Ibi *Essent expedita*. Nota, quòd bona expedita dicuntur illa, super quibus nulla est controuersia, l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. in fine, & ibi notant DD. vide Duenn. regul. 276. in verb. exequutio, vbi nu. 1. ponit vnam limitationem, nam quando per vnum remedium executiuū suffset plenè satisfactum creditori, non permittitur aliud, & idem in fideiussore, vt possit capi, etiam quòd Reus esset carceratus, ita DD. in supradictis locis.

CAP. CXXVIII.

IBi *Possit fideiussor*. Sic habes vnum casum, vbi fideiussor agit contra principalem debitorem antequam soluat eadem cohercione, pro quo adde Bald. in l. si pro ea, C. Mandat. Alios casus habes, in quibus fideiussor agit contra principalem debitorem antequam soluat, in d. l. si pro ea, vbi Bald. veluti quando est condemnatus ex sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, & eo modo si vigore sententię sit facta executio contra fideiussorem, secundum Bald. in l. cum antiquitas, 2. col. C. de execution. rei iudicat. Item quando diù stetit in obligatione, vel est conuentum, vt possit fideiussor agere ante solutionem. Item si debitor incipit dilapidare bona sua, de quibus omnibus vide DD. in d. l. si pro ea, & in l. 1. C. de fideiuss. Minor. & in l. si fideiussor pro emtione, ff. de fideiuss. Domin. de Sanct. Gemin. in capit. fin. de for. compet. in 6.

A

Ibi *Si fuerit facta executio*. Quid si fuerit obligatus per instrūmentum publicum, licèt non fuerit adhuc executio, an possit agere contra principalem, videtur quòd sic, per ea, quæ voluit Bart. in l. si fideiussor pro venditore, ff. de fideiussor. & Marsil. de fideiuss. nu. 216. & ibi videas eumdem Marsil. per totū illum num. vbi ponit quam plures casus, in quibus potest fideiussor, etiam nulla facta solutione agere contra principalem.

B

CAP. CXXX.

IBi *Iustam causam ignorantię*. Nota, quòd hæres pręsumitur habere iustam causam ignorantiæ rerum defuncti, concordat tex. in l. Qui in alterius, ff. de regul. Iuris, & Capit. cum quis, de regul. Iuris in 6. Sed quæro, si præsumitur ignorantiæ causa in hærede, ad quid requiritur eius iuramentum, cùm præsumptiones iuris sint liquidissimę probationes, l. Licet Imperator, ff. delegat. 1. l. si quis locuplex, In fine, De manumiss. testam. Respondeo ex intentione, & verbis textus in d. l. Qui in alterius, vbi hæres agendo, vel alium conueniendo, debet venire instructus, & certus esse debet, & debet ante explorare rem diligenter, secus in excipiendo, hanc quoque distinctionē facit Dyn. in d. capit. Cum quis, & sic hìc cùm veniat agendo, non mirum si suam ignorantiam debet probare cum iuramento.

C

Ibi *Si suo iuramento firmauerit*. Nota, quod notitia tanquam ea, quæ consistit in animo probatur iuramento, idem supra in cap. 120. vide Tiraquell. de Retract. lignag. §. 4. Glos. 1. nu 4. & 5. & ibi, an contra istum iuramentum possit fieri probatio in contrarium. Quid de cessionario, an teneatur prestare de duplo, credo quòd non, quia militat eadem ratio, quia non pręsumitur habere notitiam de re aliena, & ita hodiè seruatur, si allegetur solutionem fuisse factam principali, secus crederem, si allegetur solutionem fuisse factam cessionario, quia cessat ratio ipsius Capituli.

D

E

CAP. CXXXIII.

IBi *Summaria igitur causa*. De causis summarijs, & in iure quot causæ dicūtur summarię, ponit ad longum Maranti in suo Specul. part. 4. distinct. 9. vbi ponit 30. species causæ summariæ, quem videre poteris, & inter alias enumerat

hic

hic positas. Et vbi causa principalis est summaria, omnes articuli eius causæ dicuntur summariè expediri, Ias. in Rubr. C. Qui admitti, & Marant. vbi supra, nu. 40. & ibi videas sub nu. 203. quando partes causam summariam agitauerũt vt ordinariam, an debeat decidi vt ordinaria, an verò vt summaria. Et quid de obseruantijs iuris communis in causis summarijs, vide Lanfranc. in repetit. Clement. sæpe, de verb. significat. in verb. simpliciter, per tot.

Ibi *Alimentorum futurorum*. Secus in præteritis, per rationem DD. in l. de alimentis, C. de Transact. & quæ dicantur futura alimenta, vide quæ dixi supra in capit. 112.

Ibi *Viduarum*. Quid, si vidua, & pupillus sit diues, an gaudeat priuilegio miserabilium personarum. Vide Afflict. in Constitut. Præsenti lege, lib. 1. vbi ponit hanc quæstionem, & dicit, quòd Canonistæ in Capit. significantibus, de offic. delegat. tenent, quòd si est diues, non gaudet, Idem tenet Sylu. Nupt. in libr. 6. nu. 35. Idẽ tenet Vrsill. ad Afflict. Decis. 256. Natt. cõs. 590. & hæc vltima hodiè seruatur in Regno, quam etiam tenet Paul. Fusc. in suis singul. in verb. Vidua. Quid, de illa, quæ nunquam habuit virũ, an idem sit iudicandum, quod de vidua, Dic quòd sic, vt tenet Afflict. in Constitut. Statuimus, nu. 20. Sylu. Nupt. lib. 6. nu. 30. Couarr. Practic. quæstion. capit. 7. in princ. & in hac materia totum illud capitul. 7. videas. Et quid de ea, quæ inutilem habet virum, vel bannitũ, vide supradictos DD. in supradictis locis, & in Sylu. Nupt. nu. 30. & Couarr. ibi, qui in hoc eodem tenet quòd sic.

Ibi *Miserabilium personarum*. Quæ sint, vide per DD. & præcipuè per Azon. in Summ. in tit. quand. Imperat. inter pup. & Afflict. in Constitut. Presenti lege, & in Decis. 256. & Canonist. in cap. Significantibus, de offic. delegat.

CAP. CXXXIV.

IBi *Infra certam dilationem*. Quid si in dilatione essent plures dies feriatæ, an dilatio currat, vel conquiescat, videtur distinguendum, quòd si dies feriatæ sunt tot, quòd absorbeant maiorem partem dilationis, dilatio non currit, ita voluit Afflict. in Constit. Lite legitimè contestata, nu. 15. in titul. de process. Iud. lib. 2. vide tex. & ibi DD. in l. siuè pars, C. de dilation. Bart. in l. 2. §. in Iuditio, ff. si quis cautionib. Bald. in l. si quando, C. de testib.

Ibi *Detur restitutio*. In materia restitutionis in Iudicijs, an Minor factus Maior possit restitui, & quid si Minor successit Maiori, an detur restitutio, vide Afflict. Decis. 210. 211. & 212. Et quid, si cum Minore concurrant alij Maiores, litis consortes, an gaudeant beneficio restitiotionis, vide eumdem distinguẽtem, Decis. 213. prout voluit, & distinguitur infra in capit. 172. vt si causa sit Indiuidua, restituantur Maiores, secus si causa sit diuidua. Et quid, si dolo aduersarij Minor sit inductus in longum, adeò vt factus Maior fuerit restitutus, an aduersarius gaudebit isto beneficio, Dic, quòd non, ita Afflict. d. Decis. 210. nu. 6.

CAP. CXLIX.

ADde ad materiam notata per Andr. de Isern. in Constitut. præsenti, de prohib. offic. lib. 1. & an de iniurijs, & & morte compatris possit compater accusare, tamquam sua intersit, vide Alex. cons. 34. col. fin. vol. 3. & Arn. in cõmẽt. 1. comment. Ias. in §. pęnales, nu. 67. Institut. de Actionib.

Ibi *Hæresis*. Ad conuincendum aliquem de hæresi, sufficit inuenire libros penes eum tractãtes de hæresi, qui essent prohibiti, vide Arn. in Problem. 10. & ibi vide limitationem.

Ibi *Nefandi*. Nunquid in hoc delicto admittatur repulsa, vide Canonist. in Capit. Per tuas, de Simon. Arn. comment. 24. & comment. 136. vbi ponit an repellatur ex capite inimicitiæ, & qualis debet esse. Et de Sodomita, vide not. per Alex. cons. 235. vol. 6. & Lud. de Mont. Alt. in tract. de reprobat. sentent. Pilati, in vol. tract. vbi multa contra istos tales ponit.

Ibi *Ad pęnam talionis*. An dictum vnius testis excuset accusatorem à pęna talionis, vide Arn. Problem. 66. & Marsil. singul. 41.

Ibi *Blasfemijs*. De Blasfemante vide notat. per Alex. in supradicto cons. 235. vol. 6. & Lud. de Mont. Alt. in d. tract. de reprobat. sentent. Pilati. vbi multa contra istos ponit. Et de Iure Cõstitut. Regni contra istos Blasfemantes quæ sit pęna, vide Constitut. Blasfemias.

Ibi *Falsa moneta, & incisionis carlenorum*. Quæ pęna sit Inducta de iure communi contra radentes nummos au-

reos, vide in l. vbicunque, ff. de sicar. A
Quid autem de iure Constitut. Regni, vide Constitut. Qui nummos, sub tit. de rad. monet. & quid contra fabricatores adulterinæ monetæ, vide Constitut. Adulterinam.

An in istis criminibus hìc declaratis socij criminis admittatur ĩ testes, & nũquid eorum dictum probet, Dic quòd nõ, nisi dictum suum cõtra socium criminis fecerint in tortura, vide Arn. soliloq. 60. Nec solum dictum etiam cum tortura aliquid faceret, quia debet etiam esse cum alijs B
inditijs, vt per eumdem in soliloq. 64.

Et an in istis criminibus exceptuatis admittantur Mulieres ad denuntiãdum, vel accusandum, & videtur quod non, per tex. in l. Mulier, ff. de Popul. action. & l. de crimine, C. Qui accus. non poss. vbi Bald. & Salic. DD. in l. 2. C. de Accusat. Angel. de malefic. in verb. nec non ad quærelam, nu. 16. Et quid, stante statuto, an saltẽ debeant admitti, Dic quòd non, quia statutum, permittens denuntiatores, vel accusatores, intelligitur de C
habilibus, ita Anchar. in cons. 416. nu. 2. vide Hypolit. Riminald. cons. 65. nu. 25. qui loquitur in statuto quòd quilibet admittatur, quòd, stante dicta dictione, quilibet, admittuntur etiam inhabiles.

CAP. CL.

DE materia istius Capituli in Renuntiationibus, vide plenè per Grãm. Decis. 53. vbi ponit, numquid tunc possit procedi ex officio ad instantiam fisci, D
& concludit, quòd non.

CAP. CLII.

DE modo procedendi in istis sprętis pęnis, vide hodiè Pragmaticam, in tit. de Pęn. temerar. accus. in 1. Thom.

CAP. CLIV.

QVid, si in compromisso est adiecta pęna, quæ fuit stipulata pro tertio, puta pro aliqua Ecclesia, & vnus contrauenit, si inde se concordant, an per hoc tollatur illud ius ipsi tertio quæsitum, vide Alex. in l. Insulam, §. fin. ff. solut. matrim. & vide Dyn. cons. 19. Hodiè autem in Regno pęna non consueuit exigi, & audiui à diuersis Doctoribus ita fuisse iudicatum, & ita in Regno seruari.

CAP. CLXIII.

QVid, si quis fideiusserit pro aliquo de tenẽdo aliquem locum pro carcere, & iuerit, an debeat solui pęna siuè fideiussio videtur quòd sic, vide Ægid. Boss. in titul. de carcer fideiuss. commit. nu. 45. & 46.

CAP. CLXXXIV.

IBi *Causæ appellationis*. An causæ introductæ in Magna Regia Curia via appellationis transeant in hermoditium, vide Afflict. Decis. 78. Grammat. Decis. 13. & Petr. de Gregor. de Iudit. caus. feudal. quæst. 47. vers. sed hodiè, qui hoc capitulum declarat, vide tamen Pragmat. sub titul. de Int. caus. in primo thomo, & capit. 198. Regis Caroli, & an hoc capitulum corrigat, dum ibi disponitur quòd instantia omnium causarum non duret nisi biennio, & infra tale tempus in M. R. C. fuerint conclusæ.

Finis Ritus Domini V. I. D. Francisci de Podio.

ADNOTATIONES

SVPER RITV REGNI SICILIAE DOMINI

VINCENTII DE PERCOLLA

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS CELEBERRIMI.

IN RVBRICA.

IBI *Aliarum caput*. Vide A Andr. de Isern. in Constitution. Si quis, in titul. de Pęn. Impon. & Magna Curia dicitur in loco Iudex ordinarius, idem Isern. in Constitut. statuimus, de offic. Magistr. Iusiit.

in cap. de causis, de offic. delegat. quæ tenet, quòd à die præsentatę, ita tamen quòd non malitiosè differatur præsentatio, sed refert hic Dom. Petrus de Gregorio se vidisse obseruare, vt terminus sic præfixus incipiat currere à die impetratarum literarum.

CAP. XCVI.

IBi *Iuditiorum Ritu*. Hoc verbum importat formam, & sollemnitatem, B Brun. in tract. de form. & sollemnit. in q. qando aliquid cens. trad. pro form.

Ibi *A citatione*. An citatio sit de processu, vide Alex. in Rubr. C. de in ius vocand. Doct. in l. dies festos, C. de Ferijs, & Socc. in tract. de citatio. art. 19.

Nota, quòd iste Ritus exorbitat à Iure communi, cùm de Iure communi literæ durent triennio, quantum durat instantia, vt not. Ias. in l. Properandum, C. de Iudit. & Specul. in tit. de fide instrument. & extra Regnum seruatur ius C commune, vt non expirent vires literarum. An talis terminus quadraginta dierum incipiat currere à die datæ, vel à die præsentatæ, vide Angel. in §. preterea, Instit. de Actionib. in fin. 7. col. & Glos.

CAP. XCVII.

IBi *Seruandæ*. Vide tex. ad hoc in l. si quis in prioris, §. 1. C. de Præscript. 30. vel 40. annorum. Salyc. & Doct. in Auth. Qui semel. C. Quomod. & quand. Iud. quod limita secùndū Bald. & Salyc. ibi, & vide Bald. & Salyc. in l. cum proponas, C. de bon. auth. Iud. possid.

Ibi *Summariè*. Hoc tamen intelligitur per iuramentum saltem partis, vel per vnum testem, ita notab. dicit Bart. in extrauagant. ad reprimend. in verb. Summariè, per tex. in l. Thesauros, ff. ad exhibend. & vide Bart. & Paul. in l. cum proponas, C. de bon. auth. Iud. possid.

Ibi *Refectis expensis*. Dic refectis expensis, & interesse, vt l. Sancimus, & ibi Glos. & Doct. C. de Iudit. & Apostill. in l. 1. §. is, in Glossa Magna, C. si quis ius dicend. non obtemp.

Ibi *Restituenda est*. Nota, quòd Reus nunquam efficitur contumax, nisi sit incusata contumacia in actis Curiæ, Doct. in l. properandum, §. si quidem, C. de Iudit.

Ibi *In possessionem*. Nota, quòd Iudex non debet mittere in possessionem, si vnus sit contumax, sed omnes debent vocari, Innoc. in cap. cum venerabilis, in fin. de relig. domib. An excommunicatus possit petere restitutionem possessionis, Dic, quòd sic, Felyn. in cap. Dilecta, de Rescript. pen. col. in fine, & in cap. B Intelleximus, de Iudit. post Alex. in l. de Pupillo, §. si procurator, ff. de oper. nou. nuntiat.

Aduerte, quòd Ritus iste procedit lite non contestata, dum dicitur, quòd reus veniens recuperat possessionem, per tex. in l. si quis emptionis, §. pen. C. de Præscript. 30. vel 40. annor. quod intelligitur, dixi, lite non contestata, secus verò si lis fuerit contestata, quia tunc veniens, efficitur de possessore petitor, & ita procedit tex. in l. consentaneum, & declarat C Bart. in 1. col. & vide Petrum de Gregorio hic.

Quid, si petatur dignitas, vel officium seculare, aut Ecclesiasticum, An actor mictetur in possessionem causa rei seruãndæ, Dic quòd non, secundum Rom. singul. 395. sed poterit procedi ad diffinitiuam contra contumacem lite non contestata, quod nota in practica.

Quid, si actor fuit positus in possessionem causa rei seruandæ, & non vult perseuerare vsque ad annum, sed vult cogere D reum ad recuperandam possessionem, & ad vlteriorem litis prosequutionem, an possit, vide Roman. singul. 406.

CAP. XCIX.

IBi *Principaliter*. Nota principaliter, nam proceditur alijs tribus modis, scilicet, per viam iniunctionis, per visionem scripturarum, & ex abrupto, vt in cap. 139.

Ibi *Ab extrema parte*. Adde, quòd E quãdo iuditium incipit ab appellatione, appellatio est primum iuditium iuditij, sed quãdo appellatur à grauamine extraiuditiali, est aliter, secundum terminos Bald. in l. is qui ad ciuilia, in 1. & 3. col. de Appellat. sed tu dic, quòd illa appellatio stat loco prouocationis ad causam, cap. cum sit, de Appellat. & sic iuditium incipit à prouocatione ad causam, cùm non sit propriè appellatio, vt ibi dicitur.

Adde, quòd de Iure communi non est incipiendum ab executione, tex. est, & ibi Scribentes in l. 1. C. de execut. rei iudicat. & vide Euerard. in Cent. in loco ab executione, in 6. cart.

Adde etiam ad materiam, quòd contractus guarentigiati secùndum formam istius Ritus non merentur executionem extra Regnum in locis vbi non viget Ritus iste, ita tenet Ias. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, 3. col. post Alex. ff. de re iudicat. Et ratio non placet, quòd in contractibus dicatur, quòd fiat Ritus in bonis, &c. Quia Ritus non procedit nisi in Regno, secùndum DD. supra allegatos, & propterea cautius est dicere, & fiat executio, & non Ritus, quia non procedit extra Regnum dicendo executio, procedet tamen vigore pacti, & sic ad tollẽdum istud dubium, dicatur sic, quòd in quauis mundi parte via executiua cogere possit debitorem, & ita ponatur in pacto.

Nota etiam, quòd cùm per dispositionem Ritus in aliquibus casibus cõtractus habeant executionem paratam, & executio contractus equiparatur executioni sententiæ, quemadmodnm in executione sententiæ nõ potest opponi exceptio non obseruati contractus, ita etiam in executione contractus, secùndum Rom. cons. 26. nu. 7. & 8. vbi respondet ad id, quod dicitur, quòd ea, quæ veniunt virtute contractus, semper possunt opponi.

CAP. CI.

NOta, quòd valet statutum mandans instrumẽnta executioni, Bald. in l. de quibus, in 5. col. ff. de Legib. & super hoc quæritur, an cædula priuata, si in ea sit scriptum per partes, quòd habeat vim cuiuscunque instrumenti publici, possit executioni mandari, pulchra est quæstio, sed eam vide per Pern. hìc.

Ibi *Creditor*. An cessionarius creditoris possit vti beneficio executionis, sicut poterat facere creditor, vide Dom. Petrum de Greg. hìc, & adde infra cap. 114. & Marf. in l. si quis, ff. de Quæstionib. num. 9.

Ibi *In publica forma redactum*. Scilicet manu Notarij, Abb. in cap. 1. de fide instrument.

Ibi *In Sicilia*. Quid si fuit instrumentum alibi confectum, an possit causari executio in Regno, videtur quòd sic, secùndum Paul. de Castr. in l. 2. C. Quemadmod. testam. aperiant. quia debet attendi

tendi locus, vbi fit executio, Alex. ibi refert Plures damnare hanc opinionem, sed cogita, & melius deciditur in interpretatione cap. Cum varia, & adde Ias. in l. 1. C. Quemad. testam. aperiant. & Bald. in l. 1. C. Ne filius pro patre.

Ibi *Presentem*. Intellige puram, siue purificatam, cùm de presenti, & de purificata idem sit iuditium, prout est tex. in l. Quidam inofficioso, ff. de inofficios. testam. & in l. Seruus Titius, ff. de vulg. & pupill. vbi per Doct. & maximè per Ias. vbi ponit quæstionem, quid si statuto cauetur, quòd instrumentum habens debitum purum, & liquidum mandetur executioni, an extendatur ad instrumenta conditionalia, quorum conditio sit purificata, vide ibi, & etiam per Alex. in l. in illo, in vlt. not. ff. de verb. oblig.

An cōtra tertium possessorem habeat executionem paratam, Dicas quòd non, secùndum Glos. in l. 1. §. si hæres, ff. Ad Senatusc. Trebell. & quid è contra, vide Ias. in l. Imperatores, ff. de Transact.

Ibi *Instrumentum publicum*. Quando dicatur publicum, vide Bald. quatuor requirentem, in l. 1. §. ęditioni, ff. de ędend. & ibi etiam, an debeat originale remanere penes Acta. Sed quid si de debito constat per testes, vide Bart. in l. creditores, C. de Pignorib. & ibi Apostill. & Mathesil. not. 5. & ibi in Apostill.

Adde, quòd tacita recōductio, vel renouatio contractus non habet exequutionem paratam, Bald. in l. Legem, C. Locat. & idem puto in eo, qui tenetur ex contractu alterius, quia tacita, & nō ex contractu, sed propter contractum, nam aliud est teneri ex cōtractu, & aliud propter contractum, secùndum Paul. de Castr. in l. exercitorem, ff. de exercit. action.

Adde etiam, quòd hæc via executiua est secùndum ordinem, & respicitur ordo iuditij, sed in reijciendis oppositionibus habet locum contractus, quia decernit decisionem causæ, si meretur executionem.

An instrumenta confecta extra territorium mereantur executionem, vide Bald. in l. 1. col. 1. C. Ne fil. pro patre, & Alex. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ, ff. de re Iudicat.

Ibi *Expressam*. Vide Bald. in l. vbi adhuc, C. de iure dot. & quid, si virtualiter, vel intellectualiter insit, an habeat executionem, vide Felyn. in cap. Translato, de Constitut. & adde scripta infra in cap. 119. Sed an Ritus iste procedat,

A si obligatio non est expressa, sed habetur pro expressa, Dicas, quòd non, per id quod voluit Angel. in l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. & sequitur Felyn. in cap. Non nulli, de Rescript. post num. 6. vers. hæc, & similia, & per hoc verbum, expressam, limitantur dicta per Bertr. cons. 19. vol. 1.

Ibi *De Iure*. De iure communi non proceditur contra absentem reipublicæ causa, cùm non possit conueniri, nisi conueniat, vel agat, per l. 2. §. Legatis, ff.
B de Iudit. & vide scripta per Petrum de Gregorio hic.

CAP. CII.

Ibi *Decem annorum*. Sed an interruptio perpetuet ad decem annos, vel ad triginta, seu quadraginta, vide Angel. & Doct. in l. Sicut, & in l. cum notissimi, C. de Pręscript. 30. vel 40. annor. & adde quòd ista præscriptio opponi potest, Salyc. in Rubric. ff. de exception.
C in princ. & de statuto denegante debitū post decem annos, & an saltim possit agi coram iudice Ecclesiastico, vide aliquid per Felyn. in cap. Cum venerabilis, col. 7. de Iudit.

Adde, quòd mulier, quæ per decem annos non petit dotem, postquam vir cepit vergere ad inopiam, est exclusa à petitione, & exactione dotis, ita Cuman. cōs. 92. incip. viso suprascripto casu, col. 1.

Adde etiā, quòd si accusator stet multùm ad accusandum, eius accusatio red-
D ditur suspecta, Bald. in cons. 37. Incip. quidam tabellio, ante fin. 3. col. quod dictum allegat Marsil. cōs. 82. 1. col. vol. 2. contra certos, qui per decemnium nō accusauerunt, sed tacuerunt, & postea accusauerunt, & ibi in pen. col. alia allegat ad propositum.

Adde insuper, an interruptio perpetuet ad tantumdem, & quid in restitutione in integrum ad tantumdem, & an terminus hominis, sicut terminus legis debeat dupplicari, vide per Doct. in cap. ex
E ratione, de Appellat. maximè Abb. in 2. col. vers. ad tertiam quæst. tex. est, & Glos. & ibi Doct. in Clem. Quamuis, de Appellat. & Nota, quòd modicum impedimentum restituit ad totum tempus, Paul. de Castr. in l. si Iudex, ff. de Iudit. per illum tex. & alios quos allegat stante Ritu isto.

Sed quæro, An clericus petat executionem. Instrumenti post decem annos, vide Bald. in Margarit. in verb. Ecclesia, 2. col.

2. col. verſ. ſed pone, vbi dicit, quòd Eccleſia debet agere via ordinaria infra decem annos, & non executiua, ſed Bertach. in litera E, in verb. Eccleſia, nu. 300. ponit contrarium, eo quòd ſtatutum Laicorum non ligat clericos, vt ibi per eum, vbi vide, ſed eſt facienda difficultas, an in compilatione huius Ritus cõcurrat *Brachium Eccleſiaſticum*.

Ibi *Ab annis decem proximè præteritis*. Hoc limita, niſi debitor promittat ſoluere quandocunque, tunc enim non vendicat ſibi locum iſta præſcriptio decem-
B nij, immò poſt decemnium etiam tale inſtrumentrm habebit executionem paratam, per not. per Bald. in l. Quod ſi nolit, §. pen. ff. de ædilict. ædict. & per Alex. in l. Nemo poteſt, in vltima col. ff. de Legat. 1. & per Iaſ. in l. Petens, C. de Pactis, & vide alia in princ. iſtius fol. vide etiam ad materiam huius Capituli infra cap. 111.

CAP. CIII.

IBi *Hæredes exiſtant*. An in hæredes, vel in alios poſſeſſores rerum hypotecatarum trãſeat obligatio principalis defuncti, vide Alex. in l. 1. §. ſi hæres, ff. Ad Senatuſc. Trebell.

Ibi *Siue filij*. Nota, quòd non ſequitur, filius ergo hæres, quia debet probari ſucceſſio vt hic, & eſt communis opinio, relata per Alex. in l. ſi cum dotem §. transgrediamur, ff. ſolut. matrim. debet ergo conſtare de ſucceſſione, & ſic hæres debet citari, ad hoc vt veniat ad allegandum an ſit hæres alias non procedit executio, Paul. de Caſtr. in l. Poſtulante, ff. Ad Senatuſc. Trebell. vide cõſ. Calcan. 17. & per Alex. in l. ſi deceſſerit, ff. Qui ſatiſd. cogant.

Ibi *In ſolutum creditori*. An ſi poſtea euincatur talis res data in ſolutum teneatur ad intereſſe rei euictæ, vide tex. in l. Libera, C. de Sentent. & l. ſi quis aliam, ff. de ſolution. Alex. in l. 1. §. ſi hæres, ff. Ad Senatuſc. Trebell.

CAP. CX.

AD materiam huius Capituli vide in ſimili Pariſ. conſ. 69. nu. 113. & 140. volum. 3.

Ibi *Iudicibus*. Nota, quòd ſtatutum iſtud mandans Iudici, quòd, viſo inſtrumento executioni mandet, debet intelligi quando inſtrumentum non habet aliquod vitium apparens in loco ſubſtan-
A tiali, vide Paul. de Caſtr. in l. fin. col. 3. C. de ædict. Diu. Adrian. toll. quod nota contra dicentes quòd nulla exceptio impedit Ritum.

Ibi *In Regno Siciliæ*. Quid ſi inſtrumentum veniret de Longingo, an præſumatur, quòd perſona producens ſit illa, de qua loquitur inſtrumentum, & maximè procuratorium, vide per Bald. in l. ſi qua per calumniam, in fine, C. de Epiſc. & cleric. & vide not. in l. Præcibus, C. de Probationib. vide etiam infra in fine huius Capituli.

Ibi *Vel inſulis*. Vide in l. Inſulæ, ff. de Iudic. & l. Notionem, §. 1. ff. de verb. ſignificat. Cæpoll. in Tract. ſeruitut. in Rubr. de Mar. & port. vbi etiam de Inſulis, & vide Felyn. in Cap. Rodulfus, de Reſcript. & Bart. per illum tex. in l. Cæſar, ff. de publican. & vectigal. & vide d. l. Inſulæ, & ibi Angel. & Doct. vbi Angel. dicit, Mare etiam longingum ſubiacere territorio, dummodo non ſit propinquius alteri territorio, per tex. ſingul.
C in l. vnic. C. de Claſſ. lib. 11. & ibi Scribentes, & ſic de Iure communi non cohartatur per viginti miliaria, ſicut hìc, cùm Mare prope Regnum ſit de Regno. Nota, quòd videtur, quòd qui ſtat ſub fideiubſione de retinendo Regnum pro carcere, ſi vadit per Mare circum circa Regnum, nõ dicitur frangere fideiubſionem, ex quo infero, quòd ſi iudex mandat, quod habeat licentiam eundi per Mare, non rumpitur fideiubſio de retinendo Regnum, nec fuit nouatio, vt fi-
D deiuſſores prætendere poſſint eſſe liberatos, quia mandatur quòd inerat in ipſa fideiubſione, cùm Mare ſit de Regno, & ita obſeruatum fuit in facto,

Ibi *Vel in promptu*. Quod quando ſit, vide Aretin. Inſtitut. de Actionib. §. in bone fidei, in 4. col.

Ibi *Literis teſtimonialibus*. Nam aliter non probaret, ſecùndum Paul. de Caſtr. ĩ l. vnic. C. vbi de ratioc. agi oport. adde Bald. in l. comparationes, nu. 14. C. de fide inſtrument. & ibi Salyc.

E Item quæro, an ille, qui præſentauit inſtrumentum, præſumatur habere mandatum in tantum quòd poſſit agere virtute mandati, vide Doct. & maximè Felyn. in capit. coram dilecto, de offic. delegat. Marſil. in l. ſi quis, ff. de Quæſtionib. nu. 138. 143. & 152. vbi ponit aliqua circa prædictam quæſtionem. Item præſumitur mandatum, ſi interuenerit ipſemet, per doctrinam Bart. in l. fin. C. de Aliment. pupill. præſtand. quem ſequitur ibi

tur ibi

tur ibi Bald. & Salyc. in l. Id quod pauperibus, C. de Episcop. & Cleric. licèt contrarium tenuerit Angel. in l. Restituendæ, C. de petition. hæredit. sumptus enim, dicunt, quòd præsumuntur fieri ab eo, cui incumbit, & de eius mandato.

CAP. CXI.

IBi *Infra decemnium*. Sed an contrahentes possint facere, quòd non obstāte decemnio possit procedi via executiua, Dicerem quòd sic, semper quòd contrahentes dicerent ista verba, scilicet, quòd quoties decemnium præscriptum fuerit, toties deberi volumus, per ea quæ dicit Io: Annibal in l. Nemo potest, in repetit. Delegat. 1. nu. 807. tamen credo quòd esset damnosum in anterioritate, per ea quæ etiam vult Felyn. in Rubr. de Præscript. & Cagnol. in Repetit. l. 2. C. de Pactis inter empt. & vendit. nu. 46. Bald. verò in l. quod si nolit, §. quid si ita, voluit, quòd etiam post decemnium possit causari executio, si fuit hoc expressum, scilicet, quòd quandocumque possit fieri executio.

Ibi *Vel confitente*. An confessio, simpliciter facta de debito, excludat quin debitor possit opponere exceptionem contra creditorem. Vide per Bologn. in l. 2. C. de Iuram. calum. & an talis confessio habeat executionem paratam, vide per eumdem in sua tabula, in verb. confessio. Et ad materiam huius Capituli vide etiam supra in cap. præcedent. 102.

CAP. CXII.

IBi *Fideiussione de duplo*. Quæro, quid si creditor est inhabilis ad prestandum fideiubsionem prædictam, Dic quòd Iudex potest cogere debitorem ad soluendum, stantibus pecunijs in tuto, & facta obligatione bonorum creditoris loco fideiubsionis de duplo, iuxta notata per Doct. in l. 1. ff. Qui satisd. cogant. & ita fuit obtentum in Magna Curia, quia non est iustū, quòd creditor inhabilis ad præstandum, non possit cōsequi suum. Quid, si non est habilis ad præstandum in loco, quia exterus, & offerat præstare in alio loco, an possit, vide Paul. de Castr. cons. 416. vol. 2. in fine, in nouis.

Ibi *Primi decreti*. An per missionem factam ex primo decreto res efficiatur litigiosa, & propter impensas efficiatur

A alienabilis, vide tex. in l. si postquam, C. vt in possess. legat. vbi dicitur, quòd non efficitur litigiosa.

Ibi *Ex tunc habeat*. Et sic plena fit prius executio. Quid autem si prius se opponat, & postea adimpleat, an sit prosequēda eadem instantia, & tela, & Dico quòd sic, quia nō deficiebat Ius opponēdi, sed exercitium opponendi, & sequuto implemento validatur iuditium, & instantia ante cepta, per ea quæ in simili voluit Bald. in l. per diuersas, in 13. quęst.

B C. Mandat. per iura, quæ allegat, quæ omnino vide, sed in cōtrarium vide Bald. in l. fin. C. Qui admitt. dicentem, quòd paria sunt quid fieri ante tempus, & post tempus, sicut ergo post quindenam non potest se opponere, ita nec ante, sed hoc verum puto quoad, aduersarius possit oppositiones reijci facere, cum se opponit ante implementum non autem, vt sequuto implemento, non validentur oppositiones, quia Imò validātur, per doctr. Bald. in l. Per diuersas, C. Mandat. tu ta-

C men cogita, & vide iura, quæ vtrobique allegat, ac tex. & ibi scripta in l. Non videtur, & in l. Non quemadmodum, ff. de Iudit. & in cap. Abbate, §. fin. de re iudicat. & ad premissa adde Bald. singul. in l. si finita, per illum tex. ff. de tutor. & ration. distrahend. & per Bart. in l. sed si nolit, ff. de acquir. possess. & Modern. in l. fin. C. qui admitt. quos omnino vide. Quid, si quis ante spolium agat, an perpetuetur bimestre, super hoc est scriptū in allegationibus Comitatus Cammara-

D tæ vbi vide omnino, & adde dicta per Bald. in d. l. Per diuersas, facit ineuitabilis tex. in l. obseruare, §. fin. ff. de offic. Poconsul. & dicit Afflict. Quo tempor. Mil. cap. 1. nu. 2. in vltimis verbis, vbi dicit, quòd parum ante, & parum post non importat, quia in Iuditijs totū est vnum, & non est curandum de prioritate, vel præposteratione, & adde scripta super Cap. Regni super quindena Sindicatus.

Ibi *Quindenam ad se opponendum*. Nota, quod tantum tempus datur ad oppo-

E nendum, quantum datur ad soluendum, scilicet quindena, pro hoc vide Bart. in l. Aufertur, §. compensationem, ff. de iure fisci, & Alex. in Additt. ad Bart. ibi, & Felyn. in cap. Cum dilectus, extra de fide instrument. 1. col. vers. secūdò ampl. & attento, quòd ista quindena datur à lege, est dilatio peremptoria, vt per Ang. & Alios in l. in pecuniarijs, ff. de ferijs, & ideo post quindenam nō admittuntur oppositiones, vt ibi per eos.

Ibi

Ibi *Oppositoria*. Solet dubitari, cui pereat instantia oppositoria, pro quo vide Cardinal. in Clement. fin. de appellat. vers. nono quæro, & vide Ias. in cons. 167. nu. 3. in 2. vol. Dec. cons. 43. in princ. Bald. & Bolog. in l. 1. ff. de iurisd. omn. Iud. vbi dicunt, quòd ille, qui opponit dicitur Reus, cùm opponere sit propriè Rei, & vide Socc. cons. 109. lib. 4. & Infra cap. 115.

Ibi *Vltra tamen debitum*. Nota, quòd intelligitur exclusiuè, idest quòd de damnis, expensis, & interesse non debet deduci pingue valens, & ita seruat Magna Curia, & istud puto verum quando ista non veniunt iure actionis, idest per viam cõtractus executiui, vt Innuit Infra cap. Item prædicta.

Ibi *Quadrimestri tempore*. Quod currit à die habitę possessionis, quia tunc trãsfertur dominium in creditorem, iuxta Glos. in §. 1. Institut. de offic. Iudic. quod intellige nisi facto, & culpa debitoris creditor non potuisset habere possessionem transmissam, quia tunc Ius fingit, quòd illam nactus fuerit, & currit tẽpus, perinde ac si verè nactus fuisset, per tex. in cap. 1. extra de dolo, & contum. vbi per Abb. & Alios, & vide in l. 1. C. de bon. auth. Iudic. possid. & habetur per Alexan. in l. 1. §. qui presens, ff. de verbor. obligation. & contigit his diebus in Magna Curia, & fuit ita Iudicatum, & vide plenè per Abb. in capit. Quoniam frequenter, §. fin. extra Vt lit. non contest.

CAP. CXIV.

IBi *Commodati depositi*, *&c.* Et hoc etiam de Iure communi, in tantum, quòd nulla retentio, vel exceptio etiam doli, vel compensationis etiam liquidæ potest opponi, l. pen. & ibi per Bart. & DD. C. deposit. l. fin. C. de Compensation. Fallit tamen in deposito non vero, sed confessato, Item in deposito probato per testes, & non per instrumenta, secundum Alexand. in Additt. ad Bart. in d. l. pen. quem omnino vide, quòd etiam liquida, compensatio non possit opponi, vltra Iura prædicta, vide tex. expressum in capit. Bonafides, extra De deposit. Adde, quòd confessio Iuditialis meretur executionem, sicut sententia, l. si debitori, C. de Iudit. Paul. de Castr. in l. 2. C. de Compensat. & ad prædictos, & alios casus, in quibus de Iure communi fit executio, vide Mathesild. not. 5. & ibi in Apostill. vbi etiam de deposito, & vide quæ scripsi in d. l. pen. C. deposit.

Ibi *In testamento*. An Donatio causa mortis habeat executionem paratam per hoc capitulum, Dicas quòd sic, & equiparatur Legatis, §. 1. Institut. de Donation. & l. Marcellus, ff. de donation. caus. mort. & licèt ex contractu guarentigiato non possit causari executio, nisi ad petitionem principalis creditoris, non autem ad petitionem Tertij, cuius interest, per not. per Ias. in l. Imperatores, ff. de transact. tamen in vltimis voluntatibus est secus, l. Fideicommissum, §. Item, ff. de Leg. 3. & quod ibi notatur per Bald. quem vide in l. si pater *la* 1. C. de dot. promission. nam in vltima voluntate potest agere etiam ille, qui non est nominatus in testamento, si sua interest, vide omnino Ias. in dict. leg. Imperatores.

Ibi *In contractibus dotalibus*. Sed quid, si dos veniat restituenda constante matrimonio propter vergentiam viri ad inopiam, an contractus dotalis habebit executionem, paratam vide Ancharan. consil. 119. argument. l. 1. §. sic, C. de rei vxor. action. vbi vide per Scribentes. Et adde quòd si in contractu dotali nulla est expressa obligatio per maritum de restituenda dote soluto matrimonio, an erit locus executioni ex tacita obligatione, quæ resultat recipiendo dotem, & per istum Ritum videtur quòd non, quia requirit expressam obligationem, ita videtur tenere Bart. in l. 1. ff. de his quæ in testament. delent. & ibi arguit contra, & non soluit, sed Doct. magis communiter tenent contra eum, vt dicunt DD. in l. Iurisgentium, §. quod ferè, ff. de Pactis, sed verba Ritus faciunt dubitationem, quæ requirunt expressam, & Felyn. dicit in capit. translato, de Constitution. quòd non habeat executionem tacita stipulatio, sed potest responderi, nisi constaret de mente Ritus prout in casu nostro, nam Ritus loquitur de inuentarijs tutorum, & similium personarum, in quibus confitentur tantùm, & tamen inuentarium non habet expressam obligationem, ergo idem si maritus confitetur recepisse dotem, & de hac quæstione vide Bald. Nouell. in tractat. de dot. in 6. part. in vltim. quæst. & per Calcan. consil. 17. colum. 8.

Ibi

Ibi *Literis cambij*. Intellige hoc statutum circa executionem instrumẽti, quod debeat intelligi ad petitionem creditoris principalis, & non ad instantiam Tertij, cuius interest, vide Ias. in l. Imperatores, ff. de Transact. A

CAP. CXV.

IBi *Oppositoria*. Scias quòd seruatur in Magna Curia, quòd si prouidetur, quòd, stent oppositiones, causa oppositoria perit causanti executionẽ, & sic opposito, quia iste est verus actor, esto quòd debitor lacessitus se opposuerit, & petierit equè principaliter liberari, vt per plura tenet Dec. conf. 43. col. 1. & 2. Si autem fuerit dictum, Reijciantur, & facta solutione, si Reus, vel opponens prosequatur causam oppositoriam, sibi perit, non creditori, cui erat satisfactum, & quò ad eum iuditium erat finitum, & opponens remanet verus actor, quia prosequitur causam, vt recuperet, pro quo optimè facit, quòd contradictor, qui non possidet, quando opponit se, venit vt actor, Bald. & Doct. in l. 1. C. de Priuileg. fisc. & ratio seruatur in Practica, quia rubricantur omnes, scilicet, inter talem actorem, opponentem ex vna, contra talem conuentum, oppositum parte ex altera, vide etiam Afflict. in Constit. Hac lege. B C

CAP. CXVI.

IBi *In Ciuitatibus Panhormi*. Idem est prouisum hodiè in Alijs Ciuitatibus, dummodo sententię sint latę per Doctorem, vel de eius consilio, per Capitulum Regis Ioannis 37. cart. 168.

CAP. CXVII.

IBi *In Alijs verò Curijs*. Adde, quòd omnis exceptio nullitatis impedit executionem per capturam personæ, etiam si requirat altiorem indaginẽ, secus quò ad executionem bonorũ, Paul. de Castr. in l. 4. §. condemnatum, 2. col. de re iudicat. Quem tamen nititur limitare, & reprobare Dec. conf. 73. in 1. vol. An autem si nullitas, & exceptio fuit reiecta quò ad vnam solutionem, vel catamenũ, intelligitur reiecta quò ad alia catamenà. Et an obstet exceptio rei Iudicatæ, vide Imol. conf. 130. 2. col. & adde scripta in cap. 127. in fine.

CAP. CXXIX.

IBi *Aduersus quam liquidationem*. Sed quid erit, si quis habet contractum conditionalem, & vult verificare conditionem euenisse, vt habeat executionem paratam iuxta formam Ritus, & debitor aduersus istam liquidationem, & verificationem vult se opponere, quæritur an possit, videtur quòd non, nisi prius facta executione vt hic, sed veritas est in contrarium, vt dicit Alex. in l. item quia, in princ. ff. de Pactis, & Caccialup. in l. Admonendi, in 1. col. ff. de iure iurand. nec obstat Ritus iste, quia est correctorius, & non debet extendi, vt notatur in Authent. Quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles.

CAP. CXX.

DIc notabiliter, quòd si pro debito quantitatis debitor non habeat pecuniam paratam, soluere potest in rebus, dummodo antea constet nõ posse soluere pecuniam, & quòd nullus emptor reperiatur in re quam vult dare creditori, & ita seruatur in practica, & tunc potest creditor capere res magis preciosas, sicut aurum, & argentum, tex. est pro singulari allegatus per DD. in Authent. de Fideiussorib. §. qui autem, vbi vide Bologn.

Ibi *Cum sacculo parato*. Et ideò hodiè fit citatio ad executionem faciẽdam, sed an sufficeret interpellatio extraiuditialis, Dic quòd sic, quia executio fit culpa debitoris, & idem Dicerem, si in contractu esset dies, quia dies interpellat pro homine, expressa, vel tacita, vt in l. vinum, ff. si cert. pet. vide Rom. Sing. 396. Sed quis debet probare hanc monitionẽ extraiuditialem, actor affirmans, an reus negans vide eumdem Singul. 397. D

Ibi *Nullę expensę*. Vide Bald. in l. Nõ ignorat, C. de fruct. & lit. expens. & quid de expensis instrumentorum an veniant reficiendæ, vide ibidem Bald. & quid in criminalibus, an sint reficiendæ, vide Barthol. in l. 1. Ad Turpill. & ibi Alexand. in Apostill. & per notata in l. cum quidam, C. de fruct. & lit. expens. & Paul. de Leaz. & Alios in capit. finem litibus, De dol. & contum. & Ias. in §. sic itaque, col fin. Institut. de Actionib. qui refert quamplures Doctores. E

A

CAP. CXXI.

IBi *Executio*. Intellige quòd Instrumẽta, quæ ex forma statuti debent executioni mandari, ita mandantur executioni illa instrumenta ex quorum tenore competit vtilis actio, sicut si competeret directa, ita Io. de Plat. Institut. Ad leg. Aquil. §. certum.

Ibi *Discussis bonis*. Etiã si Fiscus agat, l. pen. C. Quand. fisc. vel priuat.

CAP. CXXIII.

IBi *Nisi bona occultauerit*. Vel aliàs fuerit in mora, vide Bald. & Alios, in l. fin. §. & si præfatam, C. de iure deliberand. Adde, quòd non potest capi persona hæredis, nec res hæreditaria, nisi discusso an sit hæres, vel an sit res hæreditaria.

CAP. CXXIV.

IBi *Cessionem*. Adde, quòd cessionarius non potest capi facere personam, nec bona debitoris, nisi prius citetur, & discutiatur de iuribus cessionis, vide Bal. & Aret. in præcedẽt. Apostill. supra proximè cap. 123. vbi etiam dicũt quòd captura personæ est maior, & facit maiorem iustitiam, quàm captura rerum.

Ibi *Vt tandiu*. Et sic detineri debet tandiu in carceribus, quandiu pignus nõ distrahatur, vt satisfiat creditoribus infra quindecim dies. An ista dilatio quindecim dierum possit per iudicem denegari casu, quo debitor haberet pecuniã promptam solutioni, Quilibet dicet quòd sic, & ego, cùm essem Iudex, ita bis iudicaui, cùm debitores ostendissent pecunias coram me, sed petebant quindenam, vt afficerent creditorem, tamen de iure est totum cõtrarium, ponit Roman. Singul. 459. & ideo si aliàs mihi contingeret, aliter facerem.

CAP. CXXV.

IBi *Ab vncia vna infra*. Quid, si debitum, aut summa, licèt vntiæ vnius, descenderet ex maiore, an illa maior summa sit adijcienda, ita quòd debitor debeat carcerari propterea quia illa vntia descendat ex maiore summa, Dicas quòd non, ita singulariter Bart. in l. vbi fideiussor, ff. de fideiussorib.

CAP. CXXVII.

IBi *Reddire ad bona*. Vide Bart. in l. consentaneum, & ibi Alex. in Apostill. C. Quomod. & quand. Iud. in fin. pen. col. qui concludit, quòd, etiam facta missione ex primo decreto, licere reddire ad personam, & sic contra istud capitulum, & vide etiam Bart. in l. Nemo carcerem, C. de ex actor. tribut. lib. 10. Paul. de Castr. in l. 4. in princ. ff. de re Iudicat.

B Sed quid, si debitor est obligatus in bonis, & persona, si fuerit expignoratus in bonis, an possit postea capi de persona, & Ritus istæ est clarus, sed pro hoc vide Paul. de Castr. in l. Quamuis, ff. de pignorat. action.

Ibi *Reddire ad personam*. Secus erat de iure communi, vt voluit Bart. & Alex. in l. consentaneum, C. Quomod. & quãd. iud. Paul. de Castr. in d. l. Quamuis, ff. de pignorat. action. Roman. consf. 133. & Dec. consf. 73. 2. col. vbi etiam vide,

C quòd quælibet nullitas, etiam promptuaria impedit capturam personæ, ad quæ vide scripta supra in cap. 117.

CAP. CXXIX.

IBi *De duplo*. Duplum verò, siuè fideiussionem potest petere quando creditor petit plus, quàm debet recipere, vide Angel. in Authent. de executorib. in princ. Et quando creditor præsumatur ignoranter petere debitum solutum, vi-

D de eumdẽ Angel. in Authent. de trient. & semiss. §. si quis autem.

Ibi *Si debiti solutionem*. Quid, si excipiat de compensatione, vel alia exceptione, an possit petere fideiussionem de duplo, vide supra in cap. 104. vbi hoc declaratur.

CAP. CXXXII.

IBi *Aliquid separatum opponat*. Quid si simpliciter fatetur debitũ, an tunc erit

E locus huic modo procedendi, vide Paul. de Castr. in l. 1. ff. de confess.

CAP. CXXXIII.

IBi *Summarias*. Sed an causæ miserabilium personarum, hic enumeratarum, criminales non recentes sint summariæ, nã obstat Rubrica, & capitulũ primum dictæ Rubricæ, in contrariũ potest adaptari

adaptari dictum Bald. relatum per Dec. conf. 122. quòd ista pars statuti respicit personas, & est magis specialis quàm sequens pars, quæ loquitur de criminalibus, & quæ est generalis, & respicit causas. Et quando dicatur causa summaria, vide Bart. in l. si quis à liberis, §. si quis, de liberis agnosc. Glos. & DD. in l. 1. C. Quor. legat. Glos. & DD. in Clement. sæpe, de verb. significat. & Glos. in l. 3. §. sciendum, ff. Ad exhibend. vbi enumerantur plures, & ponitur regula pro constanti, quòd omnes causæ sunt regulariter ordinariæ, exceptis aliquibus &c. vt voluit Paul. de Castr. in l. Iudices, C. de Iudit. Et Nota quòd licèt de iure cõmuni alię plures sint summariæ, tamen in Regno, stante Ritu erunt ordinariæ, quia est correctorium Iuris communis, & perstringit causas summarias ad certã expressam dinumerationem, arg. §. actionum, Institut. de actionib. nisi dicas, quòd sunt exempla, quæ non restringunt regulam, sed non puto per prædicta, tùm etiam quia in summarijs non datur regula determinans quæ causæ sint summariæ, sed particulares determinationes, quæ poterunt causari, & reduci ad numerum hic expressum, maximè cùm regula sit in oppositum, vt omnis causa sit ordinaria, vt dixi, sed tu subtilis adde, & cogita, Item causæ fiscales de iure sunt summariæ, l. pen. & ibi Bart. C. de còuen. fisc. deb. lib. 10. Item causæ publicarum functionum, l. 1. C. de exact. tribut. lib. 10. Item causa possessoria, vt notatum est infra in alia apostilla, & alię plures, de quibus per DD. in locis prædictis, & per Bart. in extrauag. ad reprimend. in verb. summariè. Item quò ad quid, & propter quid dicuntur summariæ, vide Paul. de Castr. in l. Qui bona, §. pen. ff. de damn. infect. Dic etiam, quòd fauore causarum summariarum est introductum, quòd licèt libellus dubius, vel generalis nõ debeat admicti parte opponẽte per tex. in l. fin. de libell. oblat. tamen in causis summarijs est admictendus Ias. in l. ędita, 2. not. C. de ędend. per cons. Alex. 187. in 4. vol. Contrarium tamen communiter tenẽt Modern. in d. l. ędita, pro vt sunt Dec. Franc. Curt. & Franc. de Rip. & Alex. cons. 32. lib. 4. Quid si per rescript. Principis prouideatur, quòd causa sit summaria, an debeat lis contestari, dic vt per Bart. in extrauagant. ad reprim. in verb. summariè, & clement. sępe, de verb. signific. & Corn. cons. 292. 3. vol.

Ibi *Causa breuiores*. In istis causis vide Mathesil. not. 1. & probatio per vnum testem idoneum intelligitur plena probatio, & non est necesse deuenire ad iuramentum, & ita etiam fama probat.

Ibi *Inter officiales Regios*. Ad intelligentiam istorum verborum, vide pulchrè Paul. de Castr. in cons. 126. in princ. in 1. vol. in nouis, & quæ scripsi infra.

Ibi *De dote promissa*. Dic, quòd causa dotis est summaria quò ad dilationes resecãdas in eius iuditio, non autem quò ad substantialia instantiæ, Glos. est de hoc singularis in l. 1. & ibi Bald. notat ff. solut. matrim. & Bulgar. ibi adducit aliqua media ad probandum quòd causa dotis est summaria.

Ibi *Pupillorum, & viduarum*. An, & quando pupilli, & viduæ connumerentur inter personas miserabiles, vide Alexan. cons. 121. vol. 1. col. vlt. Et dic, quòd in miserabilibus personis Iudex potest ex officio suo ad commodum miserabilium personarum procedere, & potest ex officio suo procedere, & supplere quod parte petente nõ potest, vide Alex. cons. 5. vol. 2. col. vlt. Sed quæ dicantur veræ viduæ in ista materia, vide Felyn. in cap. significãtibus, nu. 8. de offic. deleg. Item supple, viduarum, scilicet honestarum, Felyn. ibidem, & quæ dicantur personæ miserabiles, vide Alber. in prim. part. statut. q. 3. & q. 111.

CAP. CXXXIV.

IBi *Diuidere*. Non autem remictere, cùm sit forma, secundum DD. in cap. Dilecta, de rescript. Scias tamen, quòd si vna pars cędit termino suo, statim cędit dies alterius, Bald. in l. fin. 1. col. in fine, C. Qui admict.

CAP. CXXXV.

SEd An sit necesse in isto spolio, ita priuilegiato apponere tempus spoliationis in libello, vide Pract. Papiens. in form. libell. spol. possess. & Bald. cõs. 217. 2. col. & Afflict. decis. 250. Alex. cons. 6. in 3. vol. Felyn. in cap. 1. de lit. contest. nu. 9. vers. fallit tertio, vide Ias. in l. ędita, nu. 22. C. de edend. Guid. Pap. singul. 161. Quot modis quis dicatur spoliare, vide Geminian. in cap. sciant cuncti, de elect. in 6. & apostillam in eo impressam. Et An in causa spolij lis contestetur, vide Corn. cons. 282. vol. 3.

Ibi *Constito*. Intelligitur parte citata, Clement.in præsenti,cum Glos. de Censib. Et quid, si non constat, & intentans spolium, per calumniam differt, vt impediat aliud iuditium, vel non curet liquidare fructus, vel expensas, practica est, vt præfigatur terminus, vide Abb.in cap.fin. col.3. de ordin.cognit. facit tex. in cap. frequens,de Restit.Spoliat. lib.6. quod an procedat de iure ciuili, vide ibi scripta super textu, sed an sufficiat constare per vnum testem, vide Mathesil. not.27. Quis autem dicatur aduersarius, vide Felyn. in cap.1. de iudit. not.Barb. in tract.de testib.in princ.nu.4.& de quo in Ritu. Quis autem audiri non debet est ille,contra quem petitio restitutionis, & spolium dirigitur, quia ille dicitur venire ad defensionem, contra quem petitio dirigitur, Bart. in l. si de pupillo,§.1. & Alexan.in l. in prouintiali,§. in publico, in vlt. col. de oper. nou. nunt. Bart. in l. defensionis facultas, per illum tex. C. de iure fisci,lib.10. Tertius verò dicitur venire tamquam actor, Anchar. cōs. 333. & sic debet audiri, Felyn. in capit. veniens, de testib. quoniam Ritus loquitur de eo, qui defensione vti velit, pro vt verba sonant,&verbum defensio nunquam trahitur ad impugnationem, siue ad offensionem, casus est, vbi Innoc. & Alij, in cap. cum inter, extra de except.

Ibi *Defensionibus*. Accusare enim testes de falso non est defensio, Lud. Bolognin. cons.35. & adde huic cap. scripta per me supra cap.4. Regis Frider. & An à remedijs spolij possit appellari, vide Imol. in l. fin. §. si iussu, in fine,post Angel. ibi, ff. de Appellat. & Bart. in l.2. ff. de Appellat. recipiend.& Bald.in l.1. C. si de moment. possess. Ias. in l.1. C.de bon. possess. Sed an retentio dicatur defensio, & possit habere locum in spolio, vide Cępoll. cons.59. incip. visa facti serie cum cons. seq. & dicas, quòd si quis vult fundare spolium per retentionem aduersarij, si retentio est legitima, quia non fundatur spolium, habet locum retentio, sed si spolium fundatur aliunde, quàm per retentionem, non admictitur retentio.

Item, an spoliator admictatur ad cessionem bonorum ante restitutionem factam, vide Decis. Rot.554. sub Rubr. de cession.bonor. Et adde, quòd statutum, tollens defensiones, debet intelligi de ciuilibus, non autem de defensionibus, quæ sunt iuris naturalis,Marsil.cōs. 81. 3.col. vol.2. Adde etiam, quòd statutum disponens quòd quis nō audiatur in defensionibus suis in criminalibus non valet, etiam de plenitudine, potestatis, Marsil. ibidem, in fine col. & ibi etiam dicit, quòd appellatio est defensio, & sic admictitur in spolio.

Ibi *Si verò*. Quid, si aliquis ante spolium agat, an perpetuet bimestre, vide scripta supra cap.112. super verbo, ex tunc, dum loquitur de quindena. An autem currat bimestre impedito, determinatur per Glos. in l. contra maiores, C. de inoffic. testam.

Ibi *A die scientię*. Vide Glos.in cap.2. & Glos. in cap. diuersitate, de concess. prębend.& tex.valde notab. & ibi Bald. & Scribentes in l. Annus autem, ff. de calumniat.

CAP. CXXXVII.

IBi *Reseruentur*. Nisi sit exceptio iuris, & de iure, ita singul. dicit Bald. in l. postquam liti, 11.col. C. de Pactis, vbi ponit triginta exceptiones impedientes processum, & primum dictum sequitur Brun. in tract. statut. in verb. Allegatio.

CAP. CXXXVIII.

IBi *Non potest appellari*. De iure communi vide in cap. cum sit Romana, in princ. de appellat. & quòd imò pereat. Adde, quòd, appellatione remota, respectu personæ annexæ, seu consortis eiusdem litis etiam procedit, vt pulchrè concludit Marsil. cons. 84. vol. 2.

CAP. CXL.

IBi *Appellabilis*. An electa vna via, sit alia præclusa, vide Glos. in verb. partibus, in Clement. sæpe, & ibi Scribentes,de verbor. significat. Rom.cons.113. Sed quid è contra, si causa erat summaria, & fuit processum ordinariè, Dic, quòd non appellatur, cùm de sui natura non sit appellabilis. Quid autem, si erat procedendum summariè, & fuit processum ordinariè, & ineptè, an sententia erit nulla, vide Felyn. in cap. examinata, de Iudit. post nu.26. & vide etiam Margarit. Bald. in verb. Actio, §. agere, Ias. cons.2.vol.3. in fin. & Glos. in Clement. Sæpe, de re Iudicata, Bald. in l. Nullum, circa finem, de leg. & Anchar. cons.78.

CAP.

CAP. CXLI.

IBi *Delictum est recens*. Vide supra in cap. 102. & vt delictum dicatur recens, dantur isti duo menses ad accusandum, & proposita accusatione possunt presentare quandocunque, etiam post bimestre, quia agitur in recentibus, & ita est in obseruantia, & ita fuit interpretatum, & dicit à diè scientiæ delicti, quia proposita semel accusatione infra bimestre à die scientiæ delicti, iam agitur de crimine recenti, & adde, quòd absentia Rei, vel contumacia facit, vt delictum non definat esse recens, Bart. in l. Diutino, ff. de Pęnis, & Alber. ibi.

Ibi *Vel prestat*. Quid, si fideiussor pro aliquo meleficio datus moriatur, an extinguatur fideiussio ita vt non transcendat ad hæredes sicuti non transit actio personalis, Dic quòd non, vide per Aretin. in §. fideiussor Institution. de fideiuss. Hoc tamen quòd accusatus carceretur, vel præstet intelligitur secũ- C dum Constitut. Humanitatem.

Ibi *Fiet apertura*. Scias tamen, quòd publicatio non est de ordine substantiali, nec eius omissio reddit processum nullum, Bart. in l. Prolatam, C. de sentent. maximè parte non contradicente, Felyn. in cap. Cum I. & A de re iudicat. col. 2. nu. 1. 2. 3. & 4. Adde, quòd post conclusum in causa non potest quæri de publicatione non facta, nec prætextu publicationis potest rescindi conclusio, Feyn. ibidem, in 3. col. post Egid. quem D allegat in Decis. 552. vbi vide omnino.

Ibi *Ad defendendum*. An Reus in criminalibus possit renuntiare exceptionibus suis, & defensionibus, Dicas, quòd non, Glos. est notab. in l. Pactum inter hæredem, ff. de Pactis, vbi dicitur quòd in criminalibus nõ potest renuntiari exceptionibus, & defensionibus, per tex. in l. 3. ff. de liber. caus. & in l. Non tantum, ff. de appellat. quod procedit nedũ si fit expresè, sed etiam tacitè, videlicet per conclusum in causa, nam conclusio E in causa & renuntiatio probationum idẽ sunt, vt notat Bald. in Auth. Iubemus, C. de Iudit. & Glos. in cap. cum dilectus, de fide instrument. Imò dicit Bart. in l. 1. §. si quis vltra, in fine, de quæstionib. in 3. not. quòd in causis maleficiorũ possunt recipi testes, etiam post conclusum in causa, & etiam post publicationem, vide ibi per eum, & in Addition. & per Ias. in d. l. Pactum inter hæredem, & dictum

A Glossæ in d. l. pactum, procedit etiam si interuenerit iuramentum, secundum Bald. in l. vnic. de confessis, & Bart. in l. sed si quis, §. constitutum, ff. si quis cautionib. 4. col. Imò dicit ibi Ias. quòd si reus renuntiaret omnibus exceptionibus, & defensionibus, tamen quilibet de populo posset comparere pro eo, l. Non tantum, C. de appellat. & vide ibi per Ias. qui dat vnam practicam, & Felyn. in capit. si diligenti, 1. col. de for. competent.

B Ibi *Et reprobandum*. Et sic nota, quòd de Iure Ritus post aperturam admittitur testium reprobatio, quòd non erat de iure communi, vide tex. in cap. Presentia cum sua materia, de Restitut. in antiquis.

Ibi *In carceribus*. Adde, quòd accusatus debet pristinæ libertati relaxari, non solùm post sententiam absolutoriam, sed etiam ante, postquam costat per probationes ipsum nõ deliquisse, Roman. Singul. 490.

CAP. CXLII.

IBi *Carcerari*. Quid sit de iure communi, & quot species custodiæ, & carris, & vinculandi reperiantur, vide per Angel in l. Nullus, C. de exhib. reis.

CAP. CXLIII.

ADde, quòd in omnibus causis, in quibus possunt recipi testes lite non contestata, non requireretur publicatio, Ias. in l. 2. C. de edend. col. penult. vbi plura de materia, & ponit rationem quare requiritur publicatio testium, & ratio putà, quòd propterea non fit publicatio super informationibus, quia possunt recipi, & recipiuntur lite non contestata.

CAP. CXLIV.

IBi *Ex clausula generali*. An stante ista clausula concedatur restitutio ex negligentia, lata culpa, vel supina ignorantia, vide Bart. in l. seruo inuito, §. cum Prætor, ff. Ad Senatusc. Trebell. Alex. cons. 21. in vlt. col. vol. 1.

Ibi *Post conclusionem*. Concluditur ergo in criminalibus de Iure Ritus, de Iure autem cõmuni quid erat, vide Bald. in l. 1. in 4. col. C. de condict. indeb. Angel. in tract. malefic. in verb. Qui Iudex proces-

processum publicauit, & Alios quos pro, A & contra refert Afflict. in Constit. Hac lege, in col. fin. vbi vide bonam Glossam ad materiam.

Ibi *Non aliter*. Quid in alijs terminis restitutorijs, Dic quòd tunc est communis, etiam si Reus nolit eo vti, ita inquit Bald. in l. fin. in 7. q. ff. de ferijs.

CAP. CLXV.

NOta, quòd in causis criminalibus B Minor mitius punitur, etiam stante pęna statuti, Aret. cons. 130.

Adde, quòd sicut priuatus in priuatis, & publicis causis admictitur ad accusandum, ita fiscus, quando principaliter sua interest potest accusare, Isern. in Constitut. Benefitium, de restitut. Reipubl. quem vide omnino. Quid in crimine Vsurarum, vide tex. & Scribentes in Constitut. Vsurariorum, & in cap. Regis Alphonsi cart. 236. sub Rubr. de Cōuen. crim. & quæ ibi dixi. C

Adde, quòd licèt in priuatis delictis non possit quis accusare, nisi is, qui principaliter offenditur, & cuius principaliter interest, tamen fallit vbi venit pęna pecuniaria applicanda fisco, quia, licèt crimen sit priuatum, potest tamen quilibet de populo agere, Item fallit, vbi pęna nō concernit certam personam, vt in Blasfemia, apportatione armorum, & similibus, Angel. de malefic. in verbo, nec non ad quærelam, vbi etiam vide, quid in publicis Iuditijs per regul. & D fall. & vide Bald. in Rubr. C. qui accusar. non poss. & scripta in l. de crimine, eod. tit. & in Rubr. de publ. Iudit. vbi etiam an forensis possit accusare de delicto seu crimine publico. Adde, quòd solet quęri, An remictente parte sequens astrictior possit iterum accusare, & prosequi, vide Anchar. cons. 49. Adde etiam, quòd fiscus magis est dominus causæ capitalis, quàm ipsi litigantes, Bald. in l. Minimè, in fin. C. de appellat. Quis dicitur contumax, quando citatus non comparet, E & eius contumacia est incusata, quæ duo copulatiuè requiruntur ad hoc, quòd parte cedente acquiratur ius fisco, quia non diceretur absens, vide in l. Denuntiasse, §. quid ergo, ff. de Adulter. & l. Properandum, §. si quidem, vbi Alex. & Ias. C. de Iudit. & extat Constitut. Post citationem, sub Rubr. vt lit. non contest.

CAP. CXLVII.

ADde casus, in quibus fiscus etiam non miserabilibus potest assistere, In capit. 359. Regis Alphonsi. Adde etiam, quòd ex hoc videtur, quòd, possit assistere mercatoribus, & alijs exteris, quia sunt miserabiles personæ, Felyn. in cap. significantibus, col. 2. in fine cum alijs, quæ scripsi in cap. Accedens, el 2. Vt lit. nō contest. maximè vbi agitur de nece exteri, vt expresè cauetur in capit. Regis Alphonsi, & benè nota.

CAP. CXLIX.

IBi *Nefandi*. Cogitur per Capit. 430. Regis Alphonsi, & vide l. si Barsatorem, C. de fideiussor. & ibi per DD. Alexan. cons. 24. vol. 2. vide etiam Alber. in 2. part. q. 115.

Ibi *Quilibet de populo*. Sed an tunc admictatur ad accusandum minus legitimus, vide Bald. in Rubr. C. Qui accus. non poss. col. 3. vbi adducit hæc, & demum concludit, quòd si illegitimus est talis iure naturali, vel diuino, & tunc nō admictitur vt quia esset infans, vel excōmunicatus, si verò iure ciuili, & tunc videtur cum eis dispensandum, arg. eorum quæ not. in simili per eumdem in l. si quando, C. de inoffic. testam. nisi essent inhabiles per delictum, vt bannitus pro delicto, quia non admictitur, secus pro debito ciuili, quia tunc non habetur pro mortuo, & est integrę famæ, & status, l. fin. C. de requir. reis, & ibi probatur Item an forensis comprehendatur in istis verbis, videas ibidem, & Alex. in l. In prouintiali, §. fin. de oper. nou. nunt. & vide tex. in Authent. de Constitut. Princip. & vide not. per Bart. in l. si non speciali, C. de Testam. Et an contineatur forensis appellatione Patriæ, vel Terræ, & in dubio quilibet præsumitur popularis circa offensam cōtra Deū, & quòd accusans de iniuria facta contra Deum dicitur prosequi iniuriam propriam, nec tenetur se subscribere, vide omnia per Angel. in §. fin. in Authen. Quomod. oport. Episc.

Ibi *In flagranti crimine*. Quomodo intelligatur, vide Andr. de Isern. & Afflict. in Constitut. Iustitiarij non per calendas. Et scias, quòd non potest siue per officiales, siue per Priuatos consanguineos, & tamen differentia est in ordine procedendi, quia si capitur per priuatos, non potest procedi ad inquisitionem

fine

sine accusatore, sed requiritur accusatio, nisi, crimen sit notorium, & euidens: si verò per officiales potest procedi absque accusatore per inquisitionem, vt hic dicitur, ita Isern. & Afflict. in Constitut. Humanitate, vbi declarat, & distinguit quomodo intelligatur hoc notorium, & quis erit ordo procedendi, an ordinariè, vel ex abrupto, & an captura in flagranti sufficiat ad torturam, & an capientes in flagranti possint esse testes contra captum, & alia plura vide ibi.

Adde, quòd modus procedendi erit in exequendo, & non in sententiando, vide Episc. Pactens. in Rubr. de hæreticis, & vide Felyn. in cap. cum non ab homine, de Iudit. nu. 11. qui ponit quando in isto casu debet dari terminus, ad se defendēdum, & quomodo procedatur, vide Afflict. in Constitut. Iustitiarij non per calendas, nu. 5. Angel. in l. Ictus fustium, ff. de his qui notant. infam.

Ibi *Processum conficere*. Per ista verba in Regno non habet locum quod voluit Mathesil. not. 53. vbi voluit, quòd quādo apparet Reum esse in Iuditio cōfessum, legitimè potest condemnari, quāuis totus processus sit ineptus, quoniam ratio est, quòd sola confessio sufficit, & non militat stante Ritu, per quem habetur, quòd contra confessum fiat process.

CAP. CLIV.

IBi *Pęna adiecta in contractu*. An, & quando quantitas promissa in casu cōtrauētionis intelligatur promissa nomine pęnę, vel interesse, vide Ias. in §. cato, l. 4. ff. de verb. obligat. & Alios ibi, secus de iure communi, l. Ita stipulatus, la grande, ff. eod. tit. Imò etiam ad hæredes transibat, & ad hæreditatem pasfiuè iacentem, l. sciendum, ff. de Nautic. fęnor. l. Ad diem, ff. de verb. obligat. & not. in l. 1. ff. de Priuat. delict. & l. 1. C. Ne ex delict. defunct. Adde etiam plures casus, vbi etiam de iure pęna non exigitur, prout in Curia mercatorum, quia non interest, Aret. in d. §. Cato. Item an pęna committatur vbi vir contrahit matrimoniū sub pacto, vt moretur in ciuitate, vnde vxor est oriunda, si cōtrauenniat, vide Abb. in cap. 1. & Scribentes, Qui matrim. accus. poss. Et an in pęnis attendatur interesse, vide Ias. in l. Pretor ait, in col. fin. ff. de oper. nou. nunt. Adde quòd pęna pecuniaria pecuniæ adiecta videtur in fraudem vsurarum, l. Iulianus, §. Idem Papinianus, ff. de Action. empt. & ideo quando non interest, non potest exigi, Aret. vbi supra, & Isern. in Constitut. Vsurariorum.

Nota, tamen, quòd Ritus non habet locum in priuationibus, quæ veniunt ex natura contractuum, cùm tales priuationes non dicantur pęna, Bellon. cons. 54. num. 10.

Ibi *Ius commune seruetur*. Et exigatur, l. si quis maior, C. de transact. An autem procedat etiam in compromisso necessario vigore statuti, vide Ias. ibi 4. col. in 5. not. qui in fine col. dicit, quòd istę pęnę conuentionales succedunt loco interesse, & per iuramentum possunt duplum transcendere, de quo tamen vide omnes in l. 1. C. de Sent. quæ pro eo quod Inter. & an procedat in cōpromisso necessario, vide etiam Marsil. in l. 1. §. præterea, 5. col. in fine. De quæstionib. Adde, an & quando pœnę conuentionales peti possint, Roman. consi. 43. vbi etiam habes cautelam, vt omnino exigatur, scilicet ponendo in contractu inductum per statutum, vel consuetudinem in illo, vel simili casu.

CAP. CLV.

IBi *Cum extractione armorum*. Quid, si ante cępisset inquiri de extractione armorum, quàm superueniret actio, an tollat inquisitionem iudicis, vide Bart. in l. si maritus, §. si autem extraneus, ff. de Adulter. & de materia vide Roman. Singul. 562.

Ibi *Vnica pęna debet puniri*. Et sic pęna armorum cōfunditur cum pęna delicti, rationem ponit Bald. & Scribentes in l. Aduersus, C. de furtis, vbi etiam quid in pręparatorijs aliorum criminum, an puniatur pęna delicti, vel alia diuersa pęna. Quid si fugiens proiecit arma intra, & postea capitur à familia, an dicatur captus cum armis, Bald. dicit quòd sic, in l. 1. §. Iulianus, ff. de ędilict. ędict. Et an cōfundatur pęna, maximè quando est maior, vide Salyc. in l. qui crimen, col. fin. C. de Accusat. vbi collige an sit opus, quòd sit vna pęna puniēs, vel quòd non, cùm sit vna actio, l. Illud. §. fin. ff. Ad leg. Aquil. quam ponderat Salyc. vbi supra, & adde Alber. Brun. de statut. in verb. Arma, & latè Afflict. in Constitut. si quis aliquem, post Isern. in d. loco, vbi, & ibi supra multa videbis, & an pro tribus alapis vna sit pęna, vide Albert. Brun. vbi supra, vers. alapa.

CAP.

A

CAP. CLVIII.

IBi *Solùm Deum vltorem habeat*. Sed quid, si iurasset per Principem, vide Alex. in l. si duo, §. fin. ff. de iur.iurand. & Petr. de Bellapert. in repetit. l. Beneficium, ff. de Constitut. Princip. nu.1.

CAP. CLIX.

IBi *De Sanguine*. An sufficiat gutta sanguinis, vide Bald. in l. si prædium, B 1.col. C.de euict.& not.per Abb. in cap. Cum illorum, De sentent. excommunicat.& per Aret.in tract.Malefic.in verb. sanguis exiuit, & adde quæ habentur in Additt. ad Alex. in Rubr. ff. solut. matr. super liter. B.

Ibi *Citatus*. Quid, si trina citatio requiratur pro forma, an isto casu sufficiat vna pro tribus, vide Bald. in l. cessante, in vlt. col. C. quomod. & quand. Iud.

Ibi *Post triduum*. An si banniretur in C triduo, vel ante, & nihilominus ipse persisteret in non comparendo vltra triduũ, an valeat bannum, & an tempus in isto capit. suppleatur à lege, vide Alex. in l.4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. Bald. in l.1. C. de requir. Reis, & in l.2. C.Qui accus. non poss.

Ibi *Nisi purgato banno*. Et cancellato, aliàs semper durat effectus banni, nõ soluta purgatione, Bald. in l. Labeo, §.1. in fine. ff. de Pactis. Quid si delictum fuit recens, à quo tempore currat bimestre, D Dicas à die notitiæ, per l. Annus, ff. de Calumniat. & not. in l. semper, §. hoc interdictum ff. Quod vi aut clam. & not. in l.1.§. occisorum, ff. Ad Senatusc. Syllan. ac per not. in l. genero, ff. de his qui not. infam.

Ibi *Iuxta Iuris dispositionem*. Quid erat agendum de bonis, si non expressum fuisset per Capit. & Constit. Regni, vide Bald. in l. Gallus, §. & quid si tantum, in 4.col. ff. de liber. & posth. Et quid si ea acquirit post condemnationem, vide ibidem, sed quid, si statutum auferat bona, E an iste, cui bona sunt ablata, si fuerit restitutus, ea recuperet, vide eumdẽ, Bald. in d. §.pen.col. circa medium. Et an fructus, interim percepti debeant restitui, vide Alex. in d.§. Et ad quæ bona extendatur, vide Alex. in l. si plures, §. arrogator, 2. col. ff. de vulg. & pupill. vers. quantumcunque, & adde Bald. in l.Qui crimen. C. qui accus. non poss.

CAP. CLX.

IBi *Vel citatus*. An sufficiat vnica citatio, vel requiratur trina, vide Bald. in l.3. col.3. vers. octauo quæro, C. Qui accus. non poss.

Ibi *Non bannitur*. Quid, si est bannitus exinde, quem promisit fideiussor presentare, an & quando fideiussor teneatur, vide Alber. in l. si decesserit, num. 13. ff. Qui satisd. cogant. & in l. sed & si quis, nu.3. ff. si quis caution.

Ibi *Sed fit exequutio*. Sed an in criminalibus competat fideiussori beneficium excussionis, vide Rom. Alex. & Moder. in l.2. §. si quis, in fine, ff. Qui satisd. cogant. qui dicunt quòd non, & Afflict. in Constitut. Humanitate, 4.not. vbi vide omnino pro executione causanda. Sed an mora sit purgabilis ante solutionem, vide tex. in l. Sancimus C. de fideiussorib. & in l.& si post tres, ff. si quis caution. & Bald. in l. Qui crimen, col. fin. C.Qui accusar. non poss. vbi plura alia in materia decidit, & vide Bart. & Modern. in l. Insulam, ff. de verb. obligat. Adde, quòd beneficium excussionis hodie est sublatum, per Constitut. si ciuiliter agẽs, vbi Afflict. in 3. col. & ad materiam vide in l. Sancimus, per illum tex. C. de fideiussorib.

CAP. CLXII.

INtellige tamen hoc Capitulum, si deuenerit in posse Curiæ pro causa, pro qua illi fideiusserunt, aliàs secus, Afflict. Decis.130. nu.5. & ita disponitur per Capitulum 426. Infra.

Ibi *Si deuenerit semel*. Quid, si Iudex elargat Reo fideiussionẽ, vt possit ire per Mare sine nouo consensu fideiussoris, an sit facta nouatio, & fideiussor liberetur, vide scripta supra in cap.110. An autem mora fideiussoris sit purgabilis, Ritus in precedenti capitulo dicit *Quandocunque* sed vide tex. & Doct. in l. Sancimus, C. de fideiuss. Glos. & Doct. in l. & si post tres, ff. si quis cautionib.

Ibi *In posse Curiæ*. Sed pro eadem causa, secus si pro diuersa, Afflict. in Constitut. Humanitate, col.5. & aliter etiam limita, vt per Afflict. Decis.130. & Angel. in l.2. §. qui exhibendi, ff. de custod. reor. vbi etiam, an per bannum ante lapsum termini iniunctionis Reus dicatur esse in fuga, adeò quòd fideiussores dicantur liberati, sed intellige de banno,

scilicet

scilicet statuto Italiæ, & non de banno purgabili in Regno, vide infra cap.426. Regis Alphonsi.

Ibi *Aufugerit à carceribus*. Vide Bald. in l. Qui crimen, 11.quæst. C. Qui accusar. non poss.

CAP. CLXIII.

IBi *Dicatur esse in fuga*. Vt l. si quis fugitiuus, per tot. & maximè in §.Labeonem, ff. de ędilict. ędict. & ibi per DD. & in l. contra pupillum, §.1. ff. de re Iudicat. Afflict. in Constitut. Clementiæ, nu. 3. Paris. in verb. Fuga officialis, §. an iudex. Felyn. in capit. Pastoralis, §. cum autem, pen. col. de offic. delegat. Bart. Roman. & Modern. in l. Admonendi, ff. de iur. iurand. dum tractant de Fugæ materia, & in l. Lex Cornelia, ff. Ad Senatusc. Syllan. Bald. in l. Addictos, C. de Episc. & cleric. Sed quid, si Reus à vinculis, vel à custodia aufugerit, seu à carcere ad maius Tribunal, an ex hoc possit puniri, & haberi pro confesso ex forma statuti, pro vt est in Aragonia, vide tex. elegantem in l. Capitalium, §.ad statuas, ff.de Pęnis, & in l.1.ff. de his qui ad Eccles. confug. Et obtinui de facto quòd non in Curia Cęsaris, sed de hoc est decisio Guid. Pap. de appell. in fin. in vlt. quæst. de qua non meminit Montaltus hic, & ad materiam vide tex. & Scribentes in capit.cum parati, de appellation. & Scribentes in d.§.qui ad statuas. Adde quòd fugiendo ad Regem nō dicitur quis purgare moram, seu contumaciam, etiam si fuerit admissus, nisi dispensetur expresse, vt Constitut. Imperialis, & ibi Afflict. in 3. notat. An si fugiens statim capiatur à familia noceat sibi fuga, & an possit vt fugiens puniri, licèt fuga non habuerit effectum, Bald.dicit quòd sic in l.1. §. Idem Iulianus, ff.de ędilict. ędict.

CAP. CLXIV.

IBi *Et se eximere*. An in ciuilibus fideiussor possit petere se eximi ab obligatione, sicut hic in criminalibus, vide tex. Glos. & DD.in l. Lucius, cum l. seq. iuncta Glos. in verb. condemnatur, ff. mandat. quæ enumerat casus, in quibus fideiussor potest petere se eximi ab obligat.

Ibi *Liberare*. Adde, quòd quando nō interest Reum presentari, pęna non potest exigi à fideiussoribus, & plura alia ad hoc propositum vide per Aret. in l.eadē, §. Cato, ff. de verb. obligation.

A

CAP. CLXV.

IBi *Tribus vicibus*. De iure autem communi nisi bis tantùm, Ang. in l.2.§.qui exigendi, 2. col. de custod. reor. vide tamen pro limitatione, & declaratione Alexand.in l. si finita, in princ. ff. de damn. infect. & vide omnino tex. in l. si duo, §. fin. ff de Arbitr. & in l. cum quærebatur, ff. Iudicat. soluend. Quid si fuerit dictum quandocunque, vide Crem. Singul. 11.& B in l. si ita stipulatus, ff. de verb. obligat. Angel. cons.278. col.6. & Ias. in l.1. ff. si quis in ius voc. non ier. col.1.

Ibi *Toties quoties*. Quid de clausula semel, & plures, vide Bart. in l. Quid si tantum, ff. de Arbitr. & ibi Addit. & declara toties quoties, iuxta tex. & Doct. in l. si duo, §. fin. eod. tit.

Ibi *Durante instantia*. An autem post sententiam, & sic finita instantia possit agi, Istud capitulum sentit quòd non, de iure autem communi erat contrarium, C de quo per Bart. in l. si quis reus, ff. de custod. reor. & Alexan. in Apostill. in l. Grece, §. post litem, ff. de fideiussorib. & per Doct. in l.2. §. fin. ff. Qui satisd. cogant.

CAP. CLXVI.

IBi *Stuprum sine raptu, & violentia*. Adde quòd qui conatus fuit corrumpere virginem immaturam non punitur ad mortem, Bald.in l.1.in 2.lect. ff. Quod D quisque iuris. Quid autem sit de iure cōmuni in stupro sine raptu, & violentia, vide Mathesil. not. 100. Quid si committit stuprum cum violentia sine raptu, quod potest committi, Alber. in 3.part. statut. quæst.31. dicit quòd punietur pęna à Iure communi statuta. Item nota, quòd si per vim extrahatur aliqua mulier, quæ non sit in alterius potestate, sed sit sui iuris, delictum non potest dici raptus, Alber. in 3. part. statut. quæst.66. Sed quid si stuprum fuerit cōmissum sine vio- E lentia cum dolosa persuasione, De iure punitur ac si cum violentia, Salyc. in l. vnic. in fin. C. de Raptor. sequitur Cassan. cons.40. in fin. vide August. ad Angel. in tractat. malefic. in verb. Che mi hai adulterato, & vide Bermond.in tract. de Concub.in tit.de stupr.ac etiam Bald. Alb. & Fulg. in l. Raptores, C. de Episc. & cleric. Et de qua violentia intelligat Ritus, vide Bart. in l.1.in fin. ff. Ad leg. Iul. de vi publ.

CAP. CLXVIII.

IBi *Reficiuntur omnes expensæ*. Vide Bald. in l. qui crimen, col. pen. C. qui accus. non poss. nisi pars quàm primùm cesserit vt hic, aliàs eo tempore, quo litigauit, reficiet expensas, Bald. vtrumque dicit in Auth. contra qui propriam, in 2. not. vers. fin. C. de non numerat. pecun.

Adde, quòd de iure communi victus victori licèt in expensis condemnetur, hoc est verùm non iure actionis, sed officio iudicis nobilis, vide Bart. in l. Terminato, de Fruct. & lit. expens. & Alex. in l. Paulus, ff. de re iudicat. tamen per istum Ritum est dicendum, quòd victus victori tenetur ad expēsas iure actionis, hoc est condictione ex hoc statuto, quia Ritus iste loquitur per verbum obligatorium, & condemnatorium, ita Bald. in d. l. Terminato, prope fin. secus quando verba referuntur ad iudicem, vt ibi per eum, quod est maximi effectus, secùndum ea, quæ habentur ibi in Additt. ad Bart.

CAP. CLXIX.

IBi *A sententijs*. Idem in Interloquutorijs, licet hic non dicatur, & malè, per doctrinam Bald. in l. si ex causa, §. nūc videndum, ff. de minorib. & ideo per Illustr. Dominum Viceregem fuit ex equitate prouisum vt in habentibus vim diffinitiuę solùm sit locus contrario Imperio, & de hoc fuit facta nota in Archiuio M. R. C. & ita obseruatur.

Adde, quòd de iure videtur, vt intelligatur tantùm de diffinitiua, Marsil. cons. 80. vol. 2. col. 2. & 3. quem vide omnino, & restringe hoc statutum non in sententijs nullis, sed validis, Item non procedere vbi grauamen, nullitas, vel iniustitia esset notoria, vt per plura Marsil. cōs. 8. in vlt. dub. addens in col. fin. quòd statutum, tollens indistinctè appellationem, non valet, & allegat infinitos, & idem facit in cons. 84. 1. col. eod. vol. Adde, quòd de iure communi non est locus appellationi in casu l. Quoniam multa facinora, vbi vide Glos. & Doct. Adde etiam, quòd potest appellari ab interloquutoria, item à sententia ferenda propter executionem irreparabilem, Bald. in tractat. statut. in verb. appellatione, vide eum omnino, & nota, pro cauthela, sed in contrarium facit, quòd in criminibus maximè capitalibus non potest appellari, nisi post sententiam, l. eos, §. super his, C. de Appellat. vbi vide Glos. & Scribentes.

A Ibi *Admittatur appellatio*. An Princeps possit tollere appellationem, examinant DD. in Rubr. extra de appellation. sed an admittatur supplicatio, seu reclamatio, vide Afflict. in prelud. Constitut. in quæst. princip. & quomodo debeat formari, vide ibi, & Paul. de Castr. in l. si quis, C. de Præcib. Imperat. offer. vbi firmat, quòd remittatur reuisio, seu supplicatio vbi prohibetur appellatio propter dignitatem supplicantis, vt hic propter preheminentiam M. R. C. cogi-

B ta tamen, sed Bald. in l. si ex causa, §. nūc videndum, ff. de minorib. ait, quod stante statuto, quòd in causis criminalibus non admittatur appellatio, intelligitur quando per sententiam deciditur totalis, secus in interloquutoria, quæ totam litem non dirimit, nam tunc potest appellari, non obstante statuto, idem tenet Albert. ibidem.

Quid, si vnus Iudex, M. R. C. iudicauit, an erit causa appellabilis, vide Purp. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est Iur.

C nu. 55. qui tenet quòd sic, vide, & cogita, quia notatu dignum, & nouum, & vtile in causis in officio Inquisitionis, vbi vt plurimum proceditur per vnum Iudicem, & proceditur in omnibus sicut in M. R. C.

CAP. CLXX.

IBi *Ciuiles leges*. Vide in l. 1. & 2. C. Quæ res export. non deb. & adde Bald. per illum tex. in l. 1. C. eod.

D CAP. CLXXI.

IBi *Datur terminus*. Et quod semper censeatur peremptorius, Bald. in l. fin. ff. de ferijs, in tantum quòd licèt partes possint hunc terminum prorogare dum durat, non tamen possunt facere, quòd testes producti post terminum habeantur pro productis in termino, vide Isern. in Constitut. Appellationum tēpora, 4. col.

Ibi *Publicatio*. Quare requiratur te-

E stium publicatio, & in quibus casibus probent absque publicatione, vide Ias. in l. 2. col. pen. C. de edend.

CAP. CLXXII.

IBi *Concurrent*. Vide text. Glos. & Doct. in l. 1. C. si in vn. ead. caus. & l. 1. C. de Consort. eiusd. lit.

CAP.

CAP. CLXXIII.

IBi *Instrumenta*. Quæ si pars differet præsentare, vt tollatur beneficium reprobandi, practica est, vt præfigatur terminus per iudicem ad præsentãdum, quo elapso non poterit vlterius illis vti, aliàs potest præsentare vsque ad cõclusionem in causa, ita Bald. in l. 1. §. edenda, ff. de edend. quem omnino vide ibi post Odofred. Item adde, quòd licèt statutum excludat probationem per lapsum termini, B poterit tamẽ pars præsentare positiones, & illas fundare per confessionem partis, quia confessio non est propriè probatio, & ideò non comprehenditur in statuto, vide Abb. in cap. in præsentia, nu. 3. De Renuntiat. & ibi Addit.

An autem post publicationem possint, personæ testium rebrobari, si ante publicatiouem facta fuerit protestatio, pondera Ritum in alijs capitulis, vbi etiã scripsi, & vide tex. cũ sua materia in capit. Præsentium, de Testib.

De iuramento autem suppletorio, & de confessione, an admittatur post terminum vide quæ scripsi super capitul. De exped. caus. fiscal. infra sex menses, & latius in l. fin. ff. de Rescript.

Quid si terminus detur ad reprobandũ testes, an intelligatur datus ad reprobandũ instrumẽta, & omnia acta, omnino diceremus quòd sic, per ea quæ dicit Bald. in l. Ex falsis, de Transact. col. 2. vers. venio ad quæstionem, nu. 9.

CAP. CLXXIV.

IBi *Publicatio*. Sed quid si omittatur publicatio, vbi in termino est actum aliquid, an sententia exinde erit nulla, vide Anchar. cons. 53.

CAP. CLXXVI.

IStud de necessitate debet intelligi quãdo pauper litigat cum paupere, quia si E cum diuite habet remedium pecuniolæ, quia etiam diues nõ tenetur soluere sportulas, quando aduersarius pauper nõ soluit, per doctrinam Bart. & Aliorum in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & ad hoc vide Felyn. in cap. Prudentia, de mut. petit. num. 3.

Ibi *Gratis*. Adde tex. in Authent. de Mandat. Princip. §. sit tibi quoque, vers. aloqui etiam gràtis, & not. Bald. in l. si

A furiosi, C. de Nupt. & idẽ Bald. in simili, in Auth. Generaliter, 1. col. C. de Episc. & cleric. & idem dixit in causis sũmarijs Et quid de Notario, qui confecit instrumentum, an debeat aliquid habere, vide Roman. in l. si verò, ff. solut. matrim. in fallentia propter paupertatem, sed hodiè dicuntur canes excoriatores secundum Bart. in l. omnes populi, in quęst. 5. princ. in repet. & Ias. in §. tripli, in pen. col. Institut. de Actionib.

CAP. CLXXVII.

IBi *Ab vntijs decem infra*. An autem in causis breuioribus cogatur delegare in loco etiam si in appellatione partes plus expẽdant, quàm valet causa, vide Pelyn. in cap. Non nulli, 1. & 2. col. De rescript. Et ad istam materiam adde quæ scripsi super capit. de non extrahend. à Regno.

CAP. CLXXVIII.

C IBi *Per duos menses*. Vt autem extrahantur causæ, à Regno, & auocentur ad Curiã Domini Regis, requiritur quòd sit iustitia denegata, vel retardata per quatuor menses, seruato certo ordine iussionum, vel requisitionum, vt in capit. Regis Ioannis 33. Et de iure communi potest superior statuere terminum inferiori vt expediat, quo non expediente infra terminum, transfertur causa, elapso termino, ad superiorem, Roman. Singul. 473.

D

CAP. CLXXIX.

IBi *Sententias*. Dummodo valeant de iure, secus si sint nullæ, vide Bald. in hoc statuto in l. 2. §. & filius, ff. Qui satisd. cogant. & Marsil. cons. 81. col. 2. vlt. dub. vol. 2.

Ibi *Ordinario loci*. Idem in omnibus Iudicibus, quorum Iurisdictio non coheret territorio, vide Bald. per illum tex. in l. Epistolæ, C. de Episc. audient. vbi etiam an requirantur literæ iudicantis, Doct. in l. à Diuo Pio, §. sententiam Romæ ff. de re iudicat. Adde, quòd hoc statutum procedit etiam in sententia Arbitri, lata inter Iudices, quia tenentur Iudices illam exequi, casus est in l. Iudei C. de Iudeis. Adde etiam, quòd de iure communi Laudum habet exequutionem paratam, si est emologatum tacitè, vel expressè, l. cum antea, C. de Arbitr. Mathesil. not. 50.

Aa 2 Nota,

Nota, quòd de iure ordinarius loci exequitur sententiam Arbitri, Specul. in tit. de execut. sent. §.2. nu.13. tex. est & ibi Doct. in l. pen. C. de Arbitr. Bald. in l. Cum specialiis, C. de Iudit. in 6. not. Quid in causa clerici, vide Canonist. in cap. Cum sit generale, de for. compet.

CAP. CLXXX.

IBi *Per eadem acta*. Sed quid si appellatur ad iudicē appellationis Panhormi, an expedietur per eadem acta, Dic quòd sic, ex quo est subrogatus loco M. R.C. Item quia quod seruatur ex dispositione Ritus in M. R. C. debet seruari in omnibus Curijs inferioribos, per id, quod dicitur per Andr. in Constitut. si quis in posterum, quia M. R. C. est Domina, & magistra Aliarum Curiarum, & ita obtinui in facto in M. R. C. in causa inter Iacobum Ruffo, & Magnific. Guglielmum de Roti, Anno 1540. die 27. Nouemb. 14. Indit. facit capit. 94. Regis Caroli, & vide Kirchou. in tract. commun. opin. cent. 4. conclus. 4. & dicit comm. quòd coram Iudice Rei conuenti, allegat Rol. cons. 76. nu. 33. vol. 1.

CAP. CLXXXI.

IBi *Per inspectionem oculorum*. Vide tex. in l. cum corruptione, §. ad officium, ff. Fin. regund. & ibi DD.

Ibi *Non appellatur*. Quæ sint causæ spectantes ad iurisdictionem Iuratorum, vide capit. 3. Regis Fed. & poterit restaurari, cùm non sit lata ex veris probationibus quandocunque, detecto tamen errore, ita Alex. in l. Admonendi, col. 5. iuxta fin. quem videas, quia multa allegat, ff. de iur. iurand.

CAP. CLXXXII.

IBi *Magnæ Curiæ*. Idem si dubitatur cuius sit Iurisdictio, l. si quis ex aliena, ff. de iudit. l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier. & ibi collige pro limitatione, vide Bald. in cap. 1. col. 1. de inuest. in marit. fact.

Ibi *Et non Iudicis*. Contrarium erat de Iure communi, secundum Bart. post Glos. in l. 1. ff. Nil nouand. appell. pend. & in l. vbi rogatus, §. 1. ff. Ad Municip. Glos. & Doct. in Clem. 1. de dol. & contum. Ias. in Auth. Ad hæc, C. de Iudit. & rationem ponit Castrens. cons. 29. in princ. vbi pulchrè loquitur. Et nota, A quòd in dubio debet declarari appellationem desertam, vt sit vtrique parti cōsultum Paul. de Castr. in l. 1. ff. si quis cautionib. Idem adde quòd in dubio eadem causa debet declarari appellabilis, in tantum, quòd Iudex admittendo appellationem non admittendam stante dubio excusatur à pęna, & si appellationem dubiam respuit, dicitur partem grauare, in tantum quòd est locus appellationi, ita pulchrè Dec. cons. 49. 2. col. vol. 1.

B Adde, quòd desertio appellationis facit ipso iure sententiam transire in rem iudicatam absque pronuntiatione sentētiæ declarantis appellationem desertam, Bald. in l. 2. col. 2. C. Vt lit. pendent. quia censetur non appellatum, Glos. & Alij in l. Eos, in Glos. Magna in princ. C. de appellat. & vide Angel. in l. si contra, C. eod. tit.

CAP. CLXXXIII.

C IBi *Si fuerit appellatum*. Ad vniuersam materiam huius capituli vide Isern. & Modern. in cap. 1. §. fin. col. antepenult. Quo tempor. Mil. vbi etiam quid in feudis, & vide dicta per Alex. in l. vt verborum, col. 3. C. Qui admitt. Adde an & quando, pendente nullitate principaliter tentata, currant fatalia, vide quæ scripsi in l. contra maiores, C. de inoffic. testam. Adde etiam, quòd processus factus super appellatione deserta est nullus, & prosequutio appellationis desertę, etiam si fiat ab vtraque parte nō impedit D sententiam transire in rem iudicatam, casus est, in Clement. Appellationem, & ibi notant Omnes, De appellationib.

Adde insuper, quòd stante impedimēto debent dupplicari 50. dies hic statuti, per tex. & Doct. in clement. Quamuis rigor, de appellat. & Abb. in cap. ex ratione, 5. col. vers. ad tertiam quæst. de Appellat. Item adde, quòd si defecerit in dando cartam, & pecuniam, scilicet ordinem hic traditum, appellatio non fit deserta, quia omissio huius sollemnitatis E non vitiat, l. 1. §. fin. ff. de ventr. inspiciend. & ita seruatur in practica in M. R. C. & nihil refert an primos, vel secundos. Sed an possit super isto termino appellationis dispensari per Principem, vel prorogari per partes, vide Luc. de Penn. in l. vtilitas, C. de Primip. lib. 12. col. 1.

Ibi *Sollicitare dictum Magistrum Notarium*. Sed an instanter facere debeat vel sufficiat quòd semel tantum, vel ter in eadem petitione, vel requisitione, vide Felyn.

Felyn. in cap. cum causam, in fin. de offic. delegat. vbi dicit sufficere quòd dicat trina semel voce, peto processum, seu apostolos, quod nota pro illa quotidiana quæstione, quia in petitione dicitur, iterum atque iterum, quia habet vim trinæ requisitionis, quod nota, & maximè ponit pleniſſimè Felyn. in cap. ex his, in 6. col. cum seqq. de Constitut.

An autem impedito sit necessaria protestatio, vide Felyn. in cap. venerabilem, 3. col. de Iudit. qui inter cętera dicit, quòd sic, si tempus est continuum, secus B si est vtile, allegat Cardin. cons. 228. quem omnino vide, & dicit quòd in dubio tempus semper censetur continuum, vt per Glossam, & Doct. in Clement. 1. vers. cōtinuum, de Restitut. in integr.

Adde, an per solam impetrationem Rescripti, vel introductionem processus, vel presentationem libelli dicatur procedere, vel prosequi causam appellationis, & procedere in causa appellationis, vide Alex. in Rubr. C. de in ius vocand. vbi etiam Modern. & vide ad materiam C istam per plures quæstiones in facti contingentia in Constit. Appellationum tempora, per Glos. Isern. & Afflict. vbi inter alia quærunt, an vltimus, & primus dierum 50. computetur, & an currant de momento ad momentum, & si pater, & coniuncta persona possit prosequi sine mandato, & quomodo intelligatur prosequi, vel instare, & an sufficiat trina interpellatio vnico contextu. Et An consensu partium possit remitti desertio, & alia plura in materia, & maximè super D desertione an sit necessariò pronuntiandum, & an paupertas procuratoris excuset à prosequendo, vide Ias. in l. Inuitus, col. 2. C. de procurat. Quid autem in Minore, an excusetur in desertione, & an restituatur, & quid in feudis an hæc tempora seruentur, & ferè totam materiam vide per Isern. & Modern. in cap. 1. §. fin. Quo tēpor. Mil. & Curt. in tract. de feud. part. 7. quæst. 9.

Ibi *Vt exinde*. Idem est, si Ritus dixisset, quòd isti 50. dies currerent post decendium, datum ad appellandum, quia E pariformiter appellationes currerent à die interiectæ, vide Felyn. in cap. Quò ad consultationem, de re Iudicat. nu. 30. An autem infra alios dies 50. procedat, Dic quòd non, sed exinde, idest post expeditionem, & habitionem in 50. dies, vt supra dicitur.

Ibi *Aduocatum, & Procuratorem*. Qualiter hæc verba interpretentur, vide Ro- A man. cons. 104. & statutum loquens de cessantibus, & fugitiuis habet locum in cessantibus tàntum, & fugitiuis tàntum.

Ibi *Deserta*. Vide Practicam per Mathesil. not. 21. ad hoc vt appellatio deseratur. Quæro, Iudex à quo præfixit terminum parti appellanti, infra quem debuisset sibi apportare literas de presentatione processus, quòd benè potest facere, & pars infra terminum statutum non apportauit, an appellatio habeatur pro deserta, Dic quòd non, tamen erit magni effectus, nam elapso termino, poterit Iudex à quo sententiā mandare executioni non obstante appellatione, Roman. Singul. 162.

Sed quæro etiam, Quid si appellans vnum istorum videlicet constituit Aduocatum, & non apportauit literas de presentatione processus, an appellatio erit deserta, Dicas quòd non, non tamen ea ratione, quia ad veritatem alternatiuæ sufficit quòd vna pars sit vera, quia per istam rationem esset totum contrarium, nam si non apportauit literas, vna pars alternatiuæ est vera, quòd dispositio procedit, quia quando alternatiua est concepta verbis negatiuis, requiritur quòd vtraque pars sit vera, ad hoc vt dispositio habeat locum, & effectum, ita Abb. & Alij in cap. inter ceteras, de Rescript. & vt faciliter intelligatur do exemplum, Testator legat Titio fundum, deinde adimit legatum sub duabus condictionibus negatiuè conceptis, dicit enim si Titius non soluerit decem, vel non ascenderit Capitolium, adimatur legatum, non habebit locum ademptio nisi vtraque condictione existente vera, scilicet, quòd nō soluerit decem, & quòd non ascenderit Capitolium, tene menti, quia multos vidi errare in terminis istius alrernatiuæ negatiuè conceptæ, & quod dixi supra, quòd requiritur, quòd vtraque pars sit vera procedit in pęnalibus prout nos sumus, non autem in simplicibus, pro cuius declaratione vide Felyn. in d. cap. inter ceteras, in col. fin. vbi optimè examinat presentem materiam, & Euerard. in locis legalibus in loco ab Authoritate.

CAP. CLXXXIV.

IBi *In hermoditium*. Contrarium erat de iure communi per tex. in l. fin. C. vt infr. cert. temp. & ibi per Bald. & DD. in l. properandum, §. fin autem vtraque, & §. illo proculdubio, de Iudit. Sed quæro, Iu-

ro, Iudex à quo præfixit terminum parti appellanti, infra quem debuisset sibi apportare literas de presentatione processus, quòd benè potest facere, & pars infra terminum statutum non apportauit, an appellatio habeatur pro deserta, vide in cap. præcedenti.

Ibi *Principales*. Nec etiam criminales, quia tunc etiam fideiussiones durant stante conclusione, per cap. Regni 204. Regis Frider.

CAP. CLXXXV.

IBi *Per annum*. An post annum possit recuperari possessio purgatis expensis, vide Glossam in capit. Prout, de dol. & contum. Item quæro, an possit prorogari dictus annus, vide Rom. Sing. 409.

CAP. CLXXXVI.

AN autem sententia secundi decreti, & primi dicatur interloquutoria, vel diffinitiua, vide remissiuè per Bologn. & Glossam ibi in l. Presente, C. de his qui ad Eccles. confug. Et an, & quibus casibus possit procedi ad secundum decretū, & distractionem pignorum contra pupillum, vide quod legitur, & notatur in l. 3. §. 1. ff. de reb. eorum, & l. si pupillorum, §. 1. ff. eod.

CAP. CLXXXVII.

IBi *Lata sententia*. An procedat in primo, & secundo Iuditio, vel in primo tantum, vide Ritum, & cogita tex. in l. Boues, §. hoc sermone, cum ibi notat. ff. de verb. significat. & de iurisdictione istorum Consulum, vide omnino tex. & ibi DD. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. & maximè Paul. de Castr. in l. certi iuris, C. de Iudit.

Ibi *Neque supplicetur*. An per hæc verba, Ritus iste tollat omnē recursum, cogita. Et de quibus causis debeant Mercatores cognoscere, stante maximè isto statuto, vide per Ias. in l. Age cum Geminiano, C. de Transact. Et an, & quando statutum, quòd à sententijs Consulum non appelletur, tollat omnem recursum, vide Bald. in terminis cons. 91. vol. 4. Et

A An possit appellari sepius ista via, determinat ex dictis per Dec. cons. 49. per totum vol. 1. & adde, quòd vbi sententia Cōsulum est nulla defectu Iurisdictionis, non obstante hoc statuto, potest appellari, vide Dec. plures allegans cons. 360. col. 1. vol. 2.

Ibi *Solet commicti*. An hoc importet necessitatem, cogita cum Barthol. in l. 1. in fin. C. Quomod. & quand. iud.

B

CAP. CLXXXIX.

SEd an debeatur interusurium dotis viro, cui fuit facta promissio dotis, & non fuit soluta, Dic quòd sic, non tamen ratione vsurarum, sed ratione interesse, quia sustinet onera matrimonij. Alex. cons. 56. vol. 4. Fan. de Pignorib. fol. 29. post num. 50. Sed quid è contra in vxore, Dic quòd non, idem Fan. fol. 129. nu. 17. Sed an intelligatur in dote, quæ consistit

C in pecunia numerata, vel aliter, Dic quòd non, Grat. cons. 29. nu. 7. vol. 1.

Ibi *Post mortem viri*. Ritus iste loquitur tàntum de restitutione dotium fienda ab hærede viri, quod interusurium debet solui ad rationem de quinque pro centenario, non autem loquitur in dote constituta. & assignanda, nam M. R. C. isto casu consueuit taxare ad decem pro centenario, vide Roman. consil. 517. Quid si hæres mariti vellet potius solue-

D uere interusurium dotis, an possit cogi, vide tex. in l. fin. in fin. C. de Iudit. nam potest cogi, quando de iure mulieri per heredes deberentur interusuria dotis, vide Afflict. Decis. 284.

Ibi *Interusurium*. Et hoc propter moram, in qua constituitur post mortem, & per lapsum anni, Mathesillan. not. 122.

Ibi *De quinque pro quolibet centenario*. Sed quæro quid si est data dilatio

E ad soluendum dotem, an etiam intelligatur quò ad interusuria, vide Roman. Singul. 173. Et an tale statutum de interusurio dotium valeat, vide Ias. in §. fuerat, 1. col. Institut. de Actionib. & ibi vide etiam quando constituatur in mora, adeò quòd vsuræ currant. Et quid si steterit longo tempore ad petendum, vide ibi eumdem in 5. & 6. colum.

CAP.

CAP. CXC.

NVnquid valeat pactum de non cedendo bonis, vide Aret. post Alios in l. Maritus, §. eleganter, col. 3. & 4. ff. solut. matrim. vbi videtur tenere quòd sic.

Ibi *Seruitia personalia*. Idem est de Iure communi, vide Io. Fab. & omnes in §. fin. Institut. de Actionib. & an valeat renuntiatio cessionis bonorum, & an & quando quis debeat admitti ad tale flebile beneficium, & an tam Mares, quàm fœminæ, & tam personæ seculares, quàm Ecclesiasticæ, & clerici gaudeant tali beneficio, vide vbi supra, & in l. 1. & l. fin. C. Qui bon. ceder. poss.

CAP. CXCII.

IBi *Ad credentiam*. Vide ad hanc materiam plures limitationes per Ias. in §. item si quis, 18. col. cum seqq. Institut. de Actionib.

Ibi *Aliis preferendus sit*. Vide ad hoc tex. in l. interdum, cum materia, ff. de Pignorib. & de manus iniectione vide tex. & quæ ibi scripsi in l. si Titius, ff. de seru. exportand. Adde quòd de iure communi etiam super re propria non datur manus iniectio, quòd tamen limita secũdum Augustinum ad Angel. in verb. Bona eius publicamus, & Alex. in l. si cum dotem, §. fin. in vlt. colum. ff. solut. matrimon.

Ibi *Ex pecunia creditoris*. Vide ad materiam pulchram distinctionem Barthol. in l. interdum, ff. Qui potior. in pignor. hab. & eumdem in l. Papinianus, ff. Quæ in fraud. cred. & est quando specificè dicitur ad rem emendam, l. qui in nauem, ff. de priuil. credit. & Aret. in §. introduxit Institut. Quod cum eo qui in alien. pot. & Barthol. & Alexand. in l. si cum dotem, §. fin. 4. col. ff. solut. matrim.

CAP. CXCIII.

IBi *Impleat*. An hodiè adimpleuerit, videlicet formam iuris prestando cautionem, cùm talis sit regula in il- A lis, qui promittunt factum alienum, vide not. per Doct. in l. si pater, C. de collat. Et nota, quòd si quis promittit quòd Titius affirmabit talem contractuum, debet intelligi quòd obseruabit, & approbabit quod in eo erit, quod nota, & vide Abb in capit. 1. de Treg. & pac.

Ibi *Aut carceretur*. Limita per tex. in l. cum Minor, ff. Rem rat. hab. & ibi Doct. & Roman. Sing. 551. Item limita per Afflict. Decis. 292. circa fin. Sed an per bonorum cessionem debeat à carce- B ribus eximi, vide Socc. cons. 204. vol. 2. sed hodiè est clarum, quòd gaudet per Pragmaticam Ducis Montis Leonis, editam in Anno 7. Indict. fol. 67. lib. 1. Et an gaudeat dilatione quinquennali, Dic quòd non, pro quo vide Machell. Patroc. 2. num. 42. etiam in terminis dictæ Pragmaticæ, ex dictis per Paris. cons. 100. per totum vol. 3.

Quid si promittit pro minore, & Minor ratificans obtinuit restitutionem in integrum, an excarcerabitur, vi- C de Roman. Singular. 551. Quid vero si promisi de Rato pro aliquo, qui non vult ratificare, an, si faciam ratificare per alium æquè idoneum, possim molestari, vide Angel. in l. illud quæritur, ff. de euictionibus. Sed quid, si aliquis promittit Titium ratum habere quod per eum legitimè factum fuerit, an debeat talis adimplere, aut carcerari, Dic, quòd non, & vide Roman. Singul. 135.

D

CAP. CXCIV.

AD materiam iuris prothomiseos vide Dec. cons. 88. Et adde, quòd videtur hic, quòd hæc facultas durat anno cap. Titius, si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnat. ad quod vide Ias. in l. Petens, 3. col. C. de Pactis.

Ibi *In solutum detur*. Nota, quòd E datio in solutum non venit appellatione alienationis, Marsil. in l. 1. §. præterea, col. 6. ff. de quæstion. & adde, quòd non semper datio in solutum habet vim emptionis, & permutationis, l. Libera, cum ibi notat. per Glos. & DD. C. de Sentent. Quando autem habeat vim emptionis, & periculum pertineat ad capientem, vide Cuman. cons. 4. In fine.

CAP.

A

CAP. CXCVI.

IBi *Aliàs præſtet idoneè*. Et ſic de non liquidis præſtatur hìc, & in l. ſtatuliber rationum, ff. de Statulib. quod tamen limita vt ibi.

CAP. CXCIX.

IBi *Si via publica intermedia fuerit.* Idem dicit tex. in Conſtitut. Sancimus, in fine, & ibi per Afflict.

Finis Ritus V. I. D. Celeberimi Domini Vincentij de Percolla.

ADDITIONES SVPER RITV REGNI SICILIAE DOMINI PETRI RIZZARI VTRIVSQVE IVRIS DOCT. EXIMII.

CAPITVLVM XCVI.

PRO intelligẽtia huius Capituli Nota quod iuditium Multis modis capitur; Primo pro inſtãtia litis, quæ conſtat ex tribus perſonis, Actore, Reo, & Iudice, pro vt capitur in capit. Forus, de Verbor. Significat. & l. Properandum, C. de Iuditijs. Secundo capitur pro vltima voluntate, l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Tertio pro diſcretione, l. cum Prętor §. 1. ff. de Iuditijs, ibi *Iuditio caret*. Quarto pro Actione, l. In Tribus, ff. eod. ibi *In tribus iſtis Iuditijs*, l. vſuræ, ibi *& in cæteris iuditijs*, ff. de Vſuris Quinto pro ſententia, l. Epiſcopale, & Auth. ibi poſita, C. de Epiſcopal. audient. Sexto pro cauſa ſeu lite, capitul. 2. de ordin. cognit. Septimo pro voluntate, l. Lucius ibi *Naturalis iuditium*. ff. de Fideicom. libert. Octauo pro actis, & ſcripturis, quæ ſunt in Iuditio, vt in Authẽt. vt præpon. nom. Imperat. §. pen. & ibi Gloſ. §. præterea, ibi *Iuditiũ*. Inſtit. Quib. nõ eſt permiſſ. facer. teſtam. tex. & Gloſ. in l. 1. ff. de Dol. DD. in Rubr. ff. de publ. Iudit. & vide per Gloſ. & Imol. in Rubr. de Reg. Iuris in 6.

Item Nota quòd ideò dicit In plurali de iuditiorum Ritu, quia multæ ſunt ſpecies Iuditiorum: Prima ſpecies, quoddam eſt vniuerſale, vt quando agitur petitione hæreditatis, actione de peculio, vel A actione de dote, quando actio continet vniuerſitatem Iuris, vt petititio hæreditatis, & bonorũ poſſeſſio, vel vniuerſitatẽ facti, vt peculium, & datur ad declarãdũ Ius actoris tãtũ, ſed reſtitutio fit officio Iudicis, nã generale datur ad reũ cõdemnãdũ, ideò opus eſt, vt petatur, & probetur res, ſuper qua debet fieri condẽnatio: Quoddã verò eſt iuditiũ gñrale ad vnã rẽ tãtũ, vt eſt Gloſ. Magn. in l. 1. ff. de edẽd. Secũda ſpecies, quędã ſũt dupplicia, quędã ſimplicia, dupplicia quando vnus ſuſtinet perſonam Actoris, & Rei, vt in tribus Iuditijs mixtis, l. in tribus, ff. de Iudit. B quando ſimul prouocant, alias videtur Actor prouocare, d. l. In tribus. Tertia ſpecies, quoddã eſt ordinariũ, quoddã extraordinariũ, vt declarat Gloſ. in cap. Quoniam contra, de Probat. cap. Dilectus, de Sent. excõm. & in l. cum filius. ff. ſi cert. pet. Quarta ſpecies, quoddam eſt plenũ, quoddam ſemiplenum, & quoddam ſummarium, vt in Clemẽt. Diſpendioſam, de C Iudit. Quinta ſpecies, quoddam eſt incidens, quoddam verò emergens, vt notat. In l. Quod iuſſit, ff. de re iudicat. & Gloſ. in l. 1. C. de ordin. cognit. Sexta ſpecies, quoddam eſt merè temporale, vt quãdo litigatur de re profana, quoddam merè ſpirituale, vt quando litigatur de re Eccleſiaſtica, quoddam temporale annexum ſpirituali, vt Ius patronatus ĩ aliqua Eccleſia, quæ adheret religioſis, vt poſſit vti vtraque cognitione, cap. 3. de Iudit.

Septima species, quoddam est mere ciuile, quoddam mere criminale, quoddam verò mixtum, vt quando pęna partim fisco, & partim parti applicatur, nam quò ad fiscum dicitur criminale, quò ad partem dicitur ciuile, & eodem modo, quando in totum applicatur pęna fisco, dicitur criminale, secus si in totum parti, quia dicitur ciuile, vt declarat Glos. & Bart. in l. Agraria, ff. de termin. mot. & per Can. ist. plenè in Rubric. de Iudit. vbi ita communiter tenetur, & eodem modo quãdo agitur ad separationẽ B matrimonij, nam quò ad thorum est criminale, sed quò ad lucrum dotis est ciuile, & sic mixtum, quando vtrumque Intentatur per Maritum per iura supra allegata, & per cap. Tuæ, extra de Procur.

Ex quo infero quòd, capiendo iuditiũ, pro vt capitur hìc, pro instantia litis, vt supra dixi, habet tres partes, Principium durat vsque ad litis cõtestationem inclusiuè, Medium durat vsque ad conclusionem, Finis autem vsque ad sententiam, vt dicit Bart. in l. 2. ff. de furtis, & Modern. in Rubr. de in ius vocand. & ibi plenè per Ias. & sic regulariter iuditium cõstat ex tribus, nempè ex litis contestatione, ex conclusione, & ex sententia, tamquam ex partibus principalibus, sed fundamentum est litis contestatio. Vnde autem Iuditiũ habuerit fundamẽtum, & originem, an à iure primeuo propter illa verba quæ dixit Adam, scilicet, Mulier, quam dedisti mihi in sociam, me decepit, vide Bald. in l. 1. C. de lit. contestat. & Archid. in princ. Decret. in §. Paradiso, vel à lege Mosaica, dum dicit in ore duorum, vel trium stat omne verum, vide capit. Nouit, de Iudit. & l. vbi numerus, ff. de testib. vel à primitiua Ecclesia, cum Patres cęperunt conuenire, & celebrare Concilia tempore Constantini Imperatoris.

Ibi *Literę Citatorię*. Adde quod de tali citatione ad literas est tex. in capit. Prudentiam, circa principium, de offic. Delegat. ibi *Literę citatorię*, & in capit. Literis, eod. tit. capit. si Episcopus, 18. distinct. l. consentaneum, & ibi DD. C. Quomod. & quand. Iud. & per Specul. in titul. de citat. in princ. vbi habes formã qualiter debet fieri dicta citatio ad literas, nam in eis debet contineri nomen citantis, & citati, & super quo citatur, & vbi, & ad quem diẽ, & ad petitionẽ cuius, & si per se, vel per legitimum, & idoneũ defensorem, & responsorem ad causam sufficienter inuentum, & nota quod dictę

A literæ possunt derigi tàm citato, quàm alteri qui citet, & quid in Iudice Delegato, & Mandatore Dñi Papæ, vide ibi.

CAP. XCVII.

IBi *Peremptorio elapso*. Debet ergo citatio esse peremptoria, vt quis dicatur contumax, vt possit fieri Missio. Et quando dicatur peremptoria, vide plenius per Speculat. in tit. de Contumac. §. sequitur videre. Sed quid si comparet, & dicat aliquid cum clausula, & protestatione putà, animo litem non contestandi, an tunc Iudex possit illi precipere, vt litẽ purè contesteтur, vel dicere habeo eam pro contestata, vide Addit. ad Abb. in capit. cũ M. Ferrar. de Cõstit. n. 20. in lit. A, fol. 28.

Ibi *Si realiter agitur*. Quæ autem sit actio realis, & quæ personalis, vide in §. omnium, Instit. de Actionib. concordat tex. in capit. Quoniam frequenter, vt lit. non contestat. & l. si quis emptionis, §. pen. vbi Bart. Bald. Paul. Saly c. & omnes, C. de Præscript. 30. vel 40. annor. l. consentaneum, §. fin. & ibi DD. C. Quomod. C & quand. Iud. l. 2. C. vbi in rem act. & per Spec. in d. tit. de Contum. §. sequit videre.

Ibi *Summariè*. Vt putà per vnum testem, secundum Paul. de Castr. in d. l. 2. C. vbi in rem act. & Specul. in d. §. supra allegato, & per Bart. in l. si quis à liberis, §. si quis, ff. de Liber. agnosc.

Ibi *Si postea comparet*. Scilicet quandocunque infra annum, vt dicta l. si quis emptionis, & ibi Bart.

Ibi *In contumacia perseuerauerit*. Intellige scilicet vsque ad annum. D

Ibi *Ius commune seruetur*. Vt post annũ vlterius non audiatur in possessione, sed in proprietate, si autem infra annum comparet, & tunc auditur in possessione, & etiam eam recuperat solutis expensis vt dicitur in hoc capitulo, siue agatur actione reali, siue personali in rem scripta, secus si pro quantitate fit in rem missio, quia tunc semper auditur, etiam post annum non solum in proprietate, sed etiam in possessione, & eam recuperat solutis E expensis, secundũ Paul. de Castr. & omnes in d. l. 2. C. vbi in rem act. & d. l. si quis emptionis §. pen. C. de præscript. 30. vel 40. annor. & in d. cap. Quoniam frequenter, vt lit. non contest. Sed prædicta procedũt quando missio fit Reo absente lite non contestata ob contumaciam de qua loquitur Ritus iste, sin autem fieret lite contestata absente Reo, tunc preiudicat quò ad possessionem, & dominium secũdũ Specul. in loco supra allegato, & Paul.

Paul. de Castr. in d. l. 2. etiam supra allegata, & in d. l. consentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. & per Canonist. in d. capit. Quoniam frequenter.

Adde quòd licèt annus fuerit elapsus, dato quòd conuentus non recuperauerit possessionem propter absentiam Iudicis, vel alio iusto impedimento, ita quod non steterit per eum, nihilominus non perdit possessionem, ita dicit text. in capit. 2. extra De eo qui mist. in possess. cau. rei seruand. & capit. 3. eod. tit. & an sit necessarium secundum Decretum, vide tex. in cap. 1. in Glos. fin. eod. tit.

CAP. CI.

IBi *Instrumentum publicum*. Pro intelligentia dicatis quod aliud est Instrumentum publicum, aliud priuatum, publicum est quod manu publica factum est, & à persona publica, & publicam authoritatem habente, vt à Notario seu Tabellione, capit. 2. & capit. inter dilectos, extra de fide Instrumentorum. Authen. At si contractus, & ibi per Bart. & omnes, C. de fide Instrument. Et eodem modo si scribatur apud Acta publica, l. Gesta, C. de re Iudicat. & qualiter dicatur in publica forma redactum, vide plenè per Speculat. in titul. De Instrum. edict. §. nunc dicendum restat, & generaliter dicas illam dici publicam scripturam, cui de iure, vel speciali consuetudine creditur secùndum eum, priuatam verò scripturam, seu Instrumẽtum esse omne aliud instrumentum à quocũque scriptum, & istud non probat pro scribente, l. Non exemplo, & l. Non epistolis, & ibi per DD. C. de probationib. & l. fin. De conueniend. fisc. debitor. sed contra scribentum benè probat, l. Publia Meuia, §. fin. ff. Deposit. Bart. & omnes in l. Admonendi, ff. de Iur. iurand. vbi etiam habes quid de libro rationum, & etiam, de alijs speciebus scripturarum publicarum, & priuatarum, vt in l. si quis ex argentarijs, & l. Quædam, §. Nummularios, ff. de edẽd. & in istis priuatis Instrumentis non habet locum Ritus iste, sed in publicis tantùm.

Ibi *Possessionem bonorum*. Scilicet per primum Decretum, cuius formam habes per Speculat. in titul. de primo, & secundo Decreto, §. 1. & per Bart. & omnes in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect.

Ibi *Prout de Iure fuerit procedatur*. Scilicet, per viam restitutionis in integrũ infra quatriennium à die reuisionis, l. 1. ff. ex quibus caus. Maior. in Integr. restit. §. 1. Institut. de Actionib.

CAP. CII.

IBi *In Alijs verò Instrumentis*. Idest, vel de iure communi, vel secùndum antiquum Ritum, de Iure communi scilicet lite contestata, per termini dationem, secundum Ritum antiquum scilicet per viam cedulæ, seu Instantiæ.

Nota quòd Instrumẽta publica etiam de iure cõmuni nõ habent executionem paratam, sed opus est quòd agatur via ordinaria, lite contestata, per termini dationem, vt supra dixi, nisi essent Instrumenta guarentigiata, vt quia haberent preceptum Notarij de soluendo debitũ confessatum in Instrumento per debitorem, quod præceptum facere potest authoritate statuti, vel Principis ipsi Notario attributa secùndum Bart. & Dominum Ias. in l. error, ff. de iur. & fact. ignor. quo casu talia instrumenta guarentigiata habent executionem paratam.

CAP. CIII.

IBi *Non in personam petentium*. Et sic licèt in Instrumento non fiat mentio de hærede creditoris, vel debitoris nihilominus talis obligatio transit ad hæredes actiuè, & passiuè, concordat tex. in l. Postulante, & ibi Bart. & Imol. ff. Ad Senatusc. Trebell. & l. si decesserit, ff. Qui satisd. cogant. & vide Bald. in l. 1. C. de execut. rei Iudic. & in Auth. Generaliter, C. de Episc. & cleric. & l. vnic C. vt act. ab hæred. & contr. hered.

CAP. CVIII.

SEd quid si creditor reuocauerit solutionem, & se penitendo obtulerit pecuniam per eum receptam, an euitet penam dupli, Dicas quòd aut pęnitet eũ antequam debitor probaret, & admictitur, aut post, & non admictitur, & hoc per ea, quæ in simili habentur in Constit. Incip. Regie Maiestatis, & ibi per Dom. Afflict. in titul. de mutuat. & recommendat. facit tex. in Auth. contra qui propriam, C. de non numerat. pecun. sed vide hic. Dom. de Ramundettis qui contrarium tenet.

CAP. CIX.

IBi *Non audiatur*. Adde quòd etiam punitur pœna legis 1. ff. Ne vis fiat ei qui in possess. miss. quæ est ad interesse, & etiam criminaliter, si in eiectione interuenerit violenta expulsio cũ armis, nã tũc tenet etiã lege Iulia de vi publica cuius pęna est deportatio, & publicatio bonorum, l. 1. ff. Ad leg. Iul. de vi publ. & l. 3. §. fin. eod. tit. & §. item Lex Iulia, Instit. de public. Iudit. si verò sine armis est pœna relegationis, & publicationis bonorum tertiæ partis, cùm vis sit priuata, d. §. item Lex Iulia, & l. 1. & l. si quis, ff. Ad leg. Iul. de vi priuat. licèt per Constitut. Regni quando filios habet, bona non publicantur, & notant DD. in Auth. Bona damnatorum, C. de Bon. damnat.

CAP. CXII.

IBi *Ad se opponendum*. Et sic licèt instrumentum habeat executionem paratam virtute huius Ritus, tamen non denegantur oppositiones parti, secùndũ Bald. cons. 170. Incip. In Christi nomine Amen. Et nota quòd hæc causa oppositoria habet instantiam, quæ durat triennio de iure, Roman. cons. 34. Incip. Amplissimè Doctor, & est communis opinio, licèt Multi teneant contrarium, secundũ Dom. Alex. in l. Properandum, in princ. C. de Iudit. & Incipit currere talis instãtia à primo actu, qui fit in executione, nã primus actus, qui respicit merita causæ, habet vim litis contestationis, secundum eum in cons. 40. & per allegata vbi supra.

CAP. CXIV.

IBi *Mutui, Commodati, Depositi, &c.* Quid sit mutuum, & in quibus consistat, vide Institut. Quib. mod. re cõtrah. obligat. §. Item is cui, & quid etiam sit commodatum, vide ibi in d. §. & plenè per Bart. & omnes in l. 1. ff. Si cert. petat. & eo modo quid sit venditio, vide Instit. de emption. & vendit. per totum, & quid sit etiam depositum, vide Institut. Quib. mod. re contrahit. obligat. §. prætera, quibus adde quòd de iure communi depositum habet executionem paratam, l. si quis vel pecunias, & ibi Bart. & Bald. C. Deposit. licèt secus sit in alijs contractibus vt supra vidistis, l. Minor 25. annis, ff. de Minorib.

A Ibi *Venditionis*. Quid in Datione insolutum, Dic quòd nõ habet locum istud statutum, nam appellatione venditionis, in statuto non venit datio in solutum, Alex. in Apostill. in l. Litis, ff. Pro emptor.

Ibi *Per Baylos*. Quis dicatur Baylus, Dic quod est administrator filiorum pupillorũ Comitum, Nobilium, & Baronũ feuda tenentium, vt in Constitut. 1. De iure Bayl. & in Constitut. In aliquibus, §. fin. De Success. filior. Comit. & Baron. & ibi etiam de Mundualdo, qui tutor dicitur filiorum pupillorum, nõ habentium
B feuda, & Aliqui sunt testamẽtarij, vt dati in testamento, Aliqui legitimi, vt proximiores, Alij Datiui, vt dati à Iudicibus, & Aliqui Anomali, vt Mater, & Auia, secùndum quosdam, vt Institut. De Tutel. & Instit. De Legit. agnat. tutel. & Institut. De Attil. tutor. & per Specul. plenè in titul. de Tutore, & in Authent. Matri, & auiæ, & ibi per Bart. & omnes, C. Quand. Mul. tutel. offic. fung. po. Curator autem, est qui datur
C Adultis, vt not. in d. tit. de Tutel. & Institut. de curat. Sed Orphanotrophus dicitur Gubernator, seu Rector Hospitalis, l. Orphanotrophos, C. de Episc. & cleric.

Ibi *Et similes*. Scilicet administratores, & Syndicos vniuersitatis, aut Yconomos Ecclesiarum, & Alios procuratores illorum, quibus bonis interdictum est, & sic generaliter in quibuscunque inuẽtarijs quorumcũque administratorũ, cùm generaliter loquatur, l. de prætio,
D ff. de Public. Adde etiam quòd supradicti tutores, curatores, & similes tenentur facere inuentarium, l. Tutor qui repertorium, vbi Bart. & omnes, ff. de administr. tut. nisi testator illud remiserit, vt notat. in l. Nemo potest, ff. de Legat. 1. & per Speculat. in d. titul. de Tutore, §. fin. vers. hoc autem, & in l. fin. C. de curat. furios.

Ibi *In Contractibus dotalibus*. Et sic quando vxor agit ad repetitionem dotis soluto matrimonio, nam tale Instrumen-
E tum habet executionem paratã per istud statutum. Sed an habeat locum quando vxor agit ad dotem constante matrimonio in casibus à iure permissis. Dic quod sic per istud statutum, cum generaliter loquatur de omni instrumento dotis, pro quo vide Bald. in l. vbi adhuc C. de Iur. dot. & idem Bald. in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. action.

CAP.

CAP. CXV.

IBi *Restitutiones ordinariæ*. Scilicet sex dierum pro qualibet restitutione, vt infra capit. 171. De modo procedendi in causis ordinarijs.

Ibi *Personis restituibilibus*. Scilicet Minoribus, Mulieribus, Ecclesijs, Fisco, Republicæ, & similibus, vt infra in d. cap. 171. De Modo procedendi in causis ordinarijs. l. Rempublicam, C. de Cur. Reipubl. lib. 11. & ibi per omnes.

Ibi *Extraordinarię*. Arbitrio Iudicis statuendæ, duorum, vel fortè trium dierum prout Iudici videbitur.

Ibi *Et iusta causa*. Cùm aliàs si non esset iusta causa non concederetur talis restitutio à contrario sensu istius literæ, & ideò ex practica solent capitula micti iudici, vt videat si sunt releuantia, vel ne.

CAP. CXVI.

IBi *Vbi à iure communi permictitur*. Scilicet si persona sit restituibilis, vt quia sit Minor, Ecclesia vel similis, vt supra proximè dixi, & l. 1. C. si aduers. rem Iudic. Maior verò non restituitur aduersus sententiam d. l. 1. nisi in casibus à iure expressis, vt quando abest causa Reipublicæ, & similibus, de quibus vide tex. & ibi Glos. Magn. Bart. & omnes in l. fin. ff. de in integr. restitut. & l. sed, & si Prætor, §. numquid, ff. ex quib. caus. Maior.

Ibi *Propter appellationem*. Et sic habes vnum casum, vbi sententia mandatur executioni appellatione pendente, scilicet in causa oppositoria, licèt secus sit regulariter de iure cõmuni, l. 1. ff. Nil nou. appell. pend. & eodem modo in restitutione in integrum, l. 1. C. de in integrum restitut. cap. 2. de Appellat. Alius casus est scilicet vbi innouatur appellatione pendente, vt quando Reus est suspectus de dilapidatione fructuum rei, in qua est condẽnatus actori, nam tali casu fructus sequestrantur, l. ab executore, C. Quorum apppell. non recip. l. Imperator, ff. de appellat. capit. fin. de sequestrat. possess. & fruct. Est, & alius casus in l. Postquam, §. Imperator, ff. vt legat. nom. caueat. Vt quando hęres conuentus super re legata appellat, nam interim pręstat de reitituendo. Multos alios etiam casus vide per Speculat. in tit. de appellat. §. Nouissimè, & vide etiam per Soc. in suis fallentijs, regul. 24. vbi ponit septem fallentias ad regulam prædictam.

A Ibi *Vt Banchus*. Quomodo interpretentur ista verba, *Vt Banchus*, vide Capitulum Regni vltimum Regis Alfonsi super dicta interpretatione, nam in ea includitur renuntiatio priuilegio Fori, beneficio discussionis duorum Reorum, & beneficio de primo, & principali conueniendo, & excluduntur omnes exceptiones, quibus cum iuramento videtur etiã renuntiatu m, vide ibi.

Ibi *Et interesse solutum*. Pro intelligẽtia nota quod interesse triplex est, scilicet commune, quod est communis extimatio damni, quod contingit alicui ex eo quod dari, vel fieri debet, vt si non datur, vel non fit suo loco, & tempore, vel vt debet, datum, vel factum non sit, l. Prætia rerum, ff. ad leg. falcid. & ibi Bart. & omnes, & notat. in l. vinum, ff. si cert. petat. & l. Ratio, §. fin. ff. de act. empt. & dicitur commune, quia omnium communi ratione interest. Aliud. dicitur interesse conuentum, quod conuentione partium causatur, vt cum dicitur, si non dabo quod promisi, dabo tibi centum pro interesse, capit. cum dilecti, extra de emption. & vendit. & per Doctores supra allegatos. Aliud dicitur interesse singulare, quod venit ex speciali affectu, vt in dictis locis, & per Speculat. plenius in titul. de fruct. & inter. §. nunc dicamus, cum duobus sequentibus.

CAP. CXVIII.

IBi *Ius commune seruetur*. Scilicet, quòd si aduersus sententiam prædictã petatur restitutio in integrum à Minore, vel Maiore ex causa, & similibus personis priuilegiatis in casu, quo da iure conceditur, vt quando absens aliquis est causa Reipublicæ, vt l. 1. C. de testam. milit. & l. fin. & ibi Glossa Magna, ff. de in integrum restitut. tunc ea pendente debet supersederi in executione ipsius sententiæ, l. 1. C. de in integr. restitut. de quo vide Alexand. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. colum. 6. vers. sed imò, vbi indistinctè tenet quòd siue velit in continenti probare de restitutione, siuè requirat altiorem indaginem debet supersederi in executione sententiæ ea pendente, licèt Bart. ibi teneat contrarium, & malè.

CAP.

CAP. CXIX.

IBi *Si debitum est liquidum*. Adde quòd etiam de iure communi, etiam si debitum esset non liquidum, potest fieri executio vigore instrumēti guarentigiati,& facta executione potest fieri liquidatio, secundum Bart. in l.1. ff. de edend. & ibi Ias.& l.1.ff.de Legat.2. & in l.Proinde, §. non solum, ff. ad leg. Aquil.

CAP. CXX.

IBi *Vel alias dilatorias*. Dic quòd exceptio dilatoria dicitur ex eo quia causam differt, §. appellatur, Institut. de except. est, & alia quæ dicitur peremptoria, quæ actionem perimit, seu in perpetuum elidit, vt pactum de non petendo, & simile, vt in d.§. appellatur, vers. perpetuæ,& ff. de exception.l.3.& ibi Bart. & omnes in dictis locis, & per Angel. Aret. ibi. Alia dicitur exceptio Anomala, quæ non sequitur regulam aliarum exceptionum, quia potest ante litem contestatam opponi, & sic assumit naturam dilatoriarum, & potest etiā opponi post litem contestatam, & sic capit naturam peremptoriarum, vt excepto excommunicationis, & non numeratæ pecuniæ de quibus per Bart. & Doct. in d.l.3. & per Angel. Aret.vbi supra,& per Specul. in titul. de except. §.1.cum seqq.vbi etiā habes quòd aliquę exceptiones sunt dilatoriæ solutionis, aliquæ verò dilatoriæ Iuditij.

CAP. CXXI.

IBi *Discussis bonis*. Dic quòd discussio est bonorum debitoris diligēs inquisitio, secundum Iacob. de Aren. in tract. de discuss. vel secundum Bald.est indagatio si Reus est soluendo, vel non, vt in Authent. Presente, C. de fideiuss. & ibi plenè per Bart. & omnes, vbi etiam habes qualiter debeat fieri ista discussio, & vide etiam Glos. Bart. Bald. Ang. Imol. & Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re Iudic. vbi etiam inter alias formas excussionis ponuntur duæ formæ,videlicet, quòd statuatur aliquis terminus debitori principali ad ostendendum bona, quo elapso poterit procedi ad alia bona stabilia,vel mictatur nuntius ad requirendum bona in domo principa- A lis, & si refert se non reperijsse procedatur ad nomina debitorum, vel contra tertios possessores, & hoc vltimum de consuetudine seruatur.

CAP. CXXII.

IBi *Infra tempora*. Adde quòd tempus conficiendi Inuentariū est trium mensium, si res hæreditariæ sunt presentēs, & in territorijs domicilij hęredis in totū, vel pro maiori parte,aliàs datur annus ad B conficiendū Inuentariū,si res sunt absentes vt supra l. fin. In princ.& §.donec,C. de Iur. de liberan.& ibi per omnes,quod tempus currit à die aditæ hæreditatis,secundum magis communem opinionem, & sententiam Doctorum in d. l.fin. in princ. & præcisè per Dominum Alex.& Ias. ibi. Et ibi etiam habes quòd nouem requiruntur ad confectionem inuentarij, quæ tamen omnia de consuetudine non seruantur, sed tu serua consuetudinem Notariorum, nā Primò requiritur quòd C inchoetur infra nonaginta dies, & sic infra tres menses, vt dixi supra, aliàs infra annum, tamē sufficit quòd in vltimo mēse inchoetur, &perficiatur.Secūdò quòd ponantur omnia bona mobilia, & immobilia testatoris.Tertiò quòd fiat manu publici Notarij. Quarto quòd creditores hæreditarij, & legatarij sint citati ad cōfectionem dicti inuētarij certo die, loco, & tempore expressis, secundum Glos.in d. l. fin. in verbo ceterorum. Quintò quòd hæres se subscribat,& quòd signum D Crucis imponatur, vt ibi, & sic Sextò habes quòd si aliqua res hæreditatis non fuerit descripta punitur,vt ibi, sed vt euitetur omnis dubitatio habes ibi cauthelā, quòd dicatur in fine inuentarij, quòd omnes res, quas sciuit esse defuncti describi fecit, & si aliæ deuenerint ad eius notitiam describi,&addi curabit in dicto inuentario,de quibus omnibus plenè per Ias. & etiam per Bald. in d. l. fin. vbi etiā dicitur quòd requiritur quòd fiat in presentia testium, & quòd cognoscant hæ- E redem, videas ibi.

Ibi *Vel post beneficio restitutionis*. Et sic videtur quòd istud tempus conficiendi inuentarium currat etiam personis priuilegiatis,vt Minoribus, Mulieribus,Rusticis, Militibus, Ecclesijs, & similibus, sed possunt restitui in integrum, concordat cum isto Ritu tex. in d.l.fin. §. fin. & hoc etiam expresè tenent communiter DD. quos referunt, & sequuntur Dom. Alex. & Ias. Ibi, & plenè per Canonistas

in capit.1. de Testam. Dom. Meus, & Imol. in capit.1. de solut.

Ibi *In bonis hæredum*. Concordat d.l. fin. §. & si præfatam, C. de Iur.deliberan. quòd ad bona tantùm hæreditaria procedit executio, & non ad propria ipsius hæredis.

CAP. CXXIV.

IBi *Vel occultauerit bona*. Et sic habes duos casus, in quibus potest fieri executio ad personam, etiam si non sit obligatus de persona, scilicet in litera cambij, & si occultauerit bona, extra ergo istos duos casus nõ potest procedi via executiua ad personam, quando non est obligatus de persona, sed ad bona, nisi defectu bonorum, vt infra in capit. 126. & est etiam de Iure communi, vt defectu bonorum possit carcerari, l. 3. §. tutores, ff. de suspect. tutorib. & ibi Bart. ponit, & Ias. in d.l. fin. in princ. C. de Iur. deliberãd. & Moder. in Rubric. de Acquir. hæredit. quæ obligatio transit etiam ad hæredes debitoris, si non fecerint Inuẽtarium, vt possint carcerari, cùm repræsentent personam defuncti, secundum eos in dictis locis, & in Authen. de Iure iurando à morien. præst. in princ. & Glos. in l. cum à matre, C. de reiuendicat. Et super isto textu vidi plures dubitare, an habeat locum, in muliere vt possit carcerari, vt in Auth. Hodie, C. de custod. reor. nam dico quòd talis dispositio non habet locum, in isto statuto, Bald. in l. Non posse, C. de Iur. & fact. ignor.

Ibi *Pignora aurea*. Adde quòd de Iure communi est secus, quia dando aliquã aliam rem euitat carceres, l.2. ff. si cert. petat.

Ibi *Ad discursum*. Hoc est vltimo emptori, & plus offerenti, cum termino dierum octo ad redimendum, vt infra sequitur, & pro eo prętio, quo reperitur, & hoc propter illud verbum, *Ad discursum*, & ita obseruatur, & practicatur, sicut quando appositum est in contractu tale verbum, scilicet, quòd bona vendantur ad discursum, cùm pactum sit seruandum, l. Iurisgentium, §. Prętor ait, ff. de Pactis, Item quia verba debẽt aliquid operari, l. si quando, ff. de Legat.1.

CAP. CXXV.

IBi *Ex Baractaria*. Idest dolo, & de isto verb. vide Bart. in l. Iudices, C. de dignitatib. lib.12. & Parid. de Put. in tract.

A Sindicat. in verb. Baractaria, & Paul. de Castr. consl.150. & vide Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de offic. Proconsul. & Legat. in 9. quæst. & vide Angel. in Authent. Sin. quoq. suffrag. §. sin autem quis.

Ibi *Non carceretur*. Hoc intellige secundum vnum intellectum Ritus, quem pluries obseruari vidi, hoc est nisi defectu bonorum, quo casu posset carcerari, ne sequatur absurdum, scilicet quòd debitor lucretur cum aliena iactura, l. secundum

B naturam, ff. de reg. Iuris, & ita nisi talis debitor ab vncia infra non det pignora carceratur, verùm quòd non poterit creditor eligere personam debitoris, si offerat bona, licèt aliàs quando debitum vnciam excedit, electionem creditor habeat ab vncia supra, an velit eligere personam, ab vncia verò infra perdit talem electionem, & ita videtur esse mens huius Ritus, sed aliàs vidi obseruari quòd defectu bonorum etiam non carceretur ab vncia vna infra, & iste intellectus vi-

C detur verior, vt probatur in capit. seq. 127. in fine.

CAP. CXXVI.

IBi *Nisi defectu bonorum*. Concordat l.3.§. tutores, & ibi Bart. ff. de suspect. tutorib. & l. pen. ff. de Iure dot. & notat Ias. in l. fin. in princ. C. de Iur. deliberand. vbi defectu bonorum quis carceratur.

D

CAP. CXXVIII.

IBi *Fideiussor*. Et sic habes vnum casũ, vbi fideiussor agit contra principalem antequam soluat eadem cohertione, proquo adde Bald. in l. si pro ea, C. Mãdat. Alios casus habes, in quibus fideiussor potest agere contra principalem debitorem, in d. l. si pro ea, & ibi Bald. videlicet quando est condemnatus ex sententia, quæ transiuit in rem Iudicatam, & eo modo si vigore sententiæ esset facta

E executio contra fideiussorem, secùndum Bald. in l. cum antiquitas, 2.col. C. de execut. rei iudicat. Item quando diu stetit in obligatione, vel si est conuentum vt possit fideiussor facere etiam ante solutionem. Item si debitor Incipit dilapidare bona sua, de quibus omnibus vide in d.l. si pro ea, & in l.1.C. de fideiussorib. minor. & l. si fideiussor pro venditore, ff. de fideiussorib. & vbique per Bart. & Angel. in d.l. si pro ea, Glos. & DD. in cap. fin.

fin. de for. compet. lib. 6. vbi plenè per Dom. Imol.

Ibi *Cedendo bonis*. Et sic habes quòd, licèt debitor possit cedere bonis contra creditores suos tàm de iure ff. de cess. bonor. per totum, quàm per formam Ritus, vt in tit. de cessione bonorum capit. 190. exceptis certis casibus ibi notatis, tamen contra fideiussorem suum, qui pro eo soluit, nō potest vt hìc, licèt secus sit de Iure communi, vt possit contra omnes creditores cedere, cùm appellatione creditorum, comprehendatur etiā fideiussor, l. creditores, ff. de verbor. significat. cum l. seq. & notant omnes in l. Quoties, C. de precib. Imperat. offerend. Hodiè tamen per Capitula Regni nouiter facta nullus admictitur ad cessionem bonorum, nisi probatis Infortunijs, quæ capitula cum sint generalia comprehendunt etiam fideinsores, casu quo vellet etiam cedere bonis contra fideiussores, vt in capitulo 24. Regis Ioannis, & in capitulo 10. Regis Ferdinandi.

CAP. CXXIX.

IBi *Alleget*. Quid autem si debitis satisfactionem non alleget, sed debitum compensari petat, vel aliquo pacto, vel Iure executionem non posse procedere, an tunc de duplo creditor teneatur prestare, vide supra in capit. 104.

CAP. CXXX.

IBi *Et habeat iustam causam*. Concordat tex. in l. Qui in alterius, ff. de regulis Iuris.

CAP. CXXXI.

IBi *Duplum*. Sed qua pęna puniatur criminaliter qui petit debitū solutum, vide Bald. in l. 1. ff. de condict. Indebit.

Ibi *In integrum restitutionem*. Vide ad materiam supra in capit. 116. & quæ ibi dixi.

CAP. CXXXII.

IBi *De Casibus*. Qui sint isti casus, seu contractus, qui habent executionem paratam vidistis supra in capit. 114. cum Glos. sua.

Ibi *Actione in factum*. Et sic habes hìc quòd ex sententia oritur actio in factum. pro quo est tex. in l. Actori, C. de reb. credit. & ibi hoc tenet Bald. & Glos. in
A l. Miles, §. Iudicati, ff. de re iudicat. & Glos. in cap. fin. de Appellat. & ita communiter tenent omnes Glossæ Iuris cōmunis ciuilis, & ita tenet Salycet. in d. l. Actori, Cōtrarium tamen tenuerunt Cyn. & Bart. in d. l. Miles, §. Iudicati, & ibi Dominus meus Alex. & communiter tenent quòd sit actio iudicati, & non in factum, sed quocumque nomine vocetur non est vis, quia hodiè nomen actionis non exprimitur in libello, Adde tamen quòd sententia etiam habet execu-
B tionem paratam, vt notant DD. in dictis locis, & est tex. in l. 2. & ibi Bald. Salyc. & omnes, C. de execut. rei Iudicat. & l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. & est textus expressus in l. Post rem, & in l. Debitoribus, eod. tit. & ibi Bart. & omnes.

Ibi *Iuditio*. Super aliquo putà interrogatorio presentato, vel cędula priuata, & quòd sit qualificata talis cōfessio, aliàs non esset opus cędula, sed fieret executio, seu præceptum de soluendo, cùm
C talis cōfessio habeat executionem paratam, d. l. post rem, & d. l. debitoribus, ff. de re Iudicat.

Ibi *Nisi probet*. Et pro hoc dicitur, quod pluries dubitari vidi, quod si agatur per viam cædulæ vigore instrumenti vbi appositū est pactū, quod non se opponat, nec defendat, &c. & est elapsum decemnium, an debeat audiri pars aduersa non obstante pacto, Dico quòd sic, cùm hoc veniat ex forma statuti, & nemo potest facere, quòd statutum non ha-
D beat locum, & quòd forma non seruetur, l. Nemo potest, ff. de legat. 1. & ita pluries Iudicari vidi.

CAP. CXXXIII.

IBi *Breuiores*. Adde quòd de iure breuiores causæ aliquando dicuntur duorum aureorum, aliquando quinquaginta, aliquando trecentorum, aliquando quinquaginta librarum auri, aliquando quinquaginta aureorum, aliquando decem,
E prout ponit Glos. in Auth. Breuiores, & ibi Bart. C. de sentent. ex peric. recitād. & ibi Salyc. & omnes, vbi concludunt quæ causæ dicantur breuiores, & quòd hoc erit arbitrarium, consideratis causis, & personis, de quibus vide etiam, per omnes in l. admonendi, ff. de Iureiurand.

Ibi *Ad litis ingressum*. Quæ autem sint exceptiones, quæ impediant litis ingressum, vide per Bart. & omnes, in l. Fratres, C. de Transact. prout est omnis ex-

ceptio,

ceptio, quæ est litium finis, vt est exceptio transactionis, rei iudicatæ, Iurisiurandi, & exceptio præscriptionis, vbi vide per Ias.

Ibi *Possessoriè*. Scilicet siuè adipiscendæ possessionis, & quorum bonorum, vt quando quis petit se mitti in possessionē bonorum hæreditatis, quam nunquam habuit, siue de iure ciuili ex beneficio l. fin. C. de edict. Diu. Adriani toll. siue de iure Prætorio, vt Institut. de Interdict. §. sequens, & ibi Angel. Aret. siue retinendæ, vt uti possidetis in stabilibus, & vtrobi in mobilibus, §. restituendæ, Institut. eod. tit. & ibi per Angel. Aret. siue restituendæ, vt vnde vi, vt quia spoliatus est possessione rei suæ in Immobilibus siuè in mobilibus, d. §. restituendæ, quo casu etiam expulso nedum competunt dicta remedia ciuilia, sed etiam criminalia, scilicet accusatio l. Iuliæ de vi publica, si cum armis fuit vis illata, cuius pęna est deportatio cum publicatione bonorum, si sine armis de vi priuata, cuius pęna est relegatio, & tertiæ partis bonorum amissio, d. §. restituendæ, & §. Item lex Iulia de vi publica. Institut. De Public. Iudit. ibique per Aret. & Ad leg. Iul. de vi publ. per totum, & ibi per Bart. & omnes.

Ibi *Seruitutum*. Vt siue agatur pro seruitute reali rusticorum prædiorum, vt itineris, actus, viæ, & aquæductus, quæ debentur à re rei, siuè Vrbanorum prædiorum, vt tigni immictendi in parietem communem, siuè stillicidij recipiendi, & similium, siue agatur pro seruitute personali, vt pro vsufructu, qui debetur à re personæ, vel pro habitatione, vt Institut. De seruit. rusticor. prędior. in princ. cum Glossa sua in verb. Iura, & ibi Angel. Aret. de quibus etiam in l. 1. ff. de seruit. rustic. prædior. & ibi per Bart. & DD.

CAP. CXXXIV.

IBi *Et causa non est appellabilis*. Vt causæ momentaneæ possessionis, l. vnic. C. si de moment. possess. fuer. appell. & ibi vide Bart. Bald. & omnes, quòd procedit de Iure ciuili, de iure autem Canonico secus est, capit. significauerūt, de testib. & capit. ex quæstione, de Restitut. Spoliat. & ibi per Abb. & omnes, & vide Alex. cons. 99. vol. 5. vbi quid iuris sit seruandum, & eodem modo in causis, quæ dilationem non recipiunt l. fin.

A ff. de appellat. recipiend. vel non, & ibi Bart. & idem in causa damn. infect. & alimentorum, per dicta allegata, & per Alex. in Apostill. in d. l. fin. per Specul. plenè, qui ponit circa 40. casus, in quibus non appellatur in titul. De appellat. §. in quibus autem casibus, & l. de alimētis, C. de Transf. & l. 1. ff. de Appellat. Recip. vel non, & ibi per Bart. & omnes & vide Soccin. in fallent. suis, regul. 40. vbi enumerat 32. casus, in quibus non appellatur.

B Ibi *Concludatur in causa*. Quid sit cōclusio, Dic quod idem est quod renuntiare omnibus exceptionibus, & omnibus allegationibus, quæ fieri debent in scriptis, capit. Quoniam contra, de Probationib. & ibi per Lanfranc. & omnes, & vide Auth. Iubemus, C. de Iudit. capit. cum causa, §. fin. de Testib. in quibus locis habes etiam an post conclusionem in causa possint restitui partes, & iam vidistis supra, & ita practicatur, quòd aliquando post causam conclusam, C conceduntur aliquæ restitutiones ordinariæ.

CAP. CXXXV.

IBi *In causa autem spolij*. Et sic si aliquis fuerit spoliatus possessione alicuius rei mobilis, vel immobilis, quod fit infra bimestre tempus, agit vigore istius Ritus, quod tempus currit à die scientiæ spolij, & debet spoliator seu inuasor restituere possessionem spoliato antequam D audiatur in defensionibus suis, tàm circa possessionem, quàm circa proprietatem, etiam si talis exceptio dominij, & proprietatis sit notoria, nam non auditur ante restitutionem, cùm indistinctè loquatur, & ita practicatur, & obseruatur, licèt de iure sit secus, l. si quis in tantam, & ibi per Salyc. & omnes, C. vnde vi.

Sed posset dubitari An habeat locum istud statutum in spolio perpatrato à Iu- E dice, vt quando aliquem mictit in possessionem alicuius rei non citato possessore, & sic nulliter, & certè practicatur quòd tunc etiam habeat locum, quod tamen intellige verum, quando Iudex extraiuditialiter procedit, & in actibus extraiuditialibus, secus autem si iuditialiter, vt in figura Iuditij, per viam sententiæ, & interloquutorię, quia tunc non habet locum istud statutum huius Ritus, sed dantur alia remedia appellationis

possessoria, secundum Abb. post Alios in cap. Conquerente, de Restitut. Spoliat. & tenet Archid. in Can. Præsentiū. 7. q. 1. vbi bona Glossa, pro quo facit, quia quando Iudex procedit iuditialiter per viam sententiæ vt supra præsumitur pro ipsa sententia tàm quo ad rectitudinem, quàm quò ad rititudinem, nisi contrarium probetur, secundum Dom. Alex. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. & hoc quando transiuit in rem Iudicatam, vt quia non fuit appellatum, vbi refert hanc esse communem. Tu tamen vide plenius in cap. quoniam contra, in fine, vbi per Lanfranc. & Canonistas, & vide per Modern. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re Iudicat. & de isto spolio iudicis quādo scilicet quis fuit spoliatus vigore sententiæ nullæ, vide Dec. in cons. 125. volu. 1. & Abb. in cap. ex insinuatione, in 3. not. de Procurat.

Nota quod non tantum ille qui spoliauit, sed etiam qui mandauit, vel ratum habuit, licet non possideret, tenetur Interdicto vnde vi, capit. cum ad sedem, §. Interdictum, de Restitut. Spoliat. & ibi Doctores.

Nota etiā quod istud statutum habet locum etiam cōtra tertium possessorem, cùm etiam contra tertios possessores dētur remedia possessoria, capit. cum ad sedem, in fine, de Restitut. Spoliat. vbi plenè per Abb. & Can. Reintegranda, 3. q. 1. & ibi notatur & in capit. Bonæ memoriæ, de appellat. & de istis remedijs vide in capit. Sæpe de Restitut. Spoliat. & ibi per Abb.

Ibi *In defensionibus suis*. Per hoc videtur excludere appellationem, cùm sit species defensionis, capit. Inter, & cap. Significauit, de exceptionib. & ibi per Abb. & omnes, Bald. in l. ad peremptorias, C. sentent. rescind. non poss. vers. quæro vtrum exceptio, cum seq. & per Speculat. in titul. de appellat. in 1. part. §. 2. vers. trigesimo secundo, & ibi per Io. Andr. & Bald. in Addit. & per Philipp. Franc. in Rubr. de appellat. & vide Glos. & Archid. in Can. si quis deinceps 16. q. vltim. in verb. audientia, & vide DD. in l. cum Mulier, ff. solut. matrim. Sed quid si appellet ante sententiā latam in spolio ab aliquo grauamine, Dic quòd non auditur appellans, ex quo statutum istud denegat defensiones, quia hoc est defendere per supradicta.

Sed An debeat obseruari iste Rituus in foro Ecclesiastico, Dic quòd sic, cùm cōcernat ordinem iuditiorum, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi per Abb. & omnes, de Constitut. & ita obseruatur, & practicatur quotidie in Curijs Ecclesiasticis, vide Paul. de Castr. in l. omnes populi, ff. de Iustit. & Iur.

Quæro, an in Spolio requiratur expressio temporis, & loci, vide Roman. in cons. 188.

CAP. CXXXVI.

IBi *In summarijs Iuditijs principalibus*. Hoc est, in prima instantia, & in prima sententia habet locum.

CAP. CXXXVII.

IBi *Infra menses duos*. Et sic habes vnum casum, in quo instantia durat per bimestre tempus, Alium casum habes vbi causa durat per duos menses in Authent. vt cleric. apud propr. Episc. in princ. scilicet in causa criminali contra clericos.

Adde tamen quòd de Iure Instantia causæ ciuilis durat triennio, causæ verò criminalis biennio, quo elapso perit instantia exceptis casibus, vt quando agitur de fundo fisci, vel alijs fiscalibus caussis, aut publicis functionibus, quæ debentur Principi, l. Properandū, in princ. C. de Iudit. & ibi Bart. & omnes, & l. 1. C. vt infr. cert. temp. &c.

CAP. CXXXVIII.

IBi *Neque supplicari*. Quid sit supplicatio, & in quo differat ab appellat. vide Glos. & Doct. in capit. ex literis, in verb. supplicauit, de in Integr. restitut. & per Ias. post Alios in l. si quis aduersus, C. de Precib. Imper. offerēd. vbi ponit quinque differentias inter appellationē, & supplicationē, & vide Marant. in 6. part. act. 2. nu. 15. & 16. cum seq. fol. 167. & est supplicatio quædā venia quæ miserabiliter imploratur aduersus sententiam, vt l. Præfecti, ff. de Minor. & per Ias. in Authent. quæ supplicatio, C. de Præcib. Imper. offer. vbi etiā habes quod supplicare est à sentētia, à qua nō licet appellare, scilicet lata à Principe, à Præfecto Prætorio, à Senatu, & ab Alijs personis existentibus in excelsa dignitate. Itē Appellatio est remedium ordinarium, quod cōpetit aduersus sententiam, quod secus est in supplicatione, vt supra dicitur nam est quædam species restitutionis in integrū aduersus sententiā, cū per eā non rescindatur sentētia, nec p eā sentētia dicat

Iniqua,

Iniqua, imò presupponit sententiam tenere, quod secus est in appellatione. Itē Appellatio interponitur infra decē dies, supplicatio verò infra biennium, benè verum quòd tunc nō impedit executionē, sed si infra decem dies supplicatur, tunc impeditur executio, nisi victor prestet de restituendo in casu succumbentiæ, de quibus omnibus vide plenè per Iaf. in d. Auth. Quæ supplicatio, & d. l. si quis aduersus.

CAP. CXXXIX.

IBi *Cedulæ*. Circa hoc vide supra in capit. 132. in Rubric. de modo procedēdi per viam cedulæ.

CAP. CXL.

IBi *Summariè*. Circa hoc vide etiam supra In capit. 133. In Rubric. De modo procedendi in summarijs, vbi habes quæ causæ sint summariæ, & quæ ordinariæ.

CAP. CXLI.

IBi *A tempore scientiæ*. Nam ignoranti non currit præscriptio aut tempus, l. 1. ff. de Iuris, & fact. ignorant. in princ. & l. Bonorum, C. Qui admitt. & ibi notatur.

Ibi *Procuratoris*. Et sic habes hìc quòd quis non potest per procuratorem accusare, sed ipse personaliter accusare debet, & in libello intitulari, quod tamen intellige verum esse de iure in delictis, in quibus venit imponenda pęna à relegatione supra, vt mortis, deportationis, & mutilationis membri, l. pen. §. ad crimen, ff. de Publ. Iudit. & l. 1. ff. An per alium caus. appell. red. poss. & ibi Bart. & omnes post Glos. Cępoll. cons. 72. qui dicit communem esse opinionem, quod tamē limita non habere locum quò ad allegandum causas absentiæ, nam tunc admittitur procurator, d. §. ad crimē, & ibi Bart. & capit. Veniens, de Accusationib. & ibi per omnes, Glos. in Can. in criminalibus, 5. q. 3. In quibus locis etiam habes quæ sint istæ causæ absentiæ, quę allegari possunt per procuratorem. Item nisi sit persona Illustris tàm accusator, quàm accusatus, l. fin. C. de Iniurijs, & quę sint personæ Illustres, vide Glos. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. est Iurisd. & ibi notatur, & in d. l. fin. In fine.

A Item etiam in domino defendente seruum suū, vt l. si cui, §. pen. ff. de Accusationib. & l. si seruus, C. eod. tit. & Idem in patre defendente filium. Idem dicas si ex forma statuti possit procedi contra contumaces, vt est ex forma Ritus nostri infra in capit. 159. quo casu potest interuenire procurator, ita dicit Hyppolit. in cons. 60. nu. 23. Item nisi Reus esset carceratus, vel fideiussione ligatus, tunc enim potest interuenire procurator ad totam læsionem, & causam, B tàm ad repetitionem testium, quàm ad alia acta facienda, secùndum Bart. in d. §. ad crimen, de quibus etiam vide per Gandin. in tract. Malefic. in verb. vtrum procurator. Sed nota quod prædicta, vt non possit interuenire procurator in criminalibus, procedunt vbi venit imponēda pęna corporis afflictiua vt supra, secus si veniret pęna pecuniaria.

Ibi *Nisi in crimine Hæresis, vel Lese Maiestatis*. Et sic habes hic duos casus, in quibus quis carceratur proposita ac- C cusatione, & non auditur in fideiussione, & idem dicas si delictū esset aliàs graue, & enorme, vt homicidium, & vbi venit imponenda pęna vitæ, seu mutilationis membri, aut deportationis, secùndum Bald. in l. 3. C. de Episcopal. audient. & est tex. in l. Diuus, ff. de Custod. & exhibit. reor. & vide tex. Glos. & Bart. in l. 1. ff. eod. tit. & ita practicatur, & obseruatur, quòd in arduis non admittitur fideiussio ab initio, sed carceratur, vide Salyc. in l. 2. in princ. C. de exhib. Reor. Nota D quòd ex forma dictæ Constitutionis Regni, de qua hìc fit mentio, quæ incipit, Humanitate, in tit. de his qui fideiuss. dar. poss. excipiuntur Alij duo casus, scilicet, quando delictum est notorium, vel Reus est confessus, aliàs in quocumque delicto etiā capitali debet audiri in fideiussione, vt dicit litera, tamen vt supra dixi in practica aliter obseruatur. Et intellige hìc in crimine Lęse Maiestatis in primo capite, in personam Principis, eiusque Consiliariorum, vt in d. Constitut. Humani- E tate, & ibi plenè videas per Andr. de Isern. quia lex Iulia maiestatis habet multa capita, de quibus in l. 1. ff. Ad leg. Iul. maiestat.

Ibi *Semiplenè*. Quæ autem sint illa inditia, seu semiplenæ probationes, quæ sufficiunt ad tormenta, Dic vt per Bart. in l. Admonendi, 2. col. vers. quæro quando dicatur plenè, vel semipienè, ff. de Iureiurand. vbi ponit quòd vnus testis omni exceptione maior facit semi-

plenam probationem, & idem Bart. in l. pen. ff. de quæstionib. & Glos. in d. l. Admonendi in verb. exacto, vers. vel per vnum testem, & ibi per Ias. plenè post Dom. meum Alex. super Glos. vbi hoc dictum multis modis limitat, vide ibi per eum, & hoc procedit quando deponit super facto, secus quando super aliquo iuditio, tunc enim quodlibet Inditium debet probari per duos testes, secundum eum, & est Glos. & ibi Bart. & DD. in l. fin. C. Famil. hercisc. Et eodem modo Fuga facit Inditim ad torturam ante tamen accusationem proposita, & maximè in officiali, fugiente tempore Sindicatus, quod tamen limita etiam secundũ Bart. & DD. in d. l. Admonendi, & l. fin. ff. de Quæstion. nisi sua sponte compareat, nam tunc non facit inditium ad torturam, de quo etiam per Bart. & DD. in l. si quis sit fugitiuus, §. 1. ff. de ędilict. ędict. Si autẽ post accusationem propositam fugisset tunc pręsumitur metu accusationis fugisse, & non facit Inditium ad torturam talis fuga, & ita notabiliter dicit Bart. in l. 1. In princ. ff. de bon. eor. qui sib. mort. & sequuntur omnes in d. l. Admonendi, & vide etiam per August. in tract. Malef. ad Angel. in verb. fama publica, & de Minis, & Alijs Inditijs per quæ deuenitur ad torturam, vide per Gandin. in tract. Malef. in Rub. de Inditijs Indubitatis.

Ibi *Pro purgatione*. Adde quòd alia est purgatio, quæ indicitur personis Ecclesiasticis, vt in titul. de Purgat. Canonic. quando clericus accusatur de aliquo delicto, nam debet se purgare de infamia dicti delicti per testes deponẽtes de credulitate, & cuius conditionis debent esse testes, vide ibi, quia paris conditionis esse debent, vt accusati.

CAP. CXLII.

IBi *Non recentibus*. Idest post duos menses, vt in capitulo Præcedenti est videre.

Ibi *Quod sit locus torturę*. Vide supra in præcedenti capitulo in Glos. semiplenè, vbi dixi.

CAP. CXLIV.

IBi *Ordinarię*. Idest sex dierũ, vt Infra in Rubric. de modo procedẽdi in causis ordinarijs, capit. 171.

Ibi *Ex clausula generali*. De ista restitutione, quæ conceditur ex clausula

A generali, si qua iusta causa &c. habes tex. in l. 1. ff. ex quib. caus. maior. In fine.

Ibi *Super nouis capitulis* Quid sit nouũ capitulum, & quid sit antiquum, vide Bart. Bald. & omnes in l. Per hanc, C. de tempor. appellat. & in Auth. qui semel. C. de Probat. vbi dicitur quòd omne capitulum, seu articulus, aut intẽtio actoris, respiciens, seu coadiuuans primam actionem, & descendens ex antiquis capitulis, antiquum dicitur, capitulum verò, seu articulus nullo modo respiciens nec coadiuuãs primam actionem dicitur nouum,

B vide ibi Bald. qui ponit multa exempla, & per Canonist. plenè in capit. Fraternitatis de testibus, & per Bart. & Aret. in l. Admonendi, ff. de Iureiurand.

Ibi *Copia productorum*. Tunc enim ex quo didicit testificata subest timor subornationis testium, & impeditur receptio testium, d. Auth. Qui semel, & & ibi per Bart. & omnes, vbi etiam ponit, quibus modis dicantur didicita testificata. Sed quid si didicit testificata à te-

C stibus viua voce, non autem capiendo copiam productorum, nec legendo attestationes, an poterit producere testes hoc non obstante, vide ibi, quam regulam limita multis modis, vt per Dom. Abb. & Alios in d. capit. Fraternitatis, de Testibus, scilicèt in causa matrimoniali, Item in minore, Ecclesia, & etiam in Maiore in casu quo restituitur de iure ad aliquam probationem, & ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. Quãdo etiam post didicita testificata possunt

D partes etiã super antiquis producere, vide ibi per eum, vbi ponit 20. casus ad limitationem dictæ Regulæ.

Ibi *Iudex ex suo officio*. Et sic habes quòd Iudex ex officio suo, & etiam ad petitionem partis potest post causam cõclusam restitutionem concedere super nouis capitulis, quod intellige vt supra dixi, non omnino nouis, sed super nouis descendentibus ex veteribus, & antiquis capitulis, quia tunc non essent admictenda, tamquam impertinentia, de

E quo per Dom. Abb. in d. capit. Fraternitati, de Testibus, Quibus adde quòd Iudex ex suo mero officio potest interrogare partes, etiam post conclusionem in causa, & etiam testes de nouo accipere, capit. cum clamor, de Test. b. & ibi Abb. post Alios, & in capit. cum Ioannes, de fide Instrument. & ibi Glos. & DD. & habes text. Glos. & Bart. in l. vbicumque, ff. de Interrogat. actionib.

CAP.

CAP. CXLV.

IBi *A relegatione supra*. Vt mortis, deportationis, mutilationis membri, & similium, de quibus per Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. Iudic. & Bald. in l. 3. C. de Episcopal. audient. & adde bonum tex. in l. Capitalium, per totam legem, ff. de pęnis, & ibi per Bart.

Ibi *Vel per contumaciam absente*. Et sic habes quòd tunc Ius acquisitum est, vt possit subintrare in causa, præposita accusatione, quando accusatus est præsens, vel carceratus, vel fideiussione ligatus, vel citatus sed per contumaciam absens, aliàs secus, quibus adde, quòd si non comparet, sed perseuerat in cotumacia dictus accusatus, & citatus, quòd annotentur bona per Curiam ad petitionẽ Regij fisci, seu hærarij Curiæ, & banniatur Reus ipse contumax, & ammictit tertiam partem bonorum mobilium, elapsis duobus mensibus, post annum verò omnia bona publicantur tàm mobilia, quàm stabilia, si nõ habet filios, vt in Cõstitut. 1. de Pęn. Contum. in criminal. & ibi per Andr. de Isern. Quid si veniat infra bimestre, dic quòd recuperat tertiam partum bonorum mobilium, sed si non comparet infra annum, elapso anno foriudicatur in causis arduis ad petitionem partis, vt in Constit. Pęnam eorum, de Foriud. bannit. & ibi plenè per Andr. de Isern. In minimis verò causis, & delictis non foriudicatur Reus, sed potest vt absens condemnari, secùndum Glos. in d. Constitut. 1. de pęn. contum. in criminal. & vide tex. Bart. & DD. in l. Absentem, C. de Accusat. & ibi per Salyc. de iure autem communi absens pro graui crimine punitur annotatione seu descriptione bonorum, non autem bannitur, vt in d. Constitut. 1. De pęn. contum. in criminal. & l. 1. ff. de requirẽd. Reis, & ibi Bart. & DD. l. 1. C. eod. vbi omnes, & vide infra in cap. 159. vbi fit mentio de dicto banno.

Ibi *Concordare*. Scilicet in præiuditium fisci, cùm, ea concordia, & transactione non obstante, poterit curia ipsa subintrare. Sed an teneat talis transactio, & cõcordia in preiuditium partium, Hoc non deciditur hic, sed manet in dispositione Iuris communis talis casus ommissus, l. commodissimè, & ibi DD. ff. de libert. & posth. propterea dic quòd talis transactio valet de iure communi in omnibus delictis vbi venit imponenda pęna

A sanguinis, l. Transigere, & ibi Bart. Alexan. & omnes, C. de Transact. exceptis aliquibus casibus ibi notatis in Glos. & per DD. in Alijs autem delictis vbi non venit pęna sanguinis, sed alia pęna quæcumque sit, non valet transactio tàm ex parte Actoris, quàm ex parte Rei, exceptis etiam aliquibus casibus ibi notatis, De iure autem Constitut. Regni vt in Constitut. post citationem, in casibus vbi est licita transactio, scilicet quando venit pęna sanguinis, gratuita transactio

B permissa est quandocunque, pecunia non interueniente ante litem contestatam, & antequam Reus citatus compareat est licita, sed post litem contestatam non licet nisi interuenerit consensus Iudicis, vt in d. Constitut. post citationem, & ideo hodiè quando fiunt tales cessiones litis in iuditio debent acceptari per Iudicem, aliàs non valerent in criminalibus. Imò possent puniri partes, l. 1. C. de Abolit. & l. 1. C. Ad Turpill. In minimis autem causis est inhibita transactio de iure vt su-

C pra, sed per Ritum istum est permissa vbi venit pęna à relegatione infra inclusiuè, & istud serua in minimis, in alijs dic vt supra.

Ibi *Vsque ad publicationem*. Dic quòd per capit. Regni possunt etiam vsque ad sententiam exclusiuè partes se cõcordare, vt in capit. 360. Regis Alfonsi.

CAP. XLVII.

IBi *Miserabiles*. Vt pauperes, & simi-

D les, de quibus in capit. significantibus, de offic. Delegat. & per Abb. ibi post Alios.

CAP. CXLVIII.

IBi *Committitur in re*. Vt pro furto, rapina, & re stabili inuasa, & sic habes hic quòd coram Iudice causarum criminalium potest peti restitutio rei ablatæ officio Iudicis, facit l. interdum, §. qui furem, & ibi hoc firmat Bart. & om-

E nes, ff. de furtis, nam licèt Iudex causarum criminalium non possit cognoscere de causa ciuili l. solemus, §. latrunculator, ff. de Iudit. & ibi per omnes notatur, hoc est verum, & procedit quando principaliter intentatur actio ciuilis, secus autem si incidenter vt hic, & l. Quoties, C. de Iudit. & d. §. latrunculator, & d. §. qui furem.

CAP. CXLIX.

IBi *Delicta publica*. Quæ autem dicantur delicta publica, & quæ priuata, vide tex. in l. 1. ff. de publ. Iudit. & dic publica pro vt est crimen Lesę Maiestatis Diuinæ, & humanæ, crimen Adulterij, crimen homicidij, & similia: Priuata verò sunt, vt crimen iniuriarum, furti, & similia, vt d. l. 1. & Institut. de public. Iudit. per totum.

Ibi *Heresis*. Quis sit hæreticus, & qua pęna puniatur, vide Archidiac. in capit. Quicumque, de Heret. lib. 6. nam dicitur Hæreticus quasi à fide diuisus, vt quia aliter sentit de Sacramentis, scilicet de corpore Christi, Baptismate, confessione, & Alijs, quæ Sacrosancta prædicat Ecclesia, & obseruat, capit. Ad abolendam, de Hæreticis, Item dubius in fide, Item Simoniacus, Item omnis malè interpretans sacram Scripturam, 24. q. 3. Can. Hæresis, Item qui nouam opinionē Inuenit 23. q. 3. Can. Hæreticus, Item Hæreticus est qui non tenet articulos fidei, vt in dictis iuribus. Pęna autem est publicatio bonorum capit. Cum secundum, de Hæret. lib. 6. Item pęna mortis, capit. Hæreticis, eod. tit. l. Arriani, C. de Hæreticis, licèt de consuetudine comburentur vt in constitut. 1. de Hæreticis.

Ibi *Lese Maiestatis*. Scilicet in personam Principis, & eius statum, & collateralium, vt in Constitut. Humanitate, & Cap. Regni 359. in tit. Quod nō procedat. per viā denunt. licet de Iure multis modis cōmictatur crimen Lęsæ Maiestatis, nam multa habet capita, l. Quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. & l. 1. cum l. seq. ff. eod. tamen strictè hìc capitur, ex quo refert se ad Constitut. & capit. Regni superius alleg. quæ restringunnt casus supra expressos, facit quod notat Bald. in d. l. Quisquis, & Bart. Ad reprimendum, in verb. Quodcumque crimen, & etiam notatur per Cyn. & Salyc. in dictis locis, vbi dicunt quòd in alijs capitibus legis Iuliæ Maiestatis nō propriè dicitur commicti crimen lesę Maiestatis, sed impropriè, & sic non fit extensio in statuto, l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. ponit Io. de Imol. in l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. vbi ponit exemplum de officialibus Principis, & Magistratibus, & Vicario Principis, vnde per prædicta videtur quòd si esset facta resistentia officiali Regis, exercenti officiū

A quòd non possit Curia principaliter agere, in contrarium facit consuetudo, quæ seruat, quòd iniuria illata exercenti officium, videtur illata ipsi Regi, vel Principi, vt est tex. in Constitut. eos, De iniur. curial. perf. &c. & ibi Andr. de Isern. & tenent Canonistæ in capit. 2. & capit. cum olim de offic. Delegat. & istam vltimam opinionem seruatur in Curijs, & vidi pluries in hac ciuitate obseruari per Hærariū Curiæ principaliter prosequētem, licèt in puncto Iuris videatur prima

B opinio verior.

Sed quid in Contrauentione banni, an possit Curia prīcipaliter agere, Dic quòd sic, quoniam pro tuenda Iurisdictione ipsorum officialium omnia banna imponere potest, de quo per Bart. in l. 1. ff. Quod quisque Iuris, & in l. 1. ff. si quis ius dicent. non optemp.

Sed quid in spretis pęnis, & mandatis pęnalibus ad petitionem partium, Dic quòd non potest fiscus principaliter agere, nec cedente parte subintrare, vt per

C capit. Regni 467. & 503. Regis Alfonsi.

Ibi *Secundum formam Cōstitutionum Regni*. Scilicet in Constitut. Humanitate supra allegata, & in Constitut. 1. supra etiam allegata. De Hæreticis, cuius pęna est mors cum publicatione bonorum, & etiam damnatur eius memoria, vt in dictis Iuribus, & in d. l. Quisquis, C. ad leg. Iul. Maiestat.

Ibi *Nefandi*. Quot modis commictatur istud crimen Nefandi, seu Sodomiticum, vide tex. De Pœnitent. distinct. 1.

D cap. Sollicitatores, §. qui puero, vbi habes quòd ne dum cum puero, sed etiam cum animalibus brutis commictitur, & etiam cum quis peccat carnaliter manibus proprijs, Glos. 32. q. 7. Can. Flagitia, & Can. omnes, & eodem modo Mulier cum agit cum Muliere, l. Fędissimam, C. de Adulter. in quibus locis etiā habes, quòd multis alijs modis tale crimen commictitur. Qua autem pęna puniantur talia crimina cōmictentes, vide tex. in l. cum vir nubit in fęminam, C. de Adulter. & in

E Authent. vt non luxur. contr. nat. vbi dicitur quòd est pęna mortis, & ibi Bart. Bald. & omnes, & hoc de iure ciuili; sed de consuetudine cremantur, De iure autem Canonico, si est laicus excommunicatur, si verò clericus detruditur in Monasterio, capit. Clerici, de excessib. Pręlat. & ibi Abb. post Alios, & vide in d. Can. Flagitia.

Ibi *Blasfemijs*. Qua pęna puniantur isti blasfemantes Deum, & Beatam Virginem

ginem Mariam, vide in Constitut. 1. De Blasfemant. vbi puniuntur pęna mutilationis linguę malè loquentis, tamen de Iure Authent. est mortis, vt in d. Auth. vt non luxur. contr. nat.

Ibi *Artis Mathematicæ*. De ista arte Mathematicæ habes tex. in l. 1. C. de Malefic. & Mathem. & Can. Illos, 26. q. 2. & capit. 1. De Sortileg. & ibi plenè per Abb. & post Alios, vbi habes etiam qui dicantur isti Diuinatores, seu Incantatores, & isti de Iure ciuili puniuntur pęna mortis cũ publicatione bonorum, & aliquando pęna concremationis, vt est tex. in l. Nullus, & ibi Salyc. & omnes, C. eod. tit. de iure autem Canonico excommunicantur si sunt laici, si verò clerici priuantur beneficio, & officio, vide ibi per eum. Vbi etiam habes, quòd tale delictum non est merè Ecclesiasticum, Imò etiam ad Iudicem secularem spectat, & laicum, & est locus preuentioni, nec in hoc habent Iurisdictionem Inquisitores hæreticæ prauitatis, nisi talis diuinatio, seu incantatio contineret hæresim, secundum eum ibi.

Ibi *De Homicidio*. Et sic habes quòd hoc crimen homicidij est publicum, quãdo occisus non habet consanguineos qui possint vendicare eius mortem, aliàs est priuatum per istum Ritum, concordat Constitut. 1. De Homicid. & damn. & capit. Regni 359. Regis Alphonsi, in tit. quòd non procedat. per viam Inquisit.

Ibi *Quod eius iniuriam*. Et sic non habet locum in seruo, licèt sit exterus, argum. à cõtrario sensu huius statuti, nam ratio est seu causa finalis quare Curia potest principaliter agere de morte exteri, quia non extat persona, quæ possit vincare mortem exteri, à contrario ergo sensu causæ finalis cessantis statuti, si esset persona, quæ possit vindicare mortẽ exteri, non ageret Curia, prout est in seruo occiso, nam tali casu adest persona eius domini; quæ potest accusare, & vindicare necem serui sui l. Idem Neratius, §. sed si dolo, ff. Ad leg. Aquil. & §. liberum, Institut. de leg. Aquil. vbi pro seruo occiso agit dominus ex lege Cornelia de Sicarijs, & facit etiam tex. in l. eum qui, §. si seruus, ff. de iniurijs, & l. 1. in princ. eod. tit. & Institut. eod. §. seruus, vbi iniuria facta seruo non dicitur sibi facta, sed domino. An autem argumentum à contrario sensu causæ finalis cessantis sit validum, ponunt expressè Salycet. Bald. & omnes, C. de Episc. & cleric. l. conuenticulam, & per Mo-

A dern. plenè in l. 1. §. huius rei, ff. De offic. eius cui mand. est Iurisd. quod tamen Intellige esse verum quando seruus esset occisus ab extraneo, secus autem si à domino, quia tunc habet locum statutum istud, cùm non sit ratio, qua cesset causa finalis huius statuti, scilicet quia nõ habet personam, quæ posset accusare, quia dominus se ipsum non accusat, & sic posset Curia principaliter agere, & ita teneas, & idem dici posset si occisus est à filijs Patroni, & domini, cùm sit eadem persona, & plus diligit filium pater quàm se ipsum, l. Isti quidem, ff. Quod met. caus.

B Ibi *Falsę Monetæ*. Adde quòd etiam de Iure in isto crimine, procedi posset sine accusatione, l. 2. C. de fals. monet. & ibi Bald. & Salyc. & sic concordat cũ isto capitulo. Et dicitur falsa moneta, quando aliquis priuatus authoritate propria nummum aureum, vel ęneum figurat, vel sculpit cudendo. Qua autem pęna puniatur talis fabricans falsam monetam, Dic quòd pęna mortis, & publicationis bonorum, vt in Constitut. 1. De

C Cudend. monet. adult. & l. 1. & 2. C. de fals. monet. & ibi Salyc. & in l. Quicumque nummos, ff. Ad l. Cornel. de fals. vbi ponitur etiam qua pęna puniatur tondens, seu radens monetam, scilicet pęna mortis, vt in Constitut. 1. in tit. de cudent. fals. monet. & vide Glos. in d. l. Quicunque nummos, & Bart. in l. Qui falsam, ff. de Falsis. Sed quid in expendentibus, seu vtentibus, aut cambiantibus scienter pecuniam falsam, vide in d.

D Constitut. 1. de Cudend. monet. adult. & ibi per Andr. de Isern. vbi puniuntur etiam pęna mortis: De iure autem communi aliter puniuntur expendentes seu vtentes, nam si plumbeam, vel stagneam expendunt, vel vtuntur, puniuntur pęna deportationis, aliàs pęna extraordinaria, secùndum Bart. in l. Lex. Cornelia, ff. de falsis, & tex. Glos. & Abb. post Alios in capit. Quanto, de Iureiurand. addè etiã quòd aliàs concremantur tales falsificantes monetam, vt d. l. 2. C. de

E falsas monet. & quando hoc procedat, vide per Glos. ibi in 3. solutione, quæ communiter approbatur. Quid autem in faciente aurum, vel argentum in materia rudi per artem Archimiæ an puniatur, Dic quòd non, prout est Glos. in d. Constitut. 1. de Cudend. monet. adult. quam sequitur ibi Andr. de Isern.

Ibi *Incendiarijs*. Idest proijcientibus ignem tempore prohibito vsque ad festiuitatem Virginis Mariæ de mẽse Augu-

sti, se-

sti, secundum Constitut. Regni, vt in Constitut. super incisionibus, de Malefic. clandest. & in Constitut. Qui dolosè, de incendiar. vt putà die ventoso, l. Qui occidit, §. in hac, ff. Ad leg. Aquil. Et pro intelligentia dicatis quòd contra incendiarios potest agi ciuiliter, & criminaliter, primo casu quando est factum culpa leui, vel leuissima, vt quia aliquis in stipulam, seu spinam suam immiserit ignẽ causa illam comburendi, & damnum Intulit alienis segetibus, seu vineis, nam tenetur ad emendationem damni, d. l. Qui occidit, §. in hac: secundo casu quãdo scilicet dolo immisit ignem causa cõburendi, alienam domum, seu vineam, seu aliquid aliud propter inimicitias fortè, vel alia de causa dolosa, tunc punitur pena mortis, per Constitut. Regni, vt in d. Constitut. Qui dolosè, de incend. & l. capitalium, §. Incendiarij, ff. de penis, & l. Qui edes, ff. de incend. ruin. naufr. & tex. & ibi plenè p Bart. in l. 1. ff. de offic. Præfect. vrb. & ibi vide Alex. in Apostill. & Glos. & DD. in capit. Tua nos, de sentent. excommunicat. & Angel. Aretin. in tract. Malef. in verb. incendiario.

Ibi *Per officiales in flangranti crimine*. Dic etiam si fuerit Nuntius, seu Montetius talis officialis, nam poterit Curia principaliter agere, nullo accusante, nec comparente, concordat etiam dispositio iuris communis in hoc, nam talis cõprehensio in flagranti sufficit ad inquirẽdum, secundum Bart. & omnes in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect. vrb. & Bart. in l. fin. ff. ad leg. Iul. Peculat. & l. si quis in seruitute, ff. de furtis. Et aduerte quòd Ritus dicit, *In flagranti crimine comprehensi fuerint*. Et sic non sufficit si quis fuerit visus tãtùmmodo vt possit inquiri, sed requiritur etiam captura, secundum iura prealegata, in quibus locis etiam habes quando quis dicatur captus in flagranti crimine, & vide etiam Bart. in l. Fur manifestus, ff. de furtis, & plenè per Angel. in tract. Malef. in verb. Dictus Andreas armatus, & Cyn. in l. Falsus, C. de furtis, & per omnes in l. Raptores, C. de Episcop. & cleric, & in l. vnic. C. de Rapt. virgin.

Ibi *Crimen fateantur*. Et sic potest Curia principaliter agere contra confessos, Adde quòd idem est etiam de iure communi, secundum Bart. in l. Mercalem, C. de Condict. ob turp. cauf. & istud intelligas procedere quando quis confitetur delictum, de quo quæritur, A sed quid si de delicto agitur, & de alio incidenter cõfitetur, an de isto possit puniri, Dic quòd non, nec procedit iste Ritus, secundum Bald. in l. Presbiteri, C. de Episc. & cleric. & in Auth. Nouo Iure, C. de Pen. Iudic. qui mal. Iud. sed Bart. in l. si confessus, ff. de custod. reor. & Dom. Abb. in capit. si clerici, in 3. not. de Iudit. videntur tenere contrariũ, sed pro concordia, Dic quòd ex eodem processu non poterit de crimine inciden ter confessato, sed in alijs sic, vide Dom. B Abb. in capit. 2. De confess. super 2. solut. quam facit ibi Glos. mag. & notatur per Bart. in l. Non solum, §. fin. ff. de Iniur. & vide etiam Bald. in l. 1. C. de confess. 8. col. vers. quæro nunquid.

CAP. CL.

IBi *Reaccusationes*. Et sic habes quòd, quando Accusator reaccusatur de delicto antiquo, non auditur reaccusatio nisi primò constet de delicto: si verò C reaccusatur de delicto recenti auditur reaccusatio, vt hic, & hoc quando Iudici videbitur.

Adde quòd de Iure Constitut. Regni in Constitut. quæ incipit, si ciuiliter agẽs, in tit. de Preiuditial. in criminal. si Accusator reaccusatur, quòd in vtraque proceditur, scilicet tàm ĩ accusatione, quàm in reaccusatione, & siue de pari, vel minori, siue maiori delicto reaccusetur: de Iure autem communi in vtraque etiam proceditur, quando reaccusatio est de D pari, vel minori crimine, & suam prosequatur iniuriam, secus si de maiori crimine, quia tunc proceditur in maiori, l. Neganda, C. Qui accus. non poss. & ibi plenè per Salyc. & in l. 1. C. eod. & plenè per Bart. in l. is qui Reus, C. de Public. Iudit. & ibi Salyc. tamen per istum Ritum habes quòd proceditur in accusatione vsque ad aperturam testium, & postea proceditur in reaccusatione, & sic differt ista dispositio à dispositione Iuris Cõstit. E Regni, vt supra dictum est, & etiam à dispositione Iuris cõmunis, obserua tamen in practica dictam dispositionem Ritus.

CAP. CLI.

IBi *Sed pena pecuniaria*. Adde quòd multa sunt delicta vbi de Iure venit pena pecuniaria, & vbique, & in omnibus seruatur Ritus iste, vt quando libertus accusatur à patrono quòd eum fine venia in ius vocauerit, & similia, nam

pena

pęna est aureorum quinquaginta, l. fin. ff. de in ius vocād. & eodem modo quādo quis accusatur de termino moto, nam pęna est etiam quinquaginta aureorum, l. Agraria, ff. de termin. mot. & in actione sepulchri violati, l. 2. ff. de sepulchr. violat. & vbi per statuta locorum imponuntur tales pęnæ pecuniariæ.

Ibi *Prestando deparendo sententia*. Adde quòd de iure communi prestatur de parendo, & iudicatum soluendo, secundum Bald. in l. 2. C. de execut. rei Iudicat.

CAP. CLII.

IBi *Fuerit accusatus de spreta pęna*. Adde quòd quò ad condemnationē sprętæ pęnæ defensæ non attēditur ad quātitatem pęnæ impositæ, sed ad qualitatem violentiæ, an si cum armis, vel sine armis fuit illata violētia, nam primo casu punitur nō obtemperans tertia parte bonorū suorum, secundo verò casu idest sine armis punitur quarta parte bonorum suorum, non autem quātitate apposita in pęna, vt in Constitut. Si quis in posterum, in tit. de Defens. Imposit. &c. Quis autem eam imponere possit, Dic quòd quilibet timens ne offendatur in persona, vel in bonis à potentiori persona, etiam priuata, & eadem modo Iudex pro sedādis rixis, Pro quibus autē personis possit imponi, Dic quòd pater pro filio & è cōtra, tutor pro pupillo, procurator pro domino imponere potest, sed an debeat inuocari nomē Regis, Dic quòd sic, aliàs non valet, eo non inuocato, vt in Constitut. Iurisgentium, in tit. de Defens. Imponend. & in d. Constitut. si quis in posterum, & ibi videas quid, si ille cui imposita est, obtemperauerit.

CAP. CLIII.

IBi *Pęna per Constitutiones Regni*. Scilicet tertia parte bonorum, si vis fuit cum armis, aut quarta parte bonorum, si fuit sine armis, vt supra proxime dixi, per dictas Constitutiones.

Ibi *In corpore puniendus*. Scilicet defectu bonorum, ex quo venit applicanda fisco, nam qui non habet in ęre, luit in corpore, l. Quicumque, C. de seru. fugit.

CAP. CLIV.

IBi *Pęna adiecta*. Adde quòd de iure communi talis pęna tenet, l. Iulianus, §. Idem Papinianus, & ibi notatur, ff. A de Action. empt. & in l. cum allegas, C. de Vsur. & ibi Bald. & in l. Lucius, ff. de acti. empt. & vide Alex. cons. 46. vol. 4.

Ibi *Ius commune seruetur*. Scilicet quòd talis pęna seruetur, & teneat, & exigi possit à contraueniente, siue agendo, siue excipiendo contrauenerit sententiæ Arbitri, l. 1. C. de Arbitr. & plenè per Bart. in l. si cum antea, C. eod. tit. vbi etiam habes an sententiam Arbitri, electi sine pęna à partibus, oriatur actio, & dicitur quòd sic, si fuit emologata expressè laudando sententiam, siuè tacitè B non appellando infra decem dies: si autem Arbiter est electus cū pęna, certum est quòd non oritur actio ex sentētia, sed agitur ad pęnam promissam, & eodem modo non agitur ex sentētia quando esset factum compromissum sine pęna, nam tunc agitur ex stipulatione, non ex sententia, secundum Bart. in locis superius allegatis, & vide Bald. in d. l. cum allegas, C. de Vsur. vbi quærit, quid si cōtrauenitur sententiæ Arbitri cum pęna, C differendo solutionem, non autem agendo neque excipiendo, & sic an tali casu pęna peti possit, vide ibi per eum.

CAP. CLV.

IBi *In casu remissibili*. Scilicet vbi venit pęna à relegatione infra inclusiuè, secus autem si venerit pęna mortis, deportationis, aut mutilationis membri, tūc enim non obstante concordia partium Curia subintrat, vt dictum fuit supra in D capit. 145. vbi videas.

Ibi *Inuentus, & capitus*. Et sic licèt bānū contineat quòd nullus debeat apportare arma, vel extrahere, tamē requiritur actualis captura, vt quis incidat in dictā pęnam, deportationis, vel extractionis armorum, dato quòd in banno nihil dicatur de captura, & idem est de iure cōmuni, vt tenuit Cyn. Bart. Bald. & Salyc. in l. si Barsatorem, C. de fideiuss. & Dom. meus Alex. in l. 3. §. Neratius, ff. de acquir. possess. & in l. 1. eod. tit. vbi E etiam per Bart. Angel. & Imol. licèt Roman. teneat contrarium, & malè secundum eum.

Item aduerte quòd istud statutum requirit capturam actualem, & vtitur verbo *Captus*, vt acquiratur pęna portationis armorum Curiæ, secus autem si diceret deprehensus, quia cum verba referātur ad officiales, intelligeretur conuictus testibus, secundum Alex. in d. §. Neratius in fine.

Sed pone in casu huius statuti, quòd officialis, seu Monterius sequitur aliquē apportantem arma contra banna, & ipsum cepit, sed eum retinere non valuit, imò captus à manibus suis euasit, an teneatur ad pęnam, Dic quòd non, secundum Bald. in d. l. si Barsatorem, Tu tamen vide plenè per Modern. in l. 1. §. hęc verba, ff. quodquisque Iuris.

Aduerte Insuper quod hic dicitur de Insultu cū armis, vnde quęro quòd si quis non extraxerit arma, sed tàntum ad latus deferat, an habeat locum hoc statutum, & dicatur factus Insultus, vide Bart. in l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi armat. vbi dicit quod sic, & eodem modo si deponeret arma antequam insultum faceret in loco tamē, vbi faciliter illa capere posset, secundum Glos. in d. l. 3. § qui armatus, & vide Bart. in l. 2. C. Quod męt. caus.

Ibi *Vnica pęna*. Scilicèt Delicti, nam confunditur portatio armorum tamquā preambulum ad delictum subsequutum, vt est text. in l. illud, in fine ff. Ad leg. Aquil. & per Salyc. in l. 3. C. Ad leg. Iul. de vi publ. & vide Glos. in Constitut. intentionis, de illicit. portat. armor. & Et adde quòd pęna insultus cum armis si interuenit coadunatio hominum, erit pęna leg. Iul. de vi publ. ex quo est vis illata in personam, & propter personam, tunc enim requiritur coadunatio, aliàs erit pęna iniuriarum, si non interuenit coadunatio, l. 3. & ibi Bart. Bald. Salyc. & omnes, C. Ad leg. Iul. de vi publ. & est tex. in l. Qui dolo, §. hac lege, ff. ad leg. Iul. de vi publ. Andr. de Isern. in d. Constitut. intentionis: si autem vis esset illata in rem, siue in personam propter rem, siue in personam propter rem, tunc non requiritur coadunatio, secundum eos in d. l. 3. & vide Bart. in l. lege Iulia, ff. eod. & est text. in l. 2. §. 3. ff. de vi bonor. raptor.

CAP. CLVI.

IBi *Non ex casibus contentis, &c.* Adde quòd dicti casus speciales sunt vndecim, in quibus si fit interrogatoriū ante litem contestatam, & interrogatus deierauerit, poterit de periurio accusari, missa prius cedula, quòd se abstineat, quando non habet testes in promptu, vt hic dicitur, de quibus omnibus vide p Glos. in verb. damni in l. 1. ff. de interrogator. actionib. Sed est alius casus generalis, &

A duodecimus, scilicet vbicunque ęquitas Iudicem moueret vt subeat, sed dubitari potest, & poterit quando erit illa ęquitas quæ Iudicem mouere debet ad interrogandum, in quo dic, quòd aliqui tenuerunt quòd talis ęquitas sit in casibus ibi narratis, videlicet illis vndecim in d. l. 1. per Glos. & DD. Aliqui verò tenuerunt quòd sit casus separatus à prædictis vndecim casibus, scilicet vbicumque quis non potest esse certus, seu non potest habere notitiam de eo, de quo poterit partem interrogare, & sic quòd sit similis
B dictis vndecim casibus, aliàs si posset esse certus, non subesset ęquitas, nec fieret interrogatorium, prout tenuit Glos. quā sequitur Bart. in l. vbicumque, ff. de interrogator. actionib. vt quando Bononiensis locauit famulo plurium scholarium lectum, qui pro vno conduxerat, & ignorat qui sit ille scholaris, nam tali casu potest fieri interrogatorium, & ita teneas.

Ibi *Oblatum post litem contestatam*.
C Et sic habes quod interrogatorium potest fieri post litem contestatam, licèt nō ad effectum periurij, & hoc est etiam de iure, si fuit obligatus facere ante litem contestatam secundum Bart. in l. 1. ff. de interrogat. actionib. & in l. qui petitorio, in princ. ff. de reiuendicat. & adde Abb. in capit. cum contingat extra de iureiurand.

Ibi *Poterit de periurio accusari*. Quæ autem sit pęna periurij, vide Bald. in l. Iusiurandi, C. de iureiurand. vbi ponit
D octo pœnas, quibus punitur periurus, aliquando enim pęna mortis, vt quando deierauit vt testis in causa capitali, aliquando pęna deportationis, aliquando do pęna extraordinaria, vt l. Nullum, C. de Testibus, & vide Glos. Abb. & DD. & in cap. 1. de falsis, tamen per Constitut. Regni, siuè in iuditio, siuè extra iuditium deierauit punitur pœna obtruncationis manus, vt in Constitut. eos qui scienter, in titul. de Periurijs, & hoc quando deierauerit in preiuditium alte-
E rius, secus si nemini noceret, vt quia iurauit non comedere carnes, tunc enim solum Deum habet vltorem, vide Andr. de Isern. in d. Constitut. eos qui scienter, & vide per Angel. in tract. Malefic. in verb. Falsario, & Gandin. in Rubric. de Falsis.

CAP.

CAP. CLVII.

IBi *Iudex ex officio*. Et sic etiam nullo comparente accusatore, l. Nullum,& ibi Glos. Bart. & DD. C. de testibus,sed pęna tamen arbitraria pro motu suo, nõ autem ordinaria legis Corneliæ de falsis, etiam si Iudex esset in competens, secundum Bart. & Bald. ibi, vbi etiam habes an poterit postea pęna ordinaria legis Corneliæ de falsis puniri, vbi Glos. tenet quòd sic, & cum ea transit Bald. ibi, licèt Bart. contrarium teneat, Tu tamen vide per Glos. & Abb. in capit. 1. de falsis, & per Bart. in l. 2. §. si publico, ff. de Adulter. vbi ponunt, quid in clerico deierante coram Iudice seculari, & vide etiam in capit. verum. De foro compet.

CAP. CLVIII.

IBi *Non possit de periurio accusari*. Adde quod de iure communi talis periurans poterit de periurio accusari, & puniri pęna extraordinaria arbitrio Iudicis statuenda, vt frustigando, aut mitrari faciendo, vel ad catenam poni, vt est tex. cum Glos. in l. fin. ff. de crimin. stellion. & in l. si duo patroni, §. fin. ff. de Iureiur. vbi plenè per Ias. post Dom. meum Alexand. & hoc quando deierauit vt pars, non obseruando contractum, si verò vt testis, aut in causa capitali, & tunc simili pęna punitur, aut in alia causa, & tunc pęna falsi, quæ est deportatio cum publicatione bonorum, de iure autem Constitut. Regni punitur pęna obtruncationis manus, vt in Constit. 1. De periurijs, & vide plenè per Angel. de Aret. in §. si quis postulante, Institut. de Actionib. & per Bald. & Alios in l. 2. C. de Iureiuran. & vide etiam quæ dixi supra in cap. 156. in verbo, poterit de periurio accusari, & & prædicta procedunt quò ad pęnam tẽporalem, In foro autem conscientiæ est text. in can. Quicumque, 6. q. 1. vbi dicitur quòd debet ieiunare per 40. dies pane, & acqua.

CAP. CLIX.

IBi *Apppareat de sanguine*. An sufficiat gutta sanguinis, vel paruitas vt possit banniri, vide not. per Dom. Abb. post Alios, capit. cum illorum, & ibi

A Glos. De sentent. excõmunicat. in verb. effusione, & in Capit. Romana, in verb. effundo, de elect. lib. 6. & est textus in Can. Reuertimini, 16. q. 1. & latè Ang. de Malefic. in verb. sanguis exiuit, vbi concludit, quòd in casu huius statuti sufficit gutta sanguinis, ex quo simpliciter facit mẽtionem de sanguine, secus si statutum faceret mentionem de effusione sanguinis, & vide etiam per August. ibi in Addictionibus.

Ibi *Bannitur*. Scilicet Maior. Sed B dubitati potest, quid in Adulto, & pupillo an possint banniri, Dic quòd sic, in Adulto secùndum Bald. in l. Clarum, C. de authorit. prestand. etiam sine authoritate curatoris, & per eumdem Bald. in l. 1. versic. circa hoc quæro, C. de Confess. sed secus est in pupillo, & Idem tenet in l. cum, & Minores, C. si aduers. rem iudicat. & plenè per Angel. in tract. Malefic. in verb. Iudex videns quòd inquisiti, & Albert. in tractat. statut. part. 4. quæst. 84.

C Ibi *Mutilationis membri*. Idest abscissionis membri, loquitur enim quãdo pro delicto venit imponenda pęna abscissionis membri, vt putà manus, nam abscindere est propriè totalis diminutio membri, seu obtruncatio, mutilatio verò est quando ex toto membrum non abscinditur, sed eius officium debilitatur, secundum Dominum Abb. post Alios in d. capit. cum illorum, de sentent. excommunicat. & per Bart. in l. 2. ff. de Public. iudit. & ibi plenè per Imol. quà pęna mu- D tilationis membri hodiè nõ vtimur, ideò expone vt supra, & vide Bald. in l. de quibus, ff. de legib. in quibus locis etiam habes quid sit membrum, & quid officium membri.

Ibi *Secundum Constitutiones, & Capitula Regni*. Scilicet ad tertiam partem bonorum mobilium, nec est opus annotatione bonorum, quia post annum non publicantur alia bona, nec foriudicantur in istis minimis delictis, sed perdit tertiã E partem bonorum mobilium tàntum, vt in Constit. Grandis, in titul. de pęna contum. in criminal. quo casu si se presentat infra duos menses recuperat bona, solutis tamen expensis omnibus, damnis, & interesse accusatori, vt in Constitut. 1. in tit. de redimend. captiu. & notat. in l. Absentem, C. de Accusationib. & in l. Absentem, ff. de Pęnis, & ibi Bart. & ita seruatur in M. R. Curia.

Ibi *Procedatur contra accusatos*. Adde quòd de iure communi contra absentem

potest procedi etiam ad sentẽtiam diffinitiuam in istis leuibus delictis d. l. Absentem, C. de Accusat. & d. l. Absentem, ff. de Pęnis,& ibi DD. Bart. Bald. & Alex. in l. Furioso, De re iudicat.

A

CAP. CLX.

Ibi *Consueuit apponi*. Adde quod de Iure communi idem statuitur, vt si in fideiussione sit certa pęna, illa petatur, aliàs quæ apponi consueuit, tex. est, & ibi Bart. & omnes in l. 4. ff. de Custod. reor. nec punitur fideiussor in personã, & idem tenet Bald. in l. Qui crimen, C. Qui accusar. non poss. & vide Modern. in l. 2. §. fin. ff. Qui satisd. cogant. post Bart. ibi.

B

Ibi *Carceratur*. Adde quòd idem est de Iure communi, vt quando pęna venit applicanda fisco, quia qui non habet in ęre luit in corpore, l. Quicunque, C. de seru. fugit. & ibi not.

Ibi *Presentato Quandocunque*. Et sic habes quòd nondum post terminum iniunctum fideiussoribus ad presentandum reum, sed etiam vsque ad solutionem pęnæ pręsentando reum liberantur fideiussores. Et adde quod hoc est etiam de iure communi, vt tenuit expresè Bald. in d. l. Qui crimen, C. Qui accusar. non poss. etiam si interuenerit iuramentum, secundum eum, cùm talis mora sit semper purgabilis de Iure Canonico, vt in capit. suam, de Pęnis, secundum vnum Intellectum, tamẽ vide plenius per Bart. & Modern. in l. si insulam, q. 6. ff. de verb. obligat. & plenè per Imol. & Canonist. in capit. Defuncti, de Arbitris.

C

Ibi *Propter timorem delicti*. De quo scilicet fuerit accusatus ùti principalis, & fideiussor intercessit, siue alterius delicti, pro quo non fideiubsit, secundum Bart. & omnes in l. si vero, ff. Qui satisd. cogant. Quid autem si detineatur carceratus ab aliquo Magistratu, & non potest venire ipse Reus principalis, an teneatur fideiussor, Dic quòd non, secũdum Bart. & omnes in l. 2. §. si quis tamen, ff. si quis cautionib.

D

CAP. CLXII.

Ibi *Aufugerit à carceribus*. Adde quod idem etiam tenet Bald. in l. qui crimẽ, C. qui accusar non poss. Sed an hoc procedat quando fideiussor promisit toties qnoties in forma Curiæ, vide plenè per Alex. in l. si finita, de damn. infect. & vide infra in capit. 165.

E

CAP. CLXIV.

Ibi *Steterit per sex menses*. Et sic habes quòd fideiussor de presentando Reum, si steterit per sex menses in fideiussione presentando Reum liberatur, licet in causa ciuiliter non possit hoc petere vt eximatur ab obligatione fideiussoria nisi diu steterit in fideiussione, l. si pro ea, & ibi Bald. & omnes, C. Mandat. & est text. in l. Lucius, ff. eod. Adde tamen quòd licèt fideiussor de presentando in criminali non teneatur nisi vsque ad sententiam, l. Grecè, & ibi Bart. ff. de fideiuss. tamen hoc est verum, nisi in fideiussione sit dictum, toties quoties, quo casu etiam tenetur post sententiam, secundum Bart. & omnes in l. si quis Reus, ff. de custod. reor. & in l. 2. ff. Qui satisdare cogant. & ibi tenent expresè Alex. & Ias. ac omnes. Sed qualiter intelligatur diu stetisse, vide Glos. in d. l. Lucius, vbi dat duas opiniones, vnam quòd intelligatur per decemnium, aliam quòd sit in arbitrio Iudicis, hæc vltima opinio vera est, quam tenet Bald. in d. l. Lucius, & in d. l. si pro ea, & vide Glos. Institut. De liter. obligat. in verb. multum, vbi tenet quòd intelligitur de decemnio, sed Tu vide per Alex. & Modern. in l. Qui aliena, §. 1. ff. de acquirend. hæredit.

CAP. CLXV.

Ibi *Toties quoties*. Adde quod de Iure communi tenetur presentare ne dum bis, & ter, sed pluries prout opus erit, & etiam post sentẽtiam, secundum Bart. in d. l. 4. ff. de custod. reor. & plenè per Modern. & maximè Alex. in l. si finita, in princ. ff. de damn. Infect. reprobata opinione Angel. tenentis quòd vnica vice presentare tenetur, vide ibi plenè.

Ibi *Durante Instantia*. Dic quòd Instantia durat per biẽnium in causa criminali: in causa verò ciuili per triennium regulariter, l. Properandum, C. de Iudit. & etiam, ea finita in causa appellationis tenetur presentare propter illa verba *Toties quoties*, & ita intelligas hìc dictam l. 4. & ibi Bart. ff. de custod. reor. & dictam l. 2. §. 1. ff. Qui satisd. cogant. vbi etiam per Alex. in l. Grecè, ff. de fideiuss. in Apostill.

Quid autem si simpliciter promisisset representare eum, an semel presentando liberetur fideiussor, Dic quòd sic, si fuerit acceptatus per Curiam ipsum carcerando,

cerando, vel dimitti faciendo sub onere Curiæ, seu officialis, vt per capitulum Regni 426. Regis Alphons. in tit. de fideiuss. presentand. quod Incipit, Item supplica lo detto Regno, & vide per Angel. & Modern. in d. l. si finita, in princ.

CAP. CLXVI.

IBi *Si comittitur stuprum sine raptu, & violentia*. Adde, quod stuprum committitur non solum cùm virgine, sed etiam cum vidua, & puero, l. stuprum, ff. Ad leg. Iul. de Adulter. & l. Inter stuprum, ff. de verb. significat.

Ibi *Ad relegationem in quinquennium*. Quod intellige quando stuprum est commissum cum virgine, vel vidua, & tunc punitur pęna relegationis, si fuerit voluntarium, sed si cum puero committatur, tunc punitur pęna mortis, aut concremationis, siuè sit voluntarium siuè cũ violentia, concordat Institut. de public. Iudit. §. Item lex Iulia, Sed quid si stuprũ cõmittens cum muliere est persona nobilis, & honesta, Dic quòd pęna est dimidię partis bonorum, ùt ibi, tamen hìc indistinctè punitur pęna relegationis, sed an in hac pęna relegationis veniat ammissio tertiæ partis bonorum pro vt iura loquuntur, Dic quòd non, cùm statutum simpliciter imponat pęnam relegationis, quo casu etiam de iure communi non venit ademptio bonorum, nisi quando hoc est expressum in lege, vel statuto, vt relegetur cum ammissione tertię partis bonorum, l. Nemo, *la* 2. in fine, & ibi Glos. Salyc. & omnes, C. de Episcopal. audient. & in l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de Interdict. & relegat. & tenet Bart. in l. 1. ff. de bon. damnat. Item hoc capitulum intellige in principio, dum loquitur de actu voluntario in muliere honestæ vitæ, secus in meretrice, vel in muliere, quæ detinetur vt concubina, quia nõ poterit accusari à consanguineis de Iure canonico, hoc tenet Glossa in d. §. item lex Iulia, vbi etiam habes, quid si à tutore suo sit cognita pupilla, vel à seruo, an debeat augeri pęna, & dic quòd sic, & ita posset limitari statutum istud, sicut limitatur etiam in puero, quòd imponatur pęna grauior, Item non habet locum in muliere nupta, quia, etiam ea volente, punitur Adulter pęna statuta in constitut. Rgni, que incipit Legum asperitate, & dicemus infra in sequenti capitulo, de iure autem communi punitur pęna mortis, vt in d. §. Item lex Iulia.

A Ibi *Secundum formam Iuris ciuilis*. De hoc est tex. & ibi Glos. & DD. in l. Lex Cornelia, ff. de iniurijs, & Bart. & Alij in l. fin. ff. de Priuat. delict. & in l. 1. §. 2. ff. de iniurijs, & hoc quando agunt criminaliter consanguinei, secus autem si ciuiliter, quia tunc non possunt tales consanguinei agere nisi iniuria sit facta in contumeliam ipsorum, secùndum eos ibi.

Ibi *Pęna vltimi supplicij*. Et sic habes quòd si cõmittitur stuprum cum raptu, & violentia, quòd raptor punitur
B pęna vltimi supplicij, hoc est pęna mortis l. capitalium, in princ. ff. de Pęnis. Adde quòd istud est etiam de Iure communi, §. Item Iulia, Institut. de Public. Iudit. & l. vnic. C. de rapt. virgin. & l. Raptores, C. de Episc. & cleric.

Sed qualiter probetur violentia, Dic vt in Constitut. 1, de Rapt. virg. §. fin. & ibi Glos. scilicet clamore mulieris, quia dum erant in colluctatione, vel dum detinebatur clamabat, & ibi per Andr. de Isern.

C Sed quid si nõ fuit commissum stuprũ, sed tentauit eam per vim cognoscere, & & non perfecit, & Dic quòd non habet locum istud statutum, cùm requirat actũ consumatum, scilicet stuprum commissum, secundum Bald. in l. si quis non dicam rapere, col. 2. versic. circa hoc quæro incidenter, C. de Episcop. & cleric. Quid autem in dubio an videatur stuprata, seu rapta per violentiam, aut voluntariè, Dic vt per Bald. in d. l. Raptores, scilicet, aut mulier accessit ad domum
D viri, & præsumitur voluntas mulieris, aut ad domum ipsius mulieris, & tunc præsumitur violentia, & si neuter istorum interfuit, neque probatur, præsumitur seducta à viro, & per violentiam cognita, secùndum eum.

Aduerte tamen quòd licèt per statutũ istud non puniatur sola attentatio stupri, cùm requirat delectum consummatum vt supra, tamen iste casus tamquam ommissus reliquitur dispositioni Iuris communis, l. commodissimè, ff. de liber. &
E posth. & secundum Ius commune punitur pęna extraordinaria pro motu Iudicis statuenda, l. 1. & ibi Bart. & omnes, ff. de extraordin. crimin. & eodem modo punitur solus raptus sine stupro de Iure communi pęna mortis, d. l. Raptores, & ibi per Bald. & omnes, & in l. vnic. C. de Rapt. virgin. Quod autem in meretrice inhonestę vitæ per violẽtiam cognita, Dic quòd est pęna mortis, si talis mulier infra octo dies accusauerit, seu

quære-

quærelam fecerit, aliàs autem si quærelam non proposuit infra octo dies, non præsumitur violentia, sed voluntariè cognita, & non punitur reus, vt in Constitut. 1. De violent. meretric. illat. & ibi bona Glos. & Andr. de Isern. & in Constitut. 1. de Rapt. & violent. &c. De iure autem communi talis raptus meretricis non est punibilis, secùndum Bald. & Salyc. in d. vnic. C. de Rapt. virgin. & in d. l. Raptores, C. de Episcop. & cleric. & Institut. de public. Iudic. §. Item lex Iulia de vi publica, & in §. Item lex Iulia, de adulterijs.

Sed quid in muliere nupta per violentiam rapta, & cognita, Dic quòd punitur pęna mortis talis raptor, & violentus Adulter, vt in Constitut. capitalem, in titul. de Rapt. virg. & in l. vnic. C. de Rapt. virg. Qualiter aut puniatur Adulter sine raptu, & violentia, dicemus Infra capit. prox.

Quid autem in sponsa rapta per sponsum cum violentia, & quid in rapiente vxorem, vide Andr. de Isern. in Constitut. capitalem, & per Glos. in d. l. vnic. C. de rapt. virgin. & ibi Bald. Salyc. & omnes, in quibus locis etiam habes, quid de marito rapiente vxorem, & de fęmina rapiente virum, seu aliam fęminam, vide ibi de omnibus, & in cap. 1. extra de Rapt.

CAP. CLXVII.

IBi *Dicta Constitutio*. Quæ scilicet Cõstitutio disponit, quòd si mulier nupta comisit adulterium punitur pęna publicationis omnium bonorum suorum mobilium, & stabilium, ac etiam dotium, si filios non habeat talis adultera, & etiam probato adulterio traditur marito puniẽda suis proprijs manibus obtruncationine nasi, verum quia dubium erat super dicta Constitutione, quæ incipit legum asperitate lenita, an haberet tàntum locum in adultera, vt supra, an etiam in Adultero, vt scilicet Adulter etiam puniretur pœna publicationis bonorum, sicut punitur mulier, & obtruncatione nasi, quia verba textus poterant adaptari ad vtrumque intellectum, tamen verior intellectus fuit secùndũ Andream de Isernia, qnòd loquatur in Adulta tàntum, & sic per dictam Constitutionem sit mutata pœna iuris communis statuta in adultera, quæ erat pœna mortis de iure Codicis, l. Potestatem, & l. Quamuis, C. de Adult. licèt per Iura Authent. esset pœ-

A na frustigationis, & detrusionis in monasterio, vt in Auth. Hodiè, ibi posita, quæ corrigit legem Codicis statuentem pœnam mortis, vt d. l. Quamuis, & Institut. de public. Iudit. §. Item lex Iulia de Adulterijs, & per legem Mosaycam punitur mulier adultera, quoniam lapidatur, Can. Hæc Imago, 38. q. 1. Hodiè verò per istum Ritum dicta Constitutio habet locum tam in adultero, quàm in adultera, vt adulter non puniatur pęna mortis prout de iure communi, sed

B pęna publicationis bonorum, si non habet filios, prout etiam punitur adultera, & si filios habet, puniatur pęna extraordinaria pro motu Iudicis imponenda, vt hìc dicitur, non tamen statuitur hìc certa pęna obtruncationis nasi, per ea, quæ not. Glos. & ibi DD. Institut. de Iniurijs, §. in summa, licèt Ritus iste videatur inducere quod sit pęna obtrũcationis nasi, dum dicit, quòd illa Constitutio, quæ loquitur de adultera habeat locum etiam in adultero, & sic in vtroque sit similis

C pęna, tamen, quia hìc datur alia pęna extraordinaria, videtur quòd sit remissum in pectore Iudicis, & ita teneas, vt supra.

CAP. CLXVIII.

IBi *Reficiantur omnes expensæ*. Vtrum autem de iure cõmuni veniant expensæ in causa criminali, vide Bald. in l. Generaliter, C. de Sacrosanct. Eccles. Salyc. & in omnes in l. in l. Qui crimen, C. Qui accusare non poss. & Bart. in l. 1. ff.

D Ad Senatusc. Turpill. in quibus locis cõcluditur quòd sic.

Ibi *Viatica*. Adde quòd in istis expẽsis viaticis haberi debet ratio expẽsarum, quas facturus non fuisset victor, si domi suæ stetisset, vt si esset artifex, quia tollitur ab artificio propter litem, sed indistinctè victus soluere debet, l. sed si hæreditas, §. 1. & ibi not. ff. Ad exhibend. & per Abb. & omnes in cap. finem litibus, de dol. & contum. & pro istis etiam expensis viaticis vide Bart. in l. eum quẽ

E temerè, ff. de Iudit. & vide plenè per Ias. in l. Properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudit. & per Bald. & Angel. in l. sed, & si, & l. Quid autem, ff. de Petit. hæredit.

Ibi *Cum primùm scire potuit*. Quod est statim cùm primùm habuit copiam productorum, seu habere potuit, secundum Bald. in l. si quis inficiatur, ff. Deposit. à cuius theorica fuit hoc capitulum sumptũ, quod intellige procedere, quando ista

do ista probatio descendit ex facto proprio, quia tunc etiam ante copiam productorum dicitur scire potuisse, & in expensis est condemnnndus, vt si peto decem, à Titio, quæ sibi mutuaui, nam si non probo ab initio, videor esse in dolo, & culpa, & teneor ad expensas, & eo modo ex parte Rei, si allegat solutionem à se factam, & non probat, vel quia actor ostendit instrumentum, in quo est obligatus reus, & è contra, si reus ostendit solutionem esse factam ipsi actori per instrumentum, nam ab initio dicitur scire potuisse, & dato, quòd post aperturam testium cedat nihilominus soluit expensas, vide tex. & Bart. ac omnes in l. eum quem temerè, ff. de Iudit. & Instit. de pęn. temer. litig. §. 1.

Item intellige istud capitulum Ritus habere locum, nisi victus habuerit iustam causam litigandi, per textum in l. qui solidum, §. etiam, ff. de leg. 2. & in Authent. De iudic. §. oportet.

Sed pulchrum est videre quæ sint iustę causæ litigandi quæ debet indistinctè victum excusare ab expensis, Dic, quòd istud relinquitur arbitrio Iudicis, secùndum Bald. in l. Generaliter, §. 1. C. De reb. credit. & in l. edita, in 6. col. C. de edend. & in Auth. Generaliter, 5. col. C. de Episc. & cleric. & adde Anton. & Alios in capit. Finem litibus, de dol. & cōtum. qui Iudex debet arbitrari ex qualitate facti, & conditione Personarum, cùm non possit dari certa doctrina, tamē dantur plures conclusiones, secùndum quas poterit Iudex arbitrari, quòd non debeat victum in expensis condemnare. Primò si habeat duo consilia scripta adminus duorum duorū Doctorum, secùndum Bart. in l. Bonorum, ff. de bonor. possess. & ibi Apostill. & per Bald. & Salyc. in l. Iuris ignorantia, C. Qui admitt. & per Salyc. post Alex. in d. § fin autem altetutra, Secundò quando in articulo sunt variæ Doctorum opiniones, in quo non apparet cōmunis opinio aliàs secus, secùndum Dom. Anton. & Alios in d. capit. Finem, litibus, & per Bald. in l. Qui non probasse, C. de calumn. Tertiò si probauit per testes; licèt postea fuerint reprobati. Quartò si testes extraiuditialiter se iactabant quòd deponerent in fauorem victi, secùndum Bald. in l. Non ignorat, C. de fructib. & lit. expens. Quintò si audiuit à personis fide dignis. Saxto si litigat ob pudorem suum cōseruandum. Septimò si actor plus debito petijt, nam ratione partis plus debito pe-

A titæ, reus habet iustam causam litigandi super toto, secùndum Bart. in l. Qui solidum, ff. de legat. 2. De quibus omnibus supradictis vide etiam per Iason. in d. l. Properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudit. Quibus etiam adde in quantum tum supra dixi, quòd iusta causa litigandi liberat, & excusat ab expensis, quod hoc procedit, nisi expensæ essent promissæ in contractu, & eodem modo si debentur ratione contumatiæ, item quando deberentur ratione interloquutoriæ latę

B contra victum, nam in dictis casibus iusta causa litigandi non excusat, secùndū Ias. in d. §. sin autem alterutra, in quibus locis etiam habes, quòd si esset persona valde honesta, & magnæ fidei, aut religiosa, quia tunc si succumbat non cōdemnatur in expensis, eodem modo quādo quis esset condemnatus ex semiplena probatione actoris cum iuramento suo, secùndum eum ibi, vbi ponit, quòd si aliquis succubuit in aliqua sententia interloquutoria super mero articulo Iuris,

C quia cùm potuerit incōtinēti expediri p Iudicem, victus non condemnatur in expensis, & tenet etiam Bald. in l. fin. C. Quand prouoc. non est necess. vbi idem dicit quādo reuocaretur ex aliqua rationabili causa, de quibus omnibus vide plenè per eum in d. §. sin autem alterutra.

Item quæro an iuramētum calumniæ excuset ab expensis, Dic quòd non, secùndum Bart. & omnes in d. §. sin autem alterutra, vbi per Dom. meum Ias. licet Glos. iuris ciuilis, & canonici teneant

D cōtrarium, tamen prima opinio est communis, de quo etiam vide per Alex. & Ias. in l. 3. in princ. ff. de Iureiurand.

Adde etiam supradictis, in quantum dicitur in isto capitulo quòd omnes expensæ veniunt, intellige de expensis necessarijs, & vtilibus, ac moderatis, de quibus videas per Glos. Abb. & omnes in d. capit. Finem litibus, De dol. & contum. & vide etiam in l. Sancimus, & ibi DD. C. de Iudit.

E Itam dubitari potest an in condemnatione expensarum veniant damna, quæ passus fuit ipse victor in prosequēda lite, Dic quod nō, nisi ea quæ respiciunt personam, vt si fuit artifex, & diu vacauit labore suo, nam tunc talis dietę ammissæ veniunt, secundum Dom. Abb. & omnes in d. cap. finem litibus, de dol. & contumat. & tenet etiam Dom. Ias. in d. §. sin autem alterutra, vbi etiam ponit quid si litigator est Doctor, & Aduocatus in causa propria, an petat expensas à victo,

in qui-

in quibus locis cõcludunt quòd non, nisi per talẽ aduocationem in causa propria non potuisset interesse aduocationibus Aliorum, & eodem modo si gratis acta à Notario recepisset, quia non repetit, vel patrocinium ab aliquo Aduocato gratis habuisset, quòd tamen intellige verum, nisi ratione remunerationis benefitij præteriti recepisset, tunc enim repetit, secundum eos in dictis locis.

Quid autem si reus in parte obtinuit, & in parte succubuit, Dic quòd pro rata victoriæ vnusquisque consequitur expensas, secundum Bald. & Salyc. in d. §. fin autem alterutra, vbi etiam vide per Ias. & Imol. in l. qui solidum, in princ. ff. de legat. 2. & per Canonistas in d. cap. Finem litibus, & hoc quando sunt plura capitula, Sed quid si vnum est debitum, & actor petit plus, vt puta pro centum ducenta, Dic quòd si Reus est absolutus ab illo pluri, debet etiam absolui ab omnibus expensis, cùm propter partem non veram videatur habuisse iustam causam litigandi super toto, vt supra fuit dictum, & hoc expresse tenet Salyc. in d. §. fin autem alterutra, quòd ibi Ias. sequitur, & est bonus tex. in d. l. Qui solidum, in princ. à contrario sensu, ff. de legat. 2. vbi hoc tenet, & ibi etiam Imol. & ponunt etiam Modern. in l. 1. §. si stipulanti, post Bart. ibi, ff. de verb. obligat.

Adde etiam supradictis quod Iudex calumniosè inquirens tenetur ad expensas, & interesse, secundum Bald. in Rubric. C. de pęn. Iudic. qui mal. Iud. tamen si inquireret præcedente aliquo Iuditio, tunc excusatur ab expensis, sicut excusatur etiam actor, iuxta tex. in l. athletas, §. calumniator, ff. de his qui not. infam. & vide Ias. hoc etiam tenentem in d. §. fin autem alterutra, vbi etiam, habes quid in causis appellationis, an victus victori in expensis debeat condemnari, & Dic quòd sic, si succubuit ex eisdem actis, nam consequitur expensas vtriusque Iuditij victor in causa appellationis, etiam si in prima sententia cuccubuerit, Sed quid si ex nouis actis, vide per Abb. post alios in d. capit. Finem litibus, vbi non condemnatur in expensis qui obtinuit in prima sententia, etiam in expensis factis in causa appellationis, cùm propter primam sententiam videatur habere iustam causam litigandi in causa appellationis, secundum Glos. & DD. in l. Generaliter, §. si Iudex, C. de reb. credit. & ibi vide Bart. & alios, Abb. & Anton. in d. capit. Finem litibus, & Dom. Ias. in d. §. fin autem alterutra. In quibus locis etiã habes qualiter etiam debeant probari dictæ litis expensæ, scilicet per Iuramentum partis cum taxatione Iudicis, Sed an à tali taxatione expensarum possit appellari, Dic quòd sic secundum Bar. in l. fin. C. Quand. prouoc. non est necess. & in l. exequutore, ff. de appellat. vlt. col. & per Imol. in l. in vna, in princ. ff. eod. vbi etiam habes an possit appellari à remissione expensarum, de quibus etiam per Ias. in d. §. fin autem alterutra.

Ibi *Calumniosè*. Quod in dubio præsumitur, secundum Bart. in Auth. Nouo iure, C. de pęn. Iud. qui mal. iudic. & Glos. in l. Terminato, C. de fruct. & lit. expens. & in d. l. athletas, §. calumniator, ff. de his qui not. infam. & ibi Bart. & Bald.

Ibi *Denuntiatorem*. Adde quòd de iure commune vbi proceditur per denuntiationem, seu inquisitionem semper veniunt expensæ, Glos. in capit. cum dilecti, de Dol. & contumac. & ibi Bald. col. 8. & per Ias. in d. §. fin autem alterutra.

CAP. CLXIX.

IBi *Si delictum est notorium*. Adde quod Notorium delictum dicitur tribus modis, secundum canonistas, scilicet iuris, præsumptione, & facti, Notorium iuris vt quando quis confitetur delictum in iuditio sponte, vel quando est lata sententia, Notorium Præsumptione, vt euidentia iuris præsumpta, sicuti filiatio, & paternitas, quæ inducit notorium presumptiuè, quia natus in domo patris, vicinis scientibus, vt in l. Filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & hoc secundum canonist. vt in cap. vestra, De cohabitat. cleric. & mulier. vbi Glos. Magna; secundum verò Legistas Notorium iuris, & præsumptione idem est, secundum Salyc. in l. Ea quidẽ, C. de Accusat. & Dom. Abb. in d. capit. vestra, quia vtrumque efficitur notorium ministerio Iuris. Notorium autem facti est clara, & famosa loquutio ex euidentia rei exurgens, quę tergiuersatione aliqua cælari non potest, & hoc est triplex Primum facti permanentis, vt quando fit in Ecclesia maiori, & hoc propriè dicitur Notorium quasi res nota omnibus, volentibus inspicere, capit. euidentia, de Accusationib. & in Auth. Qui semel, C. Quomod. & quand. Iud. Secundum est facti transeuntis, & non redeuntis, vt si in conspectu populi fuit aliquis occisus:

Tertium est facti interpellati, vt in vsurario, qui semper exercet vsuras, nam non semper mutuatur, sed interpellatur, de quibus vide plenè per Dom. Abb. & Alios in d. capit. vestra. De cohabitat. cleric. & mulier. & per Salyc. Bald. & omnes in l. ea quidem, C. de Accusation.

Adde supradictis quòd hominum scientia requiritur ad inducendum notorium facti, nam sufficit scientia maioris partis, vel totius populi, si factum est grande, vel arduum, vt putà Rectorem Ciuitatis occisum, vel mortuum, vel aliquem Episcopum electum, vel mortuum, aut translatum: si verò factum non sit arduum, tunc sufficit scientia viciniæ, seu Parrocchiæ, dummodo non sit minus decem, cap. cum dilectus, de purgat. canon. & l. vicinis, C. de Nupt. & in concubinatu, vnius presbyteri.

Nun quid autem in notorijs requiratur ordo iuris, Dic quòd sic in notorio præsumpto, seu Iuris: in notorio autem facti non requiritur ordo. Sed quid in citatione, Dic quòd si ita notorium est delictum, quòd certùm est absenti nullam defensionem competere, tunc non est necessaria citatio, quia illa fit, vt se defendat, aliàs requiritur citatio, secùndum DD. in dict. capit. vestra, & in d. l. ea quidem; vbi etiam habes an requiratur scientia, & dicitur quòd sic, facit l. si confessus, ff. de Custod. reor. An autem requiratur probatio, Dic quòd non in notorijs facti permanentis, capit. Audientia, extra de Accusation. Sed in notorijs iuris requiritur probatio, si negaretur scientia, & alia acta, & idem in notorio facti interpellati capit. sicut de re Iudicat. & ibi not. & in capit. per tuas, de Probat. & capit. Dioecesi, de vsur. & eodem modo in notorio facti transeuntis, vide in clement. Pastoralis, de re Iudicat. & per Abb. & omnes in dict. capit. vestra, & Salycet. & DD. in dict. l. ea quidem, in quibus locis etiam habetur qualiter probatur notorium, nam sufficiunt duo testes, vide etiam in l. 3. ff. de Testibus, & ibi notatur.

Ibi *Confessus*. Adde quod de Iure communi etiam confessus, & conuictus non appellat, sed fit executio sententiæ, l. 2. C. Quor. appellat. non recip. & ibi not. si autem est solùm confessus, vel solùm conuictus tunc appellat. in certis casibus in d. l. 2. notatis, & vide Salycet. in d. l. ea quidem, in versic. quæro quando transit in notorium, &c. Et hoc in notorio Iuris, Quid autem in notorio facti euidentis, Dic quòd si in sententia fit mentio, quòd eum condemnauit tamquam Reum notorium, & tunc appellat, aliàs secus, secùndum eos, & vide plenè per canonist. in capit. Romana, §. si autem, de appellation. in 6.

Ibi *A Magna Curia*. Et sic in Alijs Curijs inferioribus obseruatur ius commune, & quod dictum est in præcedenti Glossa.

CAP. CLXX.

IBi *Cuius memoria hominum in contrarium non existit*. Adde quòd talis consuetudo tanti temporis, de cuius initio non existit memoria hominum in contrarium, habet vim priuilegij, vt est tex. in capit. super quibusdam, §. præterea, & ibi per Abb. post Alios, de verb. significat. & in l. Hoc Iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æstiu. & in l. 1. §. pen. ff. de aqu. plu. arcend. & ibi per Bart. in quibus locis habes qualiter probari debet talis consuetudo tanti temporis, de quo non existit memoria initij in contrarium, & vide Glos. & DD. in capit. 1. de Præscript. in 6. vbi etiam in casu isto valet testimonium de auditu, & vide in l. si Arbiter, ff. de Probation.

Ibi *Sacros canones, & ciuiles leges*. Adde quòd isti sacri canones habentur in capit. ita quorundam, de Iudeis, & Saracen. & in capit. Ad liberandum, eod. tit. & l. 2. C. quæ res exportat. non deb. & l. 2. & 4. C. de commerc. in quibus locis etiam habes qua pęna puniri debet tales apportantes arma ad ista montana barcarum, hoc est ad loca Maurorum, Barbarorum, & Saracenorum, vbi imponitur pęna capitalis, & publicationis bonorum de iure ciuili, & etiam de iure canonico additur pęna excommunicationis, vide ibi.

CAP. CLXXI.

IBi *Super rebus feudalibus*. Quid sit feudū, vide Bald. Aluar. & Dom. Pręposit. in Rubric. seu tit. Incip. consuetudines feudorum, & Dic quòd feudum est benefitium quod ex beneuolentia alicui ita datur, vt proprietas quidem rei

immobilis beneficiariè penes dantem remaneat, & vsusfructus illius rei ad recipientem transeat, & eius hæredes masculos, & fœminas, si de eis nominatim dictum sit in perpetuum, ad hoc vt illi, & sui hæredes domino fideliter seruiant, siuè illud seruitium nominatim quale esse debeat sit expressum, siuè indeterminatum promissum, vt est tex. in capit. 1. §. fin. Quib. caus. feud. ammict. & ibi per supradictos DD. post omnes.

A Sed quæro, vnde dicatur feudum, Dic quòd dicitur à fide, seu fidelitate, vt in cap. 1. §. Item si fidelis, & §. Rursus, Quib. mod. feud. ammictat.

B Sed qualiter constituatur feudum, Dic quòd inter viuos in contractibus, vel vltima voluntate, secùndum Baldum, & omnes in capit. 1. §. final. de nou. form. fidel. & per Bald. & Præposit. in supradicta Rubr. Quib. mod. feud.

C Quæro etiam qualiter acquiratur feudum, Dic quòd per inuestituram acquiritur, quæ est dupplex, scilicet actualis, & verbalis, aut per successionem, siuè præscriptionem 30. annorum, capit. 1. §. fin. de feud. Cognit. capit. si quis per 30. an. Si de feud. fuer. contr.

D Quot autem sint species feudorum, Dic quod plures, non Aliud Regale, pro vt est feudum Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alterius Regalis dignitatis, quòd ab Imperatore, vel Rege recognoscitur, vt in capit. 1. De feud. March. Aliud est Regale, quod recognoscitur ab alijs inferioribus à Principe, vel à Rege, vel si à Rege, tamen consistit in illis dignitatibus, vt quia inuestitur de aliqua plebe, vt in capit. 1. in princip. & §. 1. in titul. Incip. consuetudines feudorum: Aliud est feudum Nobile, quod suum nobilitat possessorem, & appellatur paraligium: Aliud dicitur Burgense, quòd non nobilitat, vt in capit. 1. Quis dicat. Dux, March. vel Com. Aliud dicitur Francum, vt quando ex eo nihil prestatur, Aliud non francum, vt verba sonant, secùndum eos in dictis locis: Aliud habet propriam naturam feudi, vt quando est simplex, rectum, & transitorium ad hæredes, & ad eum, qui inuestitur, de quo non debet disuestiri sine culpa, & causa cognita, vt in capit. 1. De natur. feud. & de feud. non ammict. sine culpa, & dicitur natura propria feudi quædam qualitas innata à principio generationis feudi, ex qua virtus contractus conficitur, & semper regulariter videtur inesse, nisi per pactum Improprietur, vt per Iura supra allegata, & per Aluarot. & Præposit. in dictis præludijs feudorum: Aliud est feudum, quod habet Impropriam naturam, vt quando non est transitorium ad hæredes, & multis alijs modis, de quibus ibi per DD. sed ad vitam vassalli tantum, in quibus locis etiam habes multa alia exempla de feudo habente propriam naturam feudi, vltra supradicta, videlicet quando est transitorium ad hæredes cum dignitate, vt in feudis Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similibus: Aliud est feudum antiquum seu paternum, Aliud Nouum, paternum intelligitur dictibus modis, large, vt quando fuit acquisitum ex antecessore qui fuit agnationis communis caput vt in capit. prim. De grad. succ. in feud. §. is vero, & in capit. prim. De natur. succ. feud. & isto modo intelligendo potest appellari antiquum, vt not. Glos. in capit. prim. in verb. Inuestitura, De Success. feud. strictè dicitur paternum quando fuit acquisitum à patre, vel ab aliquo alio ascendente vsque ad quartum gradum, secùndum Bald. Aluarot. & Præposit. in prælud. feudor. & per Bald. in l. fin. C. de Suis, & legit. & in Authent. Defuncto, C. Ad Senatusconsult. Tertullian. & Paul. de Castr. in consil. 136. & Oldrad. consil. 138. & à quarto gradu supra strictè, & propriè dicitur antiquum: Nouum dicitur quando incipit à persona possessoris, & initium habuit à persona ipsius primò inuestiti, & de nouo acquisitum est: Aliud est feudum ligium, aliud non ligium, ligium vt quando iuratur fidelitas contra omnes homines mundi, quod feudum propriè non conceditur, nec recipitur nisi ab eo,

E qui non recognoscit superiorem, vt à Rege, vel ab Imperatore, non ligium est vt quando in concessione, vel fidelitate excipitur prior domi nus cui iam est ligatus, vt in capit. 2. De Prohibit. feud. alien. & per Lotar. in tit. Hic finitur lex, §. fin. nam ideò dicitur ligium, quasi ligatus domino suo, vel ligium, quasi legalitatem continens, vide Clementin. Pastoralis, de re Iudicat.

Item

Item feudum aliud est reale, quod transit ad omnes hæredes actiuè, & passiuè. pro vt est quandò conceditur sub hac forma, scilicet tibi, & cuicumque volueris, nisi dicatur, quod viuat iure Francorum, tunc enim solùm transit ad primogenitum, & filiam existentem in capillo hoc est non nupta, de quo vide Iacob. & Aluarot. post Bald. in dictis præludijs feudorum, & in l. cum antiquioribus, C. de Iure deliberand. & de formis omnium feudorum, vide Siracus. in capit. volentes, & in capitulis Regni, in quibus locis etiam habes quando feuda alienari possint, & quando non, & vide ea, quæ scribuntur per Dom. Gualterium de Paternione in d. capit. volentes, & quæ ibi aliàs scripsi, quibus etiam adde quòd talis causa feudalis per capitula Regni, & Constitutiones non agitur nisi in Magna Curia, vt in Constitut. Statuimus, de offic. Magistr. Iustit. quod intellige secùndum Andr. de Isern. ibi post Glos. siuè agatur de toto feudo, siuè quota, vbi etiam habes quid si agatur de aliqua re spectante ad ipsum feudum, & vide in capit. 1. in titul. Apud quem vel qu. controuers. feud. deffiniat. & ibi per omnes. Et quæ dicantur feuda quaternata dic quòd sunt illa quæ sunt descripta in libro Curiæ, vide Dom. Præposit. & Aluarot. post Iacob. de Rog. in supradictis locis, & præludijs feudorum.

Adde etiam supradictis, quòd ex contractibus ex quibus transfertur vtile dominium, retento dominio directo, quorum quilibet habet nomen diuersum, & differunt interse, Primus est superficiarius contractus, Secundus est contractus locationis ad longum tempus, Tertius est contractus emphiteoticus, Quartus est contractus liuellarius, Quintus est contractus præcarius, vel præcaria in fœminino genere, Sextus est contractus feudalis, de quo supra diximus, & licèt ex vario vsu, & consuetudine regionum, variam recipiant determinationem, vt sæpe vnum pro alio ponatur, vt not. Imol. in capit. potuit, de locat. 4. col. & Imol. & Io. Andr. in capit. 2. de feud. tamen vt aliqualis notitia habeatur dicite conclusiuè, quòd contractus superficiarius, est quando in aliquem transfero superficiem, quam habeo in fundo meo extra dominium superficiei, vt soluat mihi aliquid: vel quando con-

A cedo, vt possit in fundo meo superficiem imponere, seu ędificare, nam dominium directum remanet apud me, sed dominium vtile apud superficiarium, l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de Supercieb. & æquiparatur contractui emphiteotico in hoc, quia alienando superficiem, & sic sua melioramenta, cadit à superficie, sicut emphiteota alienando emphiteusim, secundum Bald. & Alios in l. 1. §. penult. ff. de superficieb. & Innocent. in dict. capit. potuit, 5. colum. quod intellige verum, quando soluit aliquid nomine terreni, vel quod tenet nomine ædifitij, quod super eo habet, sed in superficiario qui nihil soluit, ille potest liberè alienare, nec in hoc emphiteotæ æquiparatur, & est talis naturæ dictus contractus superficiarius, quòd destructa domo, seu molendino, vel alia superficie impetu aquarum, vel igne, finitus est contractus per dictum interitum, de quo per Bald. in Rubric. C. de iure emphiteot. & iste talis superficiarius de consuetudine est tanquam libellarius, seu emphiteoticus, & vide Ias. in l. fin. ff. de Superficieb. & l. 1. §. quid auautem, eod. tit. & in l. fin. ff. si ager vectig. vel emphit. Conductor vero ad longum tempus dicitur vbicumque locatio includit decem annos, vt not. in l. 1. §. in perpetuum, & in l. fin. ff. si ager vectig. vel emphit. & in capit. 1. De reb. Eccles. non alien. & ideò traditur consilium quòd non locetur domus nisi ad nouem annos, quia si locaretur vsque ad decem annos transferretur vtile dominium, facit quod not. Barthol. in l. si fundum, ff. Locat. Sed contractus emphiteoticus, seu emphiteosis est locatio seu traditio rei, factæ in perpetuum, facta hac lege vt quando diu pensio, seu vectigal soluatur non possit auferri ab ipso emphiteota, vt probatur in §. adeò, Institution. De Locat. & in l. 1. ff. si ager vectigal. vel emphiteot. & dicitur emphiteosis ab emphiteos græcè, quod latine dicitur melioratio, & hoc ideò, quia tantùm res steriles dabantur antiquitus ad emphitensim, vt meliorarentur, sed hodiè etiam dantur non steriles, vt in d. §. adeò, & ibi not. & in Auth. si quas ruinas, C. de Sacrosanct. Eccles. Contractus autem liuellarius dicitur, quando vassallus locat rem feudalem vsque ad 29. annos, secundum quosdam,

& vide Cyn. in l. 1. C. de iure emphiteot. A Et in hoc est differentia inter cōtractum emphiteoticam, & liuellarium, quia emphiteota est in perpetuum, liuellàrius verò ad tempus, vide Bart. & Modern. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de Damn. infect. tamen de consuetudine istis vocabulis abutimur, & accipimus liuellarium pro contractu emphiteotico, & è conuersò, vide Bart. in l. fin. C. de Iure emphiteot. & tex. in capit. 1. §. aut si libellarios, in tit. Quib. mod. feud. ammict. Contractus verò præcarius, seu precaria in fœminino genere est contractus vsque ad quinquennium ad preces alicuius de quinquennio ad quinquennium renouando, cap. 1. & cap. Præcarium, & ibi bona Glos. extra de Præcar. Canon. Præcariæ, lo 2. 10. q. 2. de Contract. emphiteotico fuit supra dictum ibi occurre.

Bi *Fiet publicatio*. Scilicet termini, & testium est facienda, capit. quoniam contra, de Probationib. & ibi per Canonist. & per Bart. Glos. & omnes in l. prolatā, C. de sentent. & in l. Solent, C. de testibus, & in l. Gesta, ff. de re Iudicat. & in capit. Albericus, extra de testibus, in quibus locis etiam habes an talis ommissio publicati vitiet sententiam, & processum, vbi deciditur quòd non, quod intellige verum nisi esset petita, secùndum Imol. & canonist. in cap. cum Ioannes, de re Iudicat. & plenè per Dom. meum Alex. in d. l. prolatam, & in Additionib. suis.

CAP. CLXXII.

IBi *Prodest omnibus*. Adde quòd de Iure communi idem est, vt est textus, & ibi Bart. & omnes in l. 1. C. de Consortib. eiusd. lit.

CAP. CLXXV.

IBi *Per viam informationis*. Adde quòd per capitula Regni in causis criminalibus non potest procedi per viam Informationis, aut denuntiationis, siue Inquisitionis, vt in capit. Regis Alfonsi 359. in titul. quòd non proced. per viam denunt.

CAP. CLXXVII.

IBi *Semper Saluis*. Vtrum ista dictio, *Semper*, referatur ad præcedentia, & subsequentia, hoc est quòd etiam ad petitionem officialis non possit quis extrahi à decem vntijs infra, si priuilegium sit prout est in hac clarissima ciuitate Cathinæ quòd ciues non possunt extrahi ad litigandum in Magna Curia, Dic quòd B sic, cùm idem importet dictio, *Semper*, in omnibus casibus huius capituli, & vide Alex. in cons. 136. in fine. Vbi autem quis dicatur habere domicilium, vide in l. 1. §. habitant, ff. de dis qui deiec. vel effud. & in l. Ciues, C. de Incol. lib. 10.

CAP. CLXXX.

C IBi *Nisi locorum priuilegia*. Adde quòd in hac clarissima ciuitate Cathinæ est priuilegium, & antiqua consuetudo quòd nisi causa excedat summam duodecim Augustalium, non potest ad Magnam Curiam appellari, quæ consuetudo, cùm sit tanti temporis, cuius non apparet memoria hominum in contrarium habet vim priuilegij, capit. super quibus, §. præterea, de verb. significat.

D

CAP. CLXXXI.

IBi *Non appellatur*. Adde quòd Nullitas non denegatur, licèt denegetur appellatio, vide Angel. in cons. 107. in princ. & Bald. in l. vnic. C. si de moment. poss. fuer. appell. vbi licèt denegetur, tamen non denegatur nullitas.

CAP. CLXXXII.

E

IBi *Cognitio*. Adde quòd de iure communi an causa sit appellabilis, vel ne spectat ad Iudicem ad quem, capit. Non solum, & capit. Romana, §. si vero, & §. seq. & ibi omnes, de Appellat. in 6. & hoc quando est dubia, secus si notoria, vide ibi. Sed quid si deserta est appellatio, an hoc spectet ad Iudicem ad quem

quem, vel ad Iudicem à quo, vide per Alex. & Paul. de Castr. in l. Præses, C. de appellat.

A

CAP. CLXXXIII.

IBi *Infra decem dies computandos à tempore sententiæ*. Adde quòd de iure communi isti 30. dies, qui dantur ad petendum apostolos, currunt à tempore sententiæ, l. Iudicibus, C. de appellat. & capit. Ab eo, eod. tit. lib. 6. & adde quod de iure communi tempus ad presentandum processum est arbitrarium, l. præses, C. de appellat.

B

Ibi *Infra alios decem dies*. Quid si non in prima, nec in secunda dilatione soluit ius processus prout hic Ritus dictat, sed soluit in vltima dilatione, an sufficiat, Dic quòd sic, secundum Bald. in l. fin. §. cum igitur, & ibi Ias. & omnes, C. de Iur. deliber.

Ibi *Vel alio iusto impedimento*. Adde quòd ista impedimenta possunt contingere varijs, & diuersis modis, videlicet, paupertate, infirmitate, & similibus, de quibus modis vide per Abb. & alios in capit. ex ratione, de Appellat. & in Authent. ei qui, & ibi per omnes, C. de tempor. appellat.

C

CAP. CLXXXIV.

IBi *Causæ appellationis*. Adde, quòd de iure communi causæ appellationū transeunt in hermodicium post annum, & ex causa durat per biennium, & aliquando vsque ad triennium, saltem via restitutionis, vt est tex. in Auth. ei qui C. de tempor. appellat. & ibi Bart. Bald. & omnes, & in capit. ex ratione, de appellat. in quibus locis etiam habes qualis & quæ erit iusta causa impedimenti, vt concedatur biennium, vel triennium, & istud ius seruatur in curijs inferioribus, Sed quid in Iudice Sacræ Regiæ Conscientiæ, vide in Auth. Quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. Constitutum, C. de testam. milit. & ibi per Bart. & omnes.

D

Ibi *Principales*. Adde quòd de iure canonico causa principalis non cadit in hermoditium, vt tenuit Glos. Iuris ciuilis in l. Properandum, vbi plenè per Ias. post Alex. & Alios, C. de Iudit. & per Canonist. in capit. venerabilis, de iudit.

E

CAP. CLXXXV.

IBi *Durat per annum tautum, & non vltra*. Quid sit primum decretum, & quid secundum, habes per Glos. Bart. & omnes, in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. Infect. quæ vult. quòd primum decretū sit primus iussus, seu prima missio secundum autem decretum est secundus iussus, seu secunda missio de mictendo in possessionem, sed dic vt ibi per Bart. & Modern.

CAP. CLXXXVI.

IBi *Sicut sententia*. Vide in l. Debitoribus, & l. Post rem iudicatam, ff. de re iudicat. & ibi per Dom. meum Alexand.

CAP. CLXXXVIII.

IBi *Non excarceretur*. Quid si vult cedere bonis, an debeat cedendo excarcerari, iste casus non deciditur hic, relinquitur ergo, tamquam ommissus, dispositioni Iuris communis, quo casu excarcerari debet, l. fin. C. de cession. bonor. & infra cap. 190. De cess. bon. An autem habeat locum in muliere, vt si petat reuisionem sententiæ, & non habeat bona, debeat carcerari, Dic quòd sic, licèt mulier non possit pro debito ciuili carcerari, pro quo vide Bart. in l. Qui concubinam, §. vxori ff. de legat. 3.

CAP. CLXXXIX.

IBi *Post mortem viri*. Et sic loquitur in dote restituenda, sed quid in dote promissa, & non soluta tempore debito seu promisso, an teneatur ad interusurium ad rationem de quinque pro centenario casu quo deberet, vt dicit Ritus, vide Alex. in Rubric. ff. solut. matrim. vbi videtur concludere quòd non, sequēdo opinionem Angeli in quęstione statuti, loquentis de repetente dotem, quòd non habeat locum in petente si est odiosum

sum, ob quam rationem maritus non possit petere interusurium pro dote promissa non soluta, cùm Ritus iste non habeat locum vt supra, sed iu muliere repetente, & dic quòd ad rationem decem pro centenario, secùndum consnetudinem Regni, & Bullæ Apostolicæ, quæ in istis vsuris, seu interusurijs est attendenda, secùndum Bald. in l. fin. §. præterea C. de iure dot. quod locum habet siue dos sit promissa ab extraneo, siue ab ipsa muliere, seu à quocumque coniuncto, secùndum Bald. Cyn. & Salyc. in d. l. fin. §. præterea, C. de iur. dot. sed tu vide Alexand. in l. de diuisione, ff. solut. matrim. & ita obseruat Magna Curia.

Ibi *Deberetur interusurium*. Adde quòd de iure canonico interusurium debetur mulieri ex tempore moræ pro dote non restituta, si non habet vnde se alere posset, & petierit dotem ipsam in iuditio, & minimè potuerit consequi, & aliàs tale interusurium de iure canonico non deberetur tanquam vsuræ, vt notat Bart. in l. Diuortio in princ. & ibi Alex. ff. solut. matrim. & in l. insulam, §. vsuras, ff. eod. tit. ex parte autem mariti, qui supportauit onera matrimonij benè debetur sibi tale interusurium, secùndum eos in d. §. vsuras, post Bart. vbi quid si habet vnde se alat, & numquam petierit. Quando autem quis dicatur in mora vt teneatur ad interusurium, vide tex. in d. l. fin. §. præterea, C. de Iur. dot. & ibi Salyc. quia aut petitur ex parte mulieris, & tunc post annum: aut ex parte viri, & tunc si fuit apposita dies, & illa expectatur, aut non, & tunc post biennium promictens dicitur esse in mora: si autem interuenit interpellatio aliqua, à die interpellationis, de quo vide ibi, & in d. l. de diuisione, & Alexan. in consil. 26. volum. 4. quem omnino vide in materia vsurarum.

CAP. CXC.

IBi *Ex delicto*. Adde quòd de iure cōmuni deciditur contrarium, quòd etiam si tenetur ex delicto, seu maleficio, cedendo bonis liberatur, Glos. in capit. Odoardus, & ibi Abb. de solut. & in cap. 2. De Pignor. & in capit Olim, el 2. de Restitut. Spoliat. vbi habes quòd vsurarius, qui tenetur ad vsuras ex debito cedendo bonis liberatur, capit. cum tu, &

A ibi per omnes, de vsur. licèt Barbat. ibi teneat contrarium, vbi etiam habes, quid de clerico an possit cedere bonis.

Ibi *Obligatus*. Adde quòd de iure communi etiam qui est obligatus ad factum nō potest cedere bonis, vide Paul. de Castr. in l. si quis curialis, C. de Episc. & cleric. Cyn. & Bald. in l. 1. C. Qui bon. ceder. poss.

Ibi *Deducto tamen ne egeat*. Adde quod in foro conscientiæ est secus, quia tenetur omnino restituere, etiam cum

B peruenerit ad pinguiorem fortunam, quandoquidem nō remictitur peccatum nisi restituatur ablatum, vt in Regula Peccatum, de regul. iuris, in 6.

CAP. CXCI.

IBi *Cum diuersis commissionibus*. Quid autem si ad petitionem vnius accessit, & dum staret in loco superuenit alia cōmissio pro alio, pro quo vacauit, Dic

C quod primus tenetur soluere pedagium, idest ius eundi, & redeundi, & etiam pro tempore quo vacauit pro eo: alia iura tenetur soluere secundus pro tempore quo pro ipso vacauit, vt est Glos. in cap. cum non debeat, de Elect. in 6. in verb. hac de causa, seu in verb. non deceat.

CAP. CXCII.

D IBi *Res suas*. Adde quòd de Iure communi erat contrarium, nam non poterat ipsam rem habere, seu reiuendicare, cùm sic traslatum dominium, l. Quidam fundum, & ibi Glos. ff. de in rem vers. & Institut. de rer. diuision. §. venditæ, & l. Traditionibus, C. de Pactis.

Ibi *Si non seruauerit*. Quid autem si manus iniectio fuerit seruata, an creditor possit inijcere manus ad rem suam, non facta excussione, Dic quòd sic, l. si

E Titius, ff de seru. exportand. & l. si quis fundum, ff. de contrah. empt. & pònit Bart. in l. creditores, ff. de Pignor. & eodem modo si res, quam vendidit, voluit creditor quòd esset ei obligata, & quòd non posset alienari, secùndum Barthol. in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. Pignor. & in l. Ea lege, C. de Condict. ob caus. & in l. Si ita quis, §. Ea lege, ff. de verbor. obligat.

Ibi

Ibi *Cum ex pecunia creditoris*. Adde quòd de iure communi idem est, si specialiter pecunia sit mutuata ad rem emendam, vt præferatur alijs creditoribus, etiam anterioribus, l. fin. & Authent. ibi posita, C. de Pignorib. si autem non est mutuata ad talem rem emendam sed simpliciter, tunc est contrarium, quia talis res, empta ex pecunia mea, non est mea, nec mihi obligata, nisi expressè obligetur, vel generaliter, nec anterioribus præferetur, vt l. si cum dotem, §. fin. ff. solut. matrim. in personalibus autem an præferatur is, ex cuius pecunia est empta alijs creditoribus etiam anterioribus, vide Glos. in l. Licet, C. Qui potior. in pignor. habeant. quæ tenet quod præfertur, secùndum opinionem Ioan. tamen Bald. tenet contrarium, vide ibi Modern. in d. l. si cum dotem, §. fin.

CAP. CXCIII.

IBi *Promittens de Rato*. Et sic generaliter loquitur, vt siuè quis promittat de Rato pro facto siue alieno, vel proprio, vel alicuius tertij, vt quia vxor ratificabit, vel quicunque alius tertius contractum, seu actum celebratum per ipsum promittentem de Rato, & sic generaliter est intelligendum, l. de Pretio, ff. de public.

Ibi *Impleat, aut carceretur*. Et sic præcisè compellitur adimplere aut sic ratificet ipse, aut persona pro qua de Rato promisit, nec tali casu soluendo interesse liberatur, vt l. in stipulatione, & l. procurator in stipulatione, & l. si Procurator rem ratham, & l. Procurator quinquaginta, ff. Rem rat. hab. & sic habes in isto Ritu casum, vbi promissio facti alieni valet, licèt de iure communi sit contrarium quod non valeat, nisi interueniat iuramentum, vel pęna sit adiecta, vt in stipulationibus Pretorijs, l. stipulatio ista, in princ. & ibi plenè per Alex. & Barthol. ff. verbor. obligation. & Institution. De inutilib. stipulat. §. si quis aliam, & ibi not. Et ita posset dici hic, quòd ista stipulatio sit prætoria, cùm sit de Ratho, quo casu valet talis stipulatio prætoria, quia intelligitur se curaturam, & facturum, & sic factam proprium obligat, d. l. stipulatio ista, & ibi per A- A lexand. in secunda fallent. & per Dom. Abb. & Alios in capit. ex literis, lo 2. De Sponsal. Sed dubitari potest, quid si persona tertij pro qua quis se obligauit expressè de ratho, non vult consentire, an sufficiat quòd obligatus pro posse suo faciat quantum possit, Dic quòd omnino, & præcisè compelli debet, aliàs carceratur, secùndum Ritum istum nouum, quod tamen fallit in spiritualibus, d. capit. ex literis lo 2. de Sponsal. Item etiam dubitari potest, B si persona, pro qua quis se obligauit de ratho velit rescindere contractum tamquam enormiter læsus, an promittens teneatur, Dic quòd non, ita tenet Dom. Ias. in l. si Pacto quo pęnam, in fine, C. de Pactis, & eodem modo si contractus esset nullus, qui ratificari petitur, facit l. Non dubium, C. de leg. & ea, quæ notat. Bart. & DD. in l. si quis pro eo, ff. de fideiussorib. & Et idem in Minore petente restitutionem in integrum, vt siue ratificauerit C expressè, siue petat restitutionem contra contractum, in quo quis obligatus est de ratho pro ipso Minore non teneatur ipse promittens, casus est in l. Cum Minor. 25. annis, & ibi Paul. de Castr. ff. de Rem rat. hab. Idem est si Instrumentum esset nullum, quia non meretur executionem in aliqua sui parte, l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iudicat, & ibi per omnes, quod intellige nisi esset nullum ratione consensus illius, de cuius rathihabitione agitur, quia tunc D potest interuenire ad validitatem contractus, per ea, quæ notat. in d. l. si quis pro eo, & ibi per Bart. & omnes.

CAP. CXCIV.

IBi *Ius prothomiseos*. Nota quòd iste Ritus loquitur de Iure Prothomiseos, quod competit ratione vicinitatis loci, & consanguinitatis, quod statutum est validum in iure capit. Constitutus, E De Restitut. in integr. & ibi per Anton. de Butrig. Abb. & omnes, & per Bald. & Salyc. in l. Dudum, C. de contrah. empt. & est correctorium Iuris communis, secùndum Aliquos, cùm de Iure communi possit vnusquisque ad suæ libitum voluntatis emptorem quærere, seu cui voluerit vendere, prætermisso consanguineo, & consorte d. l. dudum, & per statutum præferuntur consanguinei, & con-

& consortes extraneis, vt in dictis locis.

Item Adde quod hoc statutum loquitur in datione in solutum facta à debitore creditori suo, & sic sponte, sed an habeat locum in adiudicatione facta per Curiam de aliqua re stabili ipsi creditori, & sic in datione in solutum facta iuditialiter, Dic quòd non, quia illa dicitur alienatio necessaria, quo casu non habet locum tàle statutum, de quo vide Alber. in prim. part. statut. quæst. 88. Incipit. supposito statuto prædicto, B & vide Alexan. in terminis in consil. 52. volum. 1. vbi etiam determinat, quòd non habeat locum istud statutum in venditione vsusfructus, habitationis, & Aliorum iurium in corporalium, quæ non dicuntur stabilia, nec mobilia, sed iudicantur tamquam tertia species de per se, & an iura, & actiones dicantur mobilia, vel stabilia, vide Angel. Aretin. Institut. de inutilib. stipulat. in princip. & DD. in l. A Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. Pro quo etiam facit quòd appellatione venditionis non venit adiudicatio in solutum iuditialiter facta vt supra, de quo per Bald. post Bart. & omnes in l. & ideo, ff. de Condict. furt. cùm sit alienatio necessaria vt supra dixi.

CAP. CXCV.

IBi *Corpora contigua*. Quæ dicantur contigua, vide infra in capit 199. vbi dicemus super Glossa scilicet, quando nullum prædium est intermedium, vel via publica.

Ibi *Vendantur*. Et sit loquitur in venditione alicuius rei stabilis, Sed an habeat locum in permutatione, seu donatione, Dic quòd non, hoc tenet expressè Dom. Specul. & Io. Andr. in Addict. in §. nunc dicendum restat. lib. 2. 4. colum. vers. sed pone statut. In titul. de Empt. & vendit. & in eo sit mentio de prætio, quo casu strictè capitur pro ipsa venditione, & non pro alio contractu ex quo transfertur dominium, & maximè in odiosis, & correctorijs, quod dictum sequuntur omnes Modern. post Bart. in l. Filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1. vbi plenè per Dom. meum Alex. Imol. & Angel. qui hoc inducunt ad plures quæstiones, & per Dom. Abb. & omnes in capit. 1 De his quæ fiunt à prælat. sine consf. capit. & per Alber. de Rosat. in tractat, statut. in prim. part. quæst. 88. Incipient. supposito statuto, & per Doctor. in capit. 1. in fine, de Controu. inter dom. & Empt. & per Dom. Ant. de Butrig. & Imol. in capit. Constitutus, de Restitut. in integr. & per Bart. & omnes in l. Peto, §. prædium, ff. de leg. 2. & per Dom. Ias. in l. 1. ff. de rer. permut. Sed an habeat locum istud statutum in datione in solutum voluntariè facta à debitore vidisti supra quòd sic in præcedenti capitul. ex quo ibi fit expressè mentio, quod intellige vt ibi, aliàs si non fieret expressè mentio in dicto capitulo de datione in solutum, non haberet locum, & procederent Iura superius allegata, in quibus etiam habes quod non habet locum tale statutum in contractu emphiteotico, vt possit vicinus, seu consanguineus, recuperare, & retrahere, & vide etiam per Alber. in loco supra allegato, vbi etiam ponit quòd si dominus vendit, & postea recuperat infra tempus C concessum vicino ad recuperandum, an tunc habeat locum ius prothomiseos, vide ibi, & eodem modo si non potest recuperare propter paupertatem an possit istud ius alteri cedere, vendere, vel donare, & quid si conceditur in feudum, vide ibi plenè, & quid si sunt plures consanguinei ex parte patris, & ex parte matris, quis præfertur in venditione rei alienatæ, vide per Io. Fabr. Institut. de legit. agnator. succeff. vbi concludit, quòd si res alienatur per consanguineos D descendentes ex parte patris, il i præferuntur, si verò ex parte matris, tunc illi descendentes ex parte matris, secùndum eum ibi.

Item dubitari potest vtrum istud statutum, seu Ius prothomiseos, quod competit ratione sanguinis, habeat locum in filio naturali, seu spurio, Dic quòd sic, cùm disponat per verba, seu nomina naturalia, & quò ad Iura naturalia nulla est differentia inter spurios, & legitimos, ita Bart. & Alij in l. Tutelas, E ff. de capit. diminut. & in l. Pronuntiatio, ff. de verb. significat. & Imol. & Alexand. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. Ad Senatusc. Trebell.

Item supradictis adde, quod si venditor, cùm vellet vendere denuntiauerit vicino, vel consanguineo si vult emere, & ipse dixerit, vendas cui volueris, an postea possit recuperare, Dic quod non, ex quo interuenit pactum, secus si non

interuenit

interuenit pactum, sed simplex renuntiatio, cùm sit renuntiare iuri de futuro, secùndum Bald. in quodam suo sollemni tractatu de iure congrui, allagat Archid. in cap. si clericus, de Præbend. in 6. & l. commissione, C. de pact. inter empt. & vendit. & capit. Gratum de offic. de legat. vbi etiam ponit plures quæstiones circa istud statutum, sed quid, si dixerit consanguineus, vel vicinus, cum venditor denuntiauit si vellet emere, nolo emere, an propterea est exclusus à iure recuperandi, & ibi determinat quod nō, nam non sequitur, nolo emere, ergo renuntio iuri recuperandi, quia fortè voluit deliberare, an sibi expediret recuperare, vide quæ in simili dicit Salyc. in l. actione, C. de Action. & obligat. & ibi verbum, nolo, non inducit dispositionem, & vide Bart. in l. fin. C. de recuperand. hæredit. & in l. 2. & ibi Glos. & DD. C. de Iure deliber. & in l. si quis suus, ff. de Iur. deliber. & ibi Ang. & Paul. de Castr. Bald. Alexand. & Ang. in l. qui se patris, C. vnd. liber. Et circa istud ius Prothomiseos vide consuetudines Cathinæ, vbi ponuntur plures quæstiones, quæ seruari debent, cùm Ritus iste non deroget Consuetudinibus locorum, imò illas approbat, & obseruari mandat, in qua consueudine etiam deciditur, quid iuris, quando consanguineus, & vicinus concurrunt, nam præfertur consanguineus, & idem vbi cessaret consuetudo, per Constitut. Sancimus, de iure congrui, & vide Dom. Anton. de Butr. in d. capit. constitutus, de Restitut. integr. & Afflict in d. Constitut. Sancimus.

Adde etiam supradictis, quòd si fructuarius, emphiteota, vel censuarius emeret directum dominum, seu proprietatem, quòd consanguineus poterit recuperare totam rem, si vsufructuarius habuit notitiam de tali statuto, aliàs recuperat solam proprietatem emptam, remanente vsufructu penes eum, pro vt erat ante, ita notab. dicit Bald. post Cyn. in l. si maritus, C. de inoffic. testament. & sequitur ibi Paul. de Castr. & Salyc. & vide etiam ibi Alex. in Apostil. & per Cyn. & omnes in l. Ad officium, C. commun. diuidund. & Alber. de Rosat. ibidem, & in d. tractat. statut. in prim. part. in quæstionibus allegatis, & vide etiam quę dicam infra in capit. 202.

CAP. CXCVI.

IBi *Prestet idoneè*. Scilicet cum fideiussoribus, nam tunc dicitur cautio idonea, secùndum Bart. in l. si mandato, §. fin. & ibi Glos. ff. mandat. & vide in l. cautionis verbo, ff. de verbor. significat. & in l. Prætoria, & l. 3. ff. de Prætor. stipulat. vbi etiam quæritur, an dicatur idonea, si interuenit hypoteca, vel pignus, Adde etiam, quòd ex quo ista cautio prestatur ex forma statuti, etiam si non esset adiectum illud verbum *Idoneè*, intelligeretur etiam cum fideiussione, secùndum Bald. in l. Sancimus, C. de verbor. significat. & ad prædicta vide etiam Bart. in Rubric. ff. de in ius vocād. & plenè per Bald. in l. exequutorem, in ver. modo quæro nunquid, C. de execut. rei iudicat.

CAP. CXCVII.

IBi *Secundum formam iuris*. Vide ad hoc bonum textum in l. infra vtile, §. vendentibus, ff. de Minorib. & ibi per Alber. & in suo tractat. statut. prim. part. quæst. 96.

CAP. CXCVIII.

IBi *Statur iuramento venditoris*. Et sic confessio venditoris prodest, vel nocet emptori, vide in l. fin. C. de Procurat. & ibi per Salyc. & vide Bart. & Modern. in l. Facta, §. si hęres scriptus, ff. Ad Senatusc. Trebell.

CAP. CXCIX.

IBi *Si via publica*. Dic quòd idem est si flumen publicum sit intermedium, nam tunc cessat ius Prothomiseos, cùm cessat contiguitas, & coniunctio, l. si prius, §. fin. ff. de aqu. plu. arcend. quod secus est si fluuius seu via esset priuata, quia ista nō dicitur separare coniunctionem, l. 3. §. fin. ff. Arb. furt. cesar. & l. 3. ff. de Iudit. Secùndum Bald. in d. suo tractat. de iure congrui

Adde supradictis, quòd si emphiteota, vel censualis venderet iura sua, vel melioramenta, quòd præfertur dominus vicino, & consanguineo volentibus recuperare, secùndum Gugliel. de Cun. in l. Imperatores, ff. de Pactis, aliàs l. Imperator, ff. de Postul. & per Bald. in d.

in d. suo tract. de iure congrui, & per Aluarot. in capit. 1. §. porro, Qual. pot. olim feud. alien.

Item quæro, Quid si facta est venditio quæ non teneat, an locum habeat Ius Prothomiseos, vide Cyn. in l. fin. C. commun. de legat.

Item quid si testator legauit fundum Titio, & voluit quòd si contigerit fundum vendi, quòd non vendatur nisi Sempronio, & ita est facta venditio, an ius prothomiseos locum habeat, Dic quod sic, quia testator non potest facere quòd statutum non habeat locum in suo testamento, l. Nemo potest, ff. Delegat. 1. & vide per Bald. in d. suo tractat. de iure congrui, vbi etiam ponit quod si quis permutauit locum suum cùm quadam alia vinea, seu re, & conuenit quòd vnus alteri refundet vltra ipsam rem vntiam vnam, an habeat locum ius prothomiseos, cum ratione pecuniæ refusæ videatur venditio, & non permutatio, & dicit quod non habet locum, cùm sit contractus permutationis, quo casu non vēdicat sibi locum ius prothomiseos, nisi consuetudo esset in contrarium, vt l. Dedi, ff. de Condict. ob caus. & per plures rationes positas ibi in Glos. sed vide Bart. ibi distinguentem, quòd aut agitur de vendendo, & erit venditio, aut de permutando, & erit permutatio, & vide ad hoc, capit. Ad quæstiones, extra De rer. permutat. & per Cyn. in l. Tempore, C. de pact. inter empt. & vendit. Sed quid in dubio, vide Bart. in l. Aristo, ff. de donation. & in d. l. tempore, & per Cyn. ibi.

CAP. CC.

IBi *Quòd adhæreat plus*. Adde quod de iure communi istud etiam procedit per l. Adeò, §. Insula, ff. de acquir. rer. domin. & §. Insula, Institut. de rerum diuis. Sed quid si æqualiter sint vicini, Dic quòd ambo admittuntur, nisi consuetudo aliud disponat, vide tex. in l. si venditor, post princ. ff. de in diem adiect. & vide not. in l. si Titius, ff. de de verbor. obligat. aliàs l. si Titio, ff. de verb. significat. & in l. si quis seruum, §. si mater, ff. de legat. 2. & in l. si plures, ff. de action. & obligation. in quibus locis etiam habes an qui primò prouocauit debeat admitti, vel an sit locus gratificationi, vide ibi.

A Adde, quòd istud ius prothomiseos competit presentibus, & maioribus infra triginta dies, minoribus, & absentibus infra quatuor menses, per d. Constitutionem Sancimus Regis Fiderici in titulo de iure congrui, quæ tamen non est in corporata in Constitutionibus Regni, sed est extrauagans, & ibi posita in in fine Constitutionum, & ibi Glos. & Bald. sed an eo tempore elapso, restituātur dicti Minores, & absentes causa Reipublicæ, vel captiuitatis, vide ibi per

B Scribentes in Glossis suis, vbi etiam tangitur an ius prothomiseos habeat locum in clericis, sed tu vide Alex. & Bart. in l. Filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1. aut ipse clericus vendidit, & habet locū, aut non vendidit, sed detinuit, & non habet locum, secùndum eos, & vide Andr. de Isern. in cons. 85. & vide in Authent. cassa, & irrita, C. de Sacrosanct. Eccles.

Quæro insuper, quid si res venditur sub conditione, quando incipit curre-

C re tempus recuperationis, Dic quòd à die existentis conditionis, vide tex. in l. 1. ff. Quand. act. de pecul. & ibi per Gugliel. de Cun. & vide in l. Caius, ff. de excusat. tutor. facit l. 1. ff. de Iure deliberand. & l. Bene, §. sub conditione, ff. de ædilict. ædict. secùndum Bald. in dict. Constitut. Sancimus, vbi etiam quærit, pone quòd quis habet domum, terram, vel fundum, & vendit vtrumque vnico prætio, & vicinus qui habet vicinitatem in domo tàntum, &

D non in terra, seu fundo, vult domum tàntum, emptor, aut vēditor dicit, quòd aut omnia capiat, aut omnia dimittat, & decidit ibi, quòd si illa corpora sunt contigua adeò quod esset vnum totum, seu vnum corpus, & vna res pars alterius, & tunc debet omnia recuperare, aliàs non auditur vicinus, vel consanguineus, vt putà vna domus in multis corporibus, facit, l. quod si vno, ff. de in diem adiect. & l. Tutor, §. 1. ff. de Minorib. & l. cum eiusdem, ff. de ædilict.

E ædict. & l. si quis aliam, & l. cum Stichus, ff. de solut. sin autem sunt plures res diuersi Iuris, & sic vna dici nō potest pars alterius, & tunc secus est, quia tot sunt emptiones, quot sunt res in emptione comprehensę, vt dict. l. cum Stichus, & ideò si habet ius prothomiseos in vna re, istud non debet sibi auferri pacto venditoris, l. ita vendentia in præiudi-

præiuditium ipsius, facit Authent. De Nuptijs, §. non solum, neque per alium debet alteri iniqua conditio inferri, l. Facta, ff. de regul. Iuris, & facit l. Scire debemus, ff. de verb. oblig. vbi quod sunt res, tot sunt stipulationes, & vide plenè per Bald. in d. tract. Iuris congrui, nam casu prædicto posset admitti ad recuperationem vnius rei tàntum, & ibi etiam determinat idem è contra, vt si quis venderet omnia bona sua, seu plures res diuersas, & vicinus ratione vnius rei, in qua vicinitatem habet non posset omnia recuperare nisi tàntum illam rem, in qua habet vicinitatem, nam secùndum eum erit extimatio facienda illius rei, quam recuperare vult, cùm vno prætio sit facta venditio, deducta extimatione aliarum rerum venditarum in communi, vt l. si quod ex Pamphila, ff. de legat. 2. & l. Qui solidum, §. 1. ff. eod. & Glos. ad hoc notabilis in l. pen. ff. de ædilit. edict. & prædictam videntur iuxta capit. 195. supra, incip. Item si plura corpora contigua, & sic talis dispositio Ritus est dispositio dictæ quæstionis supra positæ.

Item incidenter quæro, quid si quis vendidit vnam, vel plures res vno prætio, & addidit in contractu venditionis, quod si plus valeret, illud plus dictus venditor dedit, & donauit dicto emptori, à quo iurauit se recepisse, & vicinus, seu consanguineus vult recuperare dictam rem venditam, & vult soluere prætium receptum, & emptor opponit de donatione sibi facta de eo quod plus res valet, quid Iuris, Dic quòd sufficit quòd soluat prætium reiuenditæ, nulla habita consideratione ad donationem, ita notabiliter determinat Bald. vbi supra, & allegat Glos. in l. pen. ff. de ædilit. edict. & videtur tex. in d. l. si quod ex Pamphila, & d. l. Qui solidum, §. 1. ff. de legat. 2. & quia in iure prothomiseos nō soluitur nisi prætiū, quo res emitur, & etiam alia ratione, quia victus victori non soluit expensas aduocati, quas gràtis habuit pars aduersa, vt per Bart. In l. stipulatus, ff. de fideiussorib. Item quia si in contractu venditionis aliquid adijcitur, videtur donatio, & talis adiectio donationis nihil operatur, quia quando fit mixtura quorumdam contractuum cōtrariorum præsumitur fraus, & reuocatur res vendita, secùndum Gugliel. de Cun. in l. sed si dotem, ff. de pactis, qui idem determinat in eo qui vendidit rem valentem centum pro quinquaginta, & adiecit, quòd si

A valet plus, illud plus donat emptori, nā, non obstante tali donatione præsumpta in fraudem, reuocatur res vendita cum donatione, l. 2. C. de rescind. vendit.

CAP. CCII.

IBi *Consuetudines*. Adde quòd hoc etiam si non esset expressum in isto Ritu, tamen per legem generalem non essent sublatæ consuetudines locorum, secùndum Glos. & DD. in l. de quibus,
B ff. de legib. & per Bart. & omnes in l. fin. C. de testament. & in l. 3. §. Diuus Adrianus, ff. de Sepulch. violàt. & per Anchar. in capit. 1. de Constitut. in 6. & vide Bald. in l. 1. C. Ne filius pro patr. & vide Glos. in l. Decurionibus, C. de Silent. & Decurion. lib. 12.

Ibi *Consuetudinem Panhormitanam*. Scilicet nouiter declaratam in fine consuetudinum, quæ in affectu concludit vt infra, scilicet, quando res primo loco est data ad emphiteosim, vel ad censum,
C & postea illud ius census dominus vendidit emphiteotæ, vel censuario, consanguineus, seu vicinus potest recuperare rem venditam à dicto emphiteota, vel censuario, ac si à principio fuisset facta venditio totius fundi, etiam si alio permutationis titulo directum dominum in emphiteotam trāsferatur in quo nullum interuenit prætium, tunc enim præfatum directum dominium consolidatur cum vtili, & recuperare posset vicinus, vel consanguineus ac si de corpore ipso esset
D facta vera venditio, oblato prætio ipsius fundi, taxando per Curiam Prætoris, & Iudices. Sed quid si in aliam tertiam personam transferatur dominium directum, seu ius emphiteoticum, Dic, quòd si emptionis titulo transferatur, tunc eiusdem Iuris recuperatio vicino competit, Iuxta tenorem presuppositæ antiquæ consuetudinis soluto prius vero prætio ipsi emptori, pro quo Ius ipsum emerit à directo domino vt supra: si verò dictum di-
E rectum dominium alio quàm venditionis titulo in tertiam personam transferatur, tunc nullum ius prothomiseos competit vicino, vel consanguineo, nisi fortè Ius directi dominij redierit ad emphiteotam ex alio contractu inter dictum emphiteotam, & tertiam personam postea celebrato, tunc enim iuris recuperatio competit, & ac si principaliter eidem emphiteotę p dominū directū facta esset vera vēditio de toto corpore supradicto.

Sed quid si contigerit, forte directum dominium transferri ex causa dotis, vel, alicuius vltimæ voluntatis, Dic quòd tunc fauore liberalitatis, seu voluntatis extremi Iuditij omnino Ius prothomiseos cessat, & nullo vigore præsentis declarationis iuris prothomiseos competit recuperatio vicino, seu consanguineo, pro qua consuetudine faciunt quæ voluit Bald. in l. si maritus, C. de inofficios. testament. vbi per Alber. de Rosat. Paul. de Castr. Salyc. & Cyn. in l. Ad A officium, C. commun.diuid. vbi decidunt, quòd si aliquis emphiteota, seu vsufructuarius alicuius fundi emit proprietatem à domino, quòd agnatus proximior admittitur ad recuperandum, & præfertur vsufructuario, & emphiteotæ, vel censuario. Et per ista habes expeditum Ritum cum Glossis suis. *Laus Deo Omnipotenti, eiusque Matri Mariæ Virgini, & Beatæ Agathæ. Apud Clarissimam Ciuitatem Cathinæ. Die 12. Iunij 5. Indict.* 1501.

Finis Ritus Domini Petri Rizzari V. I. Doctoris Eximij.

ANNO

ANNOTATIONES

SVPER RITV REGNI SICILIAE DOMINI

ANTONINI PLATAMONI

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS. PRÆCLARISSIMI.

AD PROHEMIVM.

FORMA data p Ritum istum seruari debet, Cyn. in l. 2. C. Quæ sit long. consuetud. & Bald in l. De quibus, ff. de legib. si autem non seruaretur non valeret actus, l. Sacri affatus, C. de diuers. rescript. l. Probatoriæ, C. de diuers. offic. lib. 12. & Bald. vbi supra 12. col.

CAP. XCVII.

IBi *Pro mensura debiti declarati*. Vt in Auth. ei qui, C. de bonis auth. Iud. possid. Glossa, & DD. in l. Properandum, §. fin autem, C. de Iudic. Et qualis sit, & esse debeat ista declaratio, & an pro illo debito possit vendi res pluris valens, vide per Angel. in Authent. De exhibend. reis; §. si vero 2. col.

Ibi *Si postea comparet*. Quid sit fiendum si contumax comparet, & missus reperitur absens siuè iusta siuè iniusta causa, & quid si contumax comparuit, & recuperauit possessionem ammissam, & iterum est contumax, nunquid hoc possit facere in infinitum, vide Specul. in tit. de primo, & secundo decreto, §. iam nunc. in pen. & vltim. quæst. qui decidit

A quòd quando immissus contumaciter est absens, vel est distans multum, vel non reperitur, præstita idonea cautione ab aduersario, restituitur possessio, & in 2. quæst. dicit quod Actori Iudicis officio prouidebitur.

Nota quòd duas exceptiones opponere potest contumax, quas ponit Aretin. in §. appellantur, Institut. de exceptionib.

B Ibi *Docto de debito*. Qualiter intelligantur ista verba, vide Barthol. in l. Fulcinius, §. hæc, ff. Quib. ex caus. in possess. eat.

Ibi *Refectis expensis*. Adde etiam, & ceteris damnis, & interesse, l. Sancimus, vbi Glos. Bart. & DD. C. de Iudit. & l. 1. §. fin. in Glos. magna, ff. Si quis ius dicent. non obtemper.

Ibi *Summariè*. Idest per vnum testem, secundum Paul. de Castr. in l. 1. C. vbi in rem act. & Specul. in tit. de contum.

C §. sequitur, Bart. in l. si quis empdionis, §. fin. C. de Prescript. 30. vel 40. annor.

Ibi *Ius commune seruetur*. Idest vt post annum non audiatur in possessione sed in proprietate, infra annum verò in possessione auditur solutis expensis vt supra, vide Glos. in l. properandum, C. de Iudit. & DD. in l. 2. C. vbi in rem act. & d. l. si quis emptionis, & hoc quando

contu-

contumaciter, litæ non contestata, sin autem lis esset contestata, tunc præiudicat plenè illa missio quò ad possessionem, vt per Speculat. in loco supra allegato, & DD. in d. l. 2. C. vbi in rem act. & d. l. properandum.

CAP. XCIX.

ADde quòd vbi proceditur in scriptis, & plures essent expensæ quàm valeret causa, Iudex debet procedere sine scriptis, Bart. in l. Mediterraneæ, C. de Annon. & Trebut. lib. 10. & pro hoc est tex. in Authent. Vt omnes obed. Iudic, §. 1. ibi *aut plures expensas pati, quàm rei extimatio est*.

CAP. CI.

EX isto capitulo nota, quòd bonum est statutum, & consuetudo, quòd Instrumenta executioni mandentur, Bart. & Bald. in l. de quibus, ff. de legib.

Adde, quòd sicut contractus habens obligationem expressam habet executionem paratam per statutum, ita etiam est contractus præsumptus vt putà stipulatio quæ resultat ex contractu, Bald. in l. vnic. §. 1. C. de rei vxor. act. concordat d. l. de quibus, & l. Iurisgentium, §. ferè, ff. de pactis, & Alex. in l. 1. 8. col. ff. solut. matrim. & est communis opinio, vt ait Alex. in d. §. ferè, in fin. 2. col.

Quid si Instrumētum esset obscurum vt quia essent simpliciter promissa damdamna, quæ erit in isto casu practica, Dic quòd transibit executio, & in processu liquidabitur, Bart. in l. 1. in princ. ff. de edend.

CAP. CIV.

SEd quid si ista fideiussio de duplo nō fuerit petita nec præstita an exinde debeat puniri qui debitum petebat, videtur quòd non, cùm exceptio solutionis sit peremptoria, quæ non potest opponi post rem Iudicatam, l. Peremptorias, C. Sentent. rescind. non poss. nec etiam post conclusum in causa, vt per DD. in l. 1. C. de iuris, & fact. ignorant. Ego tamen dico quòd debet puniri pœna falsi, si falsa subgessit, & probauit, sed si tantum subgessit punitur crimine stellionatus, pro quo vide Bald. in l. 1. 2. col. C. de condict. indebit. vnde licèt

A solutum ex re Iudicata non possit repeti, d. l. 1. C. de condict. indebit. cum similib. tamen cum quis inuenitur quòd bis fuerit ei solutum, & sic habuisse quod petebat, fortè poterit habere remedium l. si Fullo, ff. de condict. sine caus. & l. in commodato, in fine, & l. Rem mihi commodasti, & ibi Bart. ff. commodat. & Bald. in d. l. 1. vbi clarius, in 1. col. in 1. opposit.

CAP. CX.

B

IBi *In publicam formam*. Intellige manu Notarij, secundum D. Abb. in cap. 1. de fid. instrument. & cum subscriptione Notarij, ergo non sufficit transumptatio, licèt transumptum cum authoritate Iudicis valeat, secundum Bart. in l. 1. C. de diuers. offic. lib. 12. & vide Bart. in Auth. sed nouo iure, C. si cert. petat.

CAP. CXI.

C

IBi *Obligationem expressam, & presentem*. Et nota quod dicitur expressum id, quod perpendimus coniecturis, l. Licet, ff. de leg. 1. l. si quis locuplex, ff. de milit. testam. & id, etiam quod mente percipitur, secundum Bart. in l. Prætor ait, ff. de nou. oper. nuntiat. vbi omnino vide, & id etiam, quod sub generalitate verborum tangitur, vt per eumdem Bart. in d. l. Prætor ait, & in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substitut. 1. & 2. col.

D & adde notat. in Auth. sed cum testator, C. Ad l. falcid. & ita vidi super quoddam instrumento, in quo maritus confitebatur recepisse dotes, sed in illo non promictebat restituere, ratio quia talis promissio de Iure subintelligitur, l. 1. in princ. C. de rei vxor. act. & sic quòd habeat executionem paratam, vt per Bal. in l. Ad probationem, C. de probationib. & per Bart. in l. 1. C. de fideiussorib. & in l. cum acutissimi, C. de fideicomiss.

E Ibi *Vel eo non citato*. Nam instrumenta habentia executionem paratam possunt exequi sine citatione partis, Glos. in §. multis, Institut. de libert. Bart. in l. Debitores, C. de Pignor. Paris de Puteo in tractat. sind. in verb. Iudicium, col. 6.

Sed an Instrumentum sic confectum habeat executionem paratam cōtra clericos, vide Bart. in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. & Bald. in Authent. Causa, C. de Episc. & cleric. & in capit. Quod clericus, de foro compet.

Quando

Quando autem Instrumentum dicatur purum, & liquidum, vide Bald. & Doctor. in l. si causam, C. de execut. rei Iudicat.

Quid, si Instrumentum contineat obligationem conditionalem, vtrum post conditionem euenientem habeat executionem paratam vide Bart. in l. si pecuniam, ff. si cert. petat. & Angel. & Imol. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. substitut. & vide Angel. & Paul. de Castr. in l. si ita stipulatus, ff. de verbor. oblig. Sed quid si instrumentum cōtineat obligationem mutui infra biennium, vtrum possit fieri executio, vide ibidē, & DD. Institut. de literar. obligat.

Nota quòd hìc exprimuntur personæ officialium, coram quibus debet fieri executio, licèt supra in capitulo Quicunque exprimantur tàntum officiales Panhormi, & Messanæ.

Nota etiam quòd Aliqui hoc capitulum intelligunt hoc modo, scilicet, quòd ex contractu celebrato extra Regnum non possit fieri executio, nisi venirent literæ testimoniales, Tu verò Dic quòd istud intelligitur quando contractus est in publica forma, & non in carta, seu pagina bombicina, quia licèt non sint testimoniales literæ, si sit fides notarij potest probari per testes, & admittitur executio, & audiui practicari multoties, maximè in causa Domini Abb. contra Dominum Nostrum.

Qualiter debeat esse obligatio expressa verbis generalibus, specialibus, & singularibus, vide Angel. in Authent. De Hæredib. & falcid. §. si vero expressim. Quid si contineret obligationem subintellectam vide Angel. & Bald. in cap. Translato, de Constitut. Angel. & Bald. in l. Ad probationem, C. de probation. Bald. in l. 1. in princ. ff. de ijs que in testament. delent. vnde si Instrumentum est defectiuum non fit executio pro interesse.

Quid si instrumentum dicat quod nulla possit opponi exceptio, an pars possit audiri aliquid opponens, vide DD. in l. 1. C. de Iur. & fact. ignorant. Bart. & Bald. in l. Exhijs prædijs, C. de euict.

Quid si constat quòd habeat pactum nudum an habeat executionem paratā, vide Bald. in l. 1. C. de execut. rei Iudicat. & quomodo impedit primam executionem, vide Bald. in l. 3. C. Mandat. & ibi Alex.

Ibi *Infra decennium*. Quid si fuerit elapsum decennium, sed contra hæredes ex pacto petatur Instrumentum exequi, an fieri possit ex tali pacto, vide Bald. in l. Pacisci, ff. de Pactis, vbi tenet quòd non.

CAP. CXII.

IBi *Quindenam ad se opponendum*. Nā licèt virtute Ritus Instrumentum habeat executionem paratam tamen non tolluntur oppositiones partium, Bald. in conf. 170. Incip. in Christi nomine Amen. Premissa, &c. Et nota quod hæc causa oppositoria habet instantiam, quæ si non fineretur triennio periret, Rom. conf. 171. Incip. Amplissimè Doctor.

Ibi *Banniantur*. Et tale bannum poterit scribi, & annotari quandocunque siuè incontinenti siuè ex interuallo post factam bannitionem, Roman. in terminis conf. 212.

Ibi *Pratium condecens*. Quia idem est de iure non reperiri emptores, & reperiri non dantes prætium condecens, l. 2. C. si in caus. Iudic. pign. capt. fuer. & tenet Glos. in l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re Iudicat.

Ibi *Ad pingue valens*. Hoc debet exprimi quia aliàs si Iudex simpliciter daret in solutum rem, valentem minus debito, creditor non posset consequi residuum prætij, seu debiti, vt est casus in d. l. à Diuo Pio, §. si pignora, & ibi Bart. ff. de re Iudicat.

CAP. CXIII.

IBi *Quadrimestre*. Quot autem dies habeat mensis, vide Bald. in capit. 1. Quo tempor. Mil. & vide plenè per Anton. de Butrig. in capit. Licèt, de supplend. neglig. prælat. Bart. in l. cum bisextus, ff. de verb. significat. l. vbi lex, ff. de reg. Iuris, & capit. Quamuis de elect. in 6.

Nota quòd de Iure communi aliter obseruatur, nam post rem iudicatam datur quadrimestre tempus, vel prout Iudicis arbitrio apparebit, & post capiuntur pignora, & exinde expectantur duo menses, & tandem bona extrahuntur, l. 2. ff. de vsuris rei Iudicat. & in l. Debitoribus, ff. de re Iudicat. & vtrobique per Glossam, & DD.

CAP. CXIV.

IBi *Confitentur*. Ecce quòd sufficit confiteri ad se peruenisse, licèt non peruenerint, seu non promictat se restituere,

tuere, & vide quæ dixi supra in cap. 111. in verb. obligationem expressam, & presentem.

Nota ex isto textu quòd feuda veniūt ex tacita obligatione nam dicit hic Ritus quòd ex litera seu ex dicta cambij inducitur tacita hypoteca quod fieri potest vt in l. An Respublica, C. de Iur. Reipubli. lib. 11. & ibi Bart.

CAP. CXVI.

IBi *Debitor qui succubuit*. Quid si obtinuit debitor, creditor autem appellauerit, an executio retardabitur quò ad expensas factas per debitorem, nam Ritus loquitur quando succubuit, & Dico quod retardari non debet quia sicut non licet debitori appellanti retardare executionē expensarum vt hic, ita licere nō debet creditori appellanti retardare illarum executionem l. 1. ff. de re Iudic. & sic lex noua, licèt odiosa, & correctoria, extenditur ad casum equiparatum de Iure antiquo vt notat Glos. Bart. & omnes in l. si quis seruo, C. de furtis, vide Glos. in capit. Nunquam de elect. & Roman. consf. 5. & cons. 127. & 176.

Ibi *Panhormi, Messanæ, & Drepani.* Idem in Alijs Ciuitatibus, & Terris, Regni qundo sentētia in causa oppositoria daretur per Doctorem, vel cum consilio Doctoris vt habetur per capit. Regni 37. Regis Ioannis.

CAP. CXVIII.

IBi *Supplicare*. Et sic non appellatur, hoc tamen verum est inter ipsos litigantes, non autem in odium Tertij, quia statutum denegans appellationem debet intelligi quò ad litigantes, non autem quò ad Tertium comparentem pro suo interesse, ita notat D. Anton. de Butr. in capit. Vt debitus, de appellat. refert, & sequitur D. Barbat. in suo consf. Incip. scripsit Ecclesiasticus, quod est insertum inter consf. Alex. 182. vol. 4.

CAP. CXIX.

DIc quòd licèt liquidatio fiat per testes, ex quo debitum continetur in Instrumento, sufficit, vt per Bald. post Bart. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. patat. De iure autem si debitum non est liquidum ex instrumento guarentigiato, potest fieri executio, & facta executione, fit liquidatio,

A secundùm Bart. in l. 1. ff. de edend. & in l. proinde, §. notandum, ff. Ad leg. Aquil. Roman. consil. 26. Et hoc in iuditijs vniuersalibus, in particularibus verò si debitum non est liquidum etiam de iure non potest fieri executio, Bart. in l. 2. & ibi Bald. C. de execut. rei iudicat. Roman. cons. 208. Potest tamen, dici de consuetudine quòd, nulla facta liquidatione, posset fieri executio, & deinde liquidari, & sic consuetudo potest inducere, quòd valeat sententia lata super

B incerto, & post sententiam fiat liquidatio, Bald. in l. de quibus, 10. col. ff. de legib.

Sed quæro, quid si obligatus portare frumentum cum naui, quæ fuit à Rege detempta, vel ab officialibus, an teneatur ad interesse, Dic quòd non, ita tenet Angel. in consf. 217.

CAP. CXX.

C IBi *Reficiantur expensæ*. Sed an expensæ copiæ Instrumentorum virtute quorum fuit facta executio veniant, Dic quòd si ab initio tempore celebrati contractus creditor sumpserat copiā, expensæ illius copiæ non veniunt, sed si eam cepit postquam fuit debitor in mora vtique debentur. Bald. in l. 1. C. de vsuris allegat capit. Peruenit, de fideiussorib. & idem Bald. in l. Non ignorat, C. de fruct. & lit. expensf. vide Lanfranc. in capit. Quoniam contra, 10. col. de Probationib.

D Sed queritur ad materiam huius capituli, An debitor qui non fuit citatus, sed tantummodo interpellatus extra Iuditiū an eadem die teneatur ad expensas, Dic quòd sic, quia illa interpellatio constituit eum in mora, secūndum Glos. in l. vinum, ff. si cert. petat. & l. Qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. obligat.

CAP. CXXIV.

E IBi *Pignora aurea, argentea, &c.* De iure tamē est quòd debitor qui nequit soluere in pecunia numerata, quamlibet rem suam soluere potest inuito creditore, non solùm aurum, & argentum, vt in Auth. Hoc nisi, C. de solution. & ibi per DD. Bart. in l. 2. §. 1. in fine, ff. si cert. petat. Roman. consf. 160.

Ibi *Vel bancum soluturum*. Quod verum est nisi ostēderit de nullitate instrumenti in promptu, vel debitor esset notoriè locuplex, ita Roman. consf. 67. Incip.

cip. in Christi nomine, quæ vltima limitatio non est in vsu in Curijs nostris.

CAP. CXXXI.

AD materiã istius capituli vide Bart. in l. error, ff. de Iuris, & fact. ignorant. vbi dicit quòd preceptum factum vigore confessionis factæ in iuditio, seu vigore Instrumenti guarentigiati potest reuocari pretextu erroris.

Ibi *Infra quindenam*. Nota, ex quo Ritus constituit terminum 15. dierum, quòd nisi fiat infra talem terminum, Iudex poterit sentetiam proferre, & ante conclusum in causa, & non requiritur conclusio, nec renuntiatio defensionis, ita pluribus rationibus tenet Roman. cõs. 176. & hoc cauetur Ritu antiquo huius Regni Siciliæ. Sed quid si sententia est fundata sup cõfessione partis, an pars infra illos 15. dies possit probare errorẽ suæ confessionis Bart. in l. 2. ff. de confess. & in l. error, C. de Iuris, & fact. ignor. tenet quòd sic, idem tenet D. Abb. in cap. ex parte *lo* 1. de verb. significat. contrarium tenet Io. Andr. & Petr. de Anchar. in cap. fin. extra de in Integr. restitut.

CAP. CXXXII.

IBi *Vigore rei iudicatæ post annum*. Et sic ex isto Ritu nota sentẽtiam elapso anno non habere executionem paratam, quod de iure communi procedit in sentẽtiã lata à Delegato Principis, cum ipse post annum nõ possit exequi sententiam cap. conquerente, de offic. delegat. Bart. in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re Iudic.

Ibi *Vel si debitor fuerit confessus*. Quid si talis confessio fuerit facta per verbum, credit, putà si diceret credo quod talis apodixa sit scripta manu mea, an tunc habeat locũ Ritus iste, & videtur quod sic, cùm verbum, credit, preiudicat ac si simpliciter cõfessus esset, secùndum Specul. in tit. de pos. §. 6. vers. quid si interrogatus, Bald. in l. 2. §. quod obseruari, C. de Iuram. calum. Bald. cons. 697. contrariũ est verum, cũ talis confessio non sit probatio, sed releuatio ab onere probãdi, vt eleganter dicit Bald. in d. §. quod obseruari. Et hinc est quod si Iudex vult potest cõpellere partem ad respondendum per verbũ nego, aut fateor, nec admictere p verbũ credo, vt p Spec. vbi supra, in verb. item nota, & idem de verbo, existimo secundũ Spec. ibi & vide Bart. in l. 1. ff. de ventr. inspicien. Nota quòd id quod dicitur hìc procedit etiã si quis interrogatus dixerit scripturam, seu apodixam esse

A manu sua scriptã, cùm talis apodixa faciat plenam fidem, sm Bart. in l. Admonendi, ff. de Iureiur. & in Auth. At si contractus, C. de fide Instrum. & l. scripturas, C. Qui pot. in pign. hab. & l. Nuda, C. de donat.

Sed an coram vno Iudice possit causari cædula de confessione facta coram alio Iudice, vide Innoc. in capit. 2. de dilat. & Bald. in l. 1. C. de confess. Ex probationibus autem testium non poterit causari. Bald. in loco supra allegat.

Sed quid si Reus citatus ad subeundũ B est contumax, an Iudex possit mandare apponi verbum confitetur, & procedere iuxta formã Ritus, vide Bart. in l. si finita, §. Iulianus, vlt. col. ff. de de Damn. infect. qui dicit quòd si Reus ante litem contestatam fuerit contumax in respondendo potest haberi pro confesso, Bald. in l. 1. C. de confess. 2. col. nam ficta cõfessio requirit actũ, & ordinem Iuditij, secus in vera, Innoc. in cap. 3. extra de testib. Bald. in d. l. 1. licèt Bart. in l. de ętate, §. qui tacuit, ff. de interrog. action. tenuerit post C Alios quòd ante litẽ cõtestatã contumax habetur pro cõfesso, ergo Ritus iste non posset habere locũ, quod ergo intelligo, nisi, Reus citatus coram Iudice, & iussus ore Iudicis recusauerit respondere, nam tunc, & eo casu, ante litem contestatam habetur pro cõfesso, vt est textus ĩ cap. 2. & ibi Glos. & DD. extra de confess in 6. & Bart. in d. §. tacuit, & per consequens ex tali confessione cędula potest causari, Non obstat quod haberi pro confesso sit casus fictus, & statutum nõ habet locum D in casu ficto, sm Bart. in l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. quia hcc est verum, nisi casus fictus procederet à Iure cõmuni. vt not. Anchar. post Alios in cap. ex parte de cleric. non resid. & ibi Abb. in 6.

CAP. CXXXV.

IBi *Constito antequam audiatur*. Et nota quod tali casu sufficit probare, & cõstare per testes de auditu, ita notab. tenẽt DD. de Rota decis. 2. in cap. licet, & cap. E quam grauis, de excess. Prælat. & in cap. per inquisitionem, de elect.

Adde quod agens via spolij duo debet probare, scilicet possedisse tẽpore spolij, & se deiectũ atque spoliatum fuisse, cap. consultationibus, & ibi Glos. in verb. deiectũ de offic. deleg. & Glos. in capit. Ad decimas de Restitut. Spoliat. in sexto, capit. olim, *lo* 1. de Restitution. Spoliat. si enim non posset probare quòd tempore spolij possidebat sed tantùm quòd tem pore spolij erat in possessione, agat con-

dictione l. fin. C. vnd. vi, & obtinebit alias succumberet, ita notab. dicit Bart. in d. l. fin. vers. tertiò quæro quòd nota.

An autem in libello spolij requiratur expressio loci, & temporis facti spolij, vide Bart. in l. 1. §. interdictum, ff. vti possid. l. 1. §. siuè autem, ff. de vi, & vi armat. Bald. in l. fin. C. vbi de possess. og. opor. Roman. consil. 168. Et similiter quòd summariè infra duos menses agatur, nec obstat quòd debeat concipi libellus secùndum Roman. in fine d. consil. aut si dicatur quòd antequā audiatur spoliatus debet res restitui, & per consequens non poterit audiri super ineptitudine libelli, non continentis tempus, & locum, quia fateor quòd postquam restituerit auditur, & mutabit libellum per supradicta.

CAP. CXL.

IBi *Licèt Aduocatus dixerit in iuribus suis quòd procedatur summariè*. Nota quòd licèt dicatur quòd procedatur summariè, tamen processus fit ordinariè, aliàs Iuditium esset nullum, quia quando Iuditium de se est ordinarium, etiam si voluntate partium procederetur summariè, esset nullum, secùndum Glos. ab omnibus approbatam in clement. sępe, De verbor. significat. in Glos. fin. quia pacto renuntiari non potest ordini Iuditiario, sed per consuetudinem potest, vt in Authent. de fideiussorib. §. argentum, & l. 2. in fine C. de Constitut. Princip. Imol. in cap. 1. de libell. oblation. Bald. in l. de quibus in 3. col. ff. de legib.

CAP. CXLIV.

IBi *Post conclusionem*. Vt tenet Bald. in l. 1. §. fin. ff. de Quæstion. Imol. in cap. Fraternitatis, de testib. Anchar. in capit. vbi periculum, de elect. in 6. & hoc ex officio Iudicis, non ad petitionem partis, vt ibi, & in l. si non defendatur de Pęnis. Et sic tria requiruntur vt super consimilibus possint recipi testes in causis criminalibus: super nouis autem, quæ noniter peruenerunt datur restitutio vt in hoc Capitul. & capit. vt nulli, de lect. in 6.

Ibi *Si non habuerit copiam productorum*. Hoc solùm sufficiebat, quia publicatio non didictis testificatis non excludit probationem testium, vt tenent DD. relati per Alex. consil. 80. vol. 4. D. Abb. in capit. Fraternitatis, de Testib. col. 10.

Ibi *Aliquid faciendo, & non aliter*. Hoc tenet Bart. in l. Pendente, C. de

A tempor. in integrum Restitut. & in l. Admonendi, ff. de Iureiurand. Angel. in l. fin. ff. de Ferijs. Anchar. in capit. Ab eo, de elect. in 6.

CAP. CXLV.

IBi *Vel per contumaciam absente*. Et sic Nota quòd contumax dicitur quando citatus non comparet, & incusata est contumacia, secus si porrecto libello accusationis dum accusatus sciret, se ab-

B sentet tunc enim, si remitteretur per partem ante citationem, non esset acquisitum ius Curiæ, quia nondum dicitur citatus, nec contumaciter absens, l. Denuntiasse, §. quid ergo, ff. de Adulter. de quo extat Constitut. Regni, incip. Post citationem, in tit. de lit. contest. Quid, si citatus non comparet, & ante accusationem contumatiæ, seu bannum, vbi non requiritur accusatio contumaciæ, remittatur, Dic quod tunc nullum Ius habet Curia, & hoc est verum quan-

C do gràtis remittitur, vt ibi dicitur.

CAP. CXLIX.

ADde, quòd hoc capitulum nil immutat circa delicta priuata, vnde cùm de iure communi valeat inquisitio contra furem nocturnum vt per Bart. in l. 1. ff. de furtis, quod etiam hoc hodie possit, tali capitulo non obstante. Sed quid si in casibus huius capituli cōpareat vnus de populo, & accusauerit, & ante

D sententiæ prolationem comparuit ille, cuius interest, an cessabit ille de populo, vide Dyn. in capit. Factum, de reg. Iuris, in 6. & Angel. in Tract. Malefic. in tit. Quand. de Malefic. cognosc. per Inquisit. vers. sed pone quòd Iudex, qui tenet quod sic, quem sequitur Alber. in Tract. statut. in 3. part. q. 45. & facit quòd, qui sequitur suum interesse, non debet repelli, l. 3. §. sed plures, & l. sepulchri, De sepulchr. violat.

Sed quid, si pro delicto priuato veni-

E ret pęna pecuniaria applicanda fisco, an quilibet de populo possit accusare non obstante hoc Ritu, Dic quòd sic, quia hoc capitulum non facit aliud, nisi quòd oīa delicta publica redigit ad instar priuatorū, sed in delictis priuatis, vbi venit pecuniaria pęna applicāda fisco, quilibet accusare potest, sm̄ Glos. quam sequitur Bart. & Angel. in Rubr. de popular. act. & Bart. in l. fin. ff. de priuat. delict. post Dyn. & Angel. in Rubr. de Publ. Iudit. & Imol.

Imol. in l. 1. eod. titul. Andr. de Isern. in Titul. Quæ sint Regal. vers. vt Indignis, licèt Bald. tenuerit contrarium in l. si aduersus, C. de Furtis, & in capit. 1. §. Iniuria, De Pac. Iurament. firmand. & in Rubric. C. Qui admitt. Quod dictum precedens intelligo habere locum in hoc Regno Siciliæ, nisi pœna pecuniaria veniret non ex delicto ordinario Iuris, sed esset imposita per officiales, Nam tunc in spretis pœnis nullus potest accusare, nisi pars, quæ fecerit imponi pœnam, & cuius interest per capitulum Regni.

Ibi *Falsæ Monetæ*. Intelligas in fabricante falsam monetam, vt l. 1. C. de fals. monet. vbi est textus expressus, non autem in eo, qui expendit illam, quia talis non tenetur pœna illius leg. sed pęna extraordinaria, si autem quis expendat plumbeam, vel stagneam, tunc tenetur pęna legis Cornel. de falsis, vt in l. 1. & lege Cornelia, & ibi Bart. ff. Ad leg. Cornel. de fals. in istis enim non potest procedi ad petitionem alterius, nisi cuius interest per Ritum istum, sed per Constitut. Regni Incip. Adulterinam, est imposita eadem pęna ita in cudente, sicut in expendente, ideò videtur dicendum quòd etiam in expendente potest procedi ad petitionem cuiuscunque, sed dic quòd licèt imponatur eadem pœna, tamen, non est idem nomen criminis, quia aliud est nomen falsæ monetę, quod attribuitur cudenti, & aliud nomen falsi.

Sed dubium facit, nam Ritus vult vt procedatur ad petitionem cuiuscunque in incisione carlenorum, & sic in falsificatione ponderis, ergo multò magis in falsificatione quando expendit monetam falsam, sed non obstat, quia aliud est incidere carlenos, & aliud est vitiosos expendere, nam in primo casu loquitur Ritus iste, in secundo verò non. Item, dato quod contra expendentem possit procedi per inquisitionem, tamen fiscus non posset inquirere, nisi prius requisito eo, cui pecunia falsa fuit tradita, nam ei fuit facta iniuria, ita dicit Bald. & Angel. in l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. Idem Bald. in cons. 255. Incip. in Christi nomine amen.

Ibi *Per officiales in flagranti crimine*. Intelligas si fuit captus per Monterium, cùm sufficiat talis apprehensio ad inquirendum, Bart. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect. vrb. & idem Bart. in l. fin. ff. Ad leg. Iul. Peculat. & l. si quis in seruitute, ff. de furtis, secus si fuit inuentus, & non deprehensus, tunc enim non potest inquiri, l. si quis obseruare, ante finem, ff. de tabul. exhib. & ibi Bart. l. si Barsatorem, C. de fideiussorib. & qualiter intelligatur in flagranti crimine deprehensus, vide Andr. de Isern. in Constitut. Iustitiarij, & in Constitut. Humanitate, & per Bart. in Rubric. de Iudit.

Ibi *Vel coram eis crimen fateantur*. Hoc quidē etiā est de Iure, vt dicit Bald. in l. Mercalem, C. de Condict. ob turp. caus. quod intellige cum de hoc agebatur principaliter, scilicet de tali crimine confessato, aliàs si de illo crimine non agebatur, licèt quis coram Iudice fateatur, non haberet locum iste Ritus, secùndum Bald. in l. Presbyteri, C. de Episc. & cleric. qui allegat Glos. in can. Quippe, 3. q. 6. & idem Bald. in Auth. sed nouo iure, C. de Pęn. Iud. qui mal. Iud. sed contrarium tenet Angel. in l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. & Bald. in l. si filium, C. de liberal. caus. sibi ipsi contrarius, & hoc vltimum est de mente Bart. in l. si confessus ff. de Custod. teor. & ibi Glos. & Abb. Sicull. in capit. At si clerici extra de Iudit. Sed tu verius dic, quòd dato, quòd incidenter crimen fateatur, Iudex non potest condemnare eum nec ex officio, nec ad petitionem partis sine nouo processu, in quo sufficit adducere illam confessionem iam incidenter factam, ita tenet Abb. in capit. 2. de Confess. super secund. solut. quam facit ibi Glos. magna quia non debet Iudex facere id, quod pars facere non potest, secùndum Bart. in l. Non solum, §. fin. ff. de Iniurijs, sed pars non potest sine nouo processu, ergo nec Iudex. Bald. in l. 1. C. de confess. col. 8. vers. Quæro nunquid processus, & sic non posset Iudex tali casu extra ordinem cōfessum punire, vt ibi per Baldum.

CAP. CLI.

Ibi *Præstando de parendo*. De iure tamen est quòd teneatur prestare de presentando se in Iuditio, & talis fideiussor tenetur presentare quandocunque Iudex voluerit illum interrogare, vel torquere, secundum Bald. in l. 2. C. de exhibend. Reis, nam licèt in causis ciuilibus nemo suo nomine conuentus teneatur prestare de Iudicatum soluendo, vt Institution. de satisdat. §. sed hodiè,

tamen secus est in criminalibus, vt ibi A per eum.

Ibi *In Magna Curia non auditur*. De Iure autem si Iudex condemnat ad pœnam, potest appellari ab iniquitate Iudicis, secundum Bart. & DD. in l. si qua pœna, ff. de verb. significat. & Salyc. & Alios in l. in multis, C. de Appellat.

CAP. CLIII.

ADde quod ad condemnationem etiam sprętæ pęnæ non attẽditur ad quantitatem pœnæ impositæ, sed ad qualitatem violentiæ aut cum armis, aut sine armis fuerit illata violentia, nam primo casu punitur tertia parte omnium bonorum, secundo verò punitur quarta parte bonorum, non autem attenditur ad quãtitatem contentam in pœna, vt in Constitut. si quis in posterum, in titul. de Defens. Imposit. Sed quis eam imponere potest, Dic quòd quilibet timens ne offendatur in persona, aut in bonis à potentiori persona, etiam priuata, & eodem modo Iudex pro sedandis rixis imponere potest, & etiam pro alijs personis imponi potest, vt pro filio, pupillo, & similibus, Sed an debeat inuocari nomen Regium, Dic quòd sic, aliàs non valet eo non vocato, vt in Constitut. Insurgentium, & ibi Andr. de Isern. post tex. & Glos. vbi plures ponit quæstiones ad hanc materiam pertinentes.

Ibi *Per Constitutiones Regni statuta*. Idest tertia parte bonorum suorum si facta fuit violentia cum armis, aut quarta parte bonorum si sine armis, per dict. Constitut. si quis in posterum, in tit. de Defens. Imposit.

Ibi *In corpore puniendus*. Scilicet defectu bonorum, ex quo pęna venit applicanda fisco, nam si non habet in ęre luit in corpore, per l. vbicunque, C. de seru. fugit.

Ibi *Contra alios criminosos*. Scilicet in quibus non venit imponenda pœna mortis, deportationis, & membri mutilationis, sed alia pęna, quo casu punitur contumax ad tertiam partem bonorum mobilium, non autem foriudicatur, vt in Constitut. 1. de Pęn. contum. in criminal.

CAP. CLV.

IBi *Cum extractione armorum*. Quid si arma nõ extraxit, sed ad latus deferret, Dic quòd idem est, nam tunc dicitur etiam fecisse insultum cum armis, secùndum Bart. in l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi armat. Sed quid si alibi deponeret arma antequam insultaret, Dic idem esse, secùndum Glos. in d. l. 3. §. qui armatus, quam ibi, sequitur Angel. & Alexan. in B conf. 44. volum. 4. quod tamen intelligas verum esse dummodo deponat arma in loco vbi insultum fecit, taliter quòd illa incontinenti accipere valeat, alias secus, quia non duraret causa mętus propter arma, secundum notat. in capit. 1. extra quod męt. caus. & per Bart. in l. 2. eod. tit.

Ibi *Inuentus, & captus*. Nota quòd hic ponitur vtrumque scilicet inuentus, & captus, vt cessaret dubitatio Doctorum, nam Multi dicunt, quòd si statutum C diceret inuentus tàntum, non fuisset pęna, nisi etiam captus fuisset, secùndum Barthol. Bald. & Salycet. in l. si Barsatorem, C. de fideiuss. & Cyn. in l. 3. §. Neratius, ff. de acquirend. possess. Bart. in l. 1. & in l. 3. §. Neratius, ff. eod. tit. Sed Angel. in d. §. Neratius tenet contrarium, scilicet quòd sufficit quod sit inuentus, & est etiam opinio Ioan. de Imol. in d. l. 1. ff. de acquirend. possess. & hanc puto de iure veriorem, & idem dicit Angel. in Tractat. Malefic. in verb. D Dictus Andreas armatus. Quid autem si fuit inuentus cum armis, & aufugit, & officialis sequitur eũ clamans, Dic quòd tenetur fugiens ac si captus fuisset, vt l. si quis in seruitute, §. 1. & l. si fur manifestus, & ibi notat Bart. ff. de furtis, post Cyn. in l. Falsus, C. eod. tit. Sed quid si non permisit se scrutari, Dic quòd tunc potest detineri per inuentores, & puniri de resistentia, ita tenet Bart. in l. euictiones, C. de curs. public. lib. 12. & memini aliàs vidisse Abb. in tit. de Pac. te- E nend. §. si Rusticus, vbi notab. loquitur ad propositum, etiam si inuentus non portasset arma, quia propter resistentiam potest puniri.

Ibi *Portationis armorum*. Ergo portatio armorum confunditur tamquam preambulum ad delicta subsequentia, arg. l. Illud, in fine, ff. Ad leg. Aquil. & notat. Salyc. in l. 3. C. Ad leg. Iul. de vi public.

CAP.

CAP. CLIX.

IBi *Si in promptu appareat de sanguine.* Quæro an requiratur abundantia sanguinis, cùm hic non dicatur de effusione sanguinis, vide Abb. in capit. cum illorum, de sentent. excommunicat. Dic quod sufficit gutta, & parum sanguinis, vt Iuribus allegatis, & in Glos. in dict. capit. cum illorum in verb. effusione, & clement. Romana, de Elect. Sed dic melius quòd no sufficit leuissima cicatrix, & & tàm paucitas sanguinis, secundum Bald. in l. si prædium, C. de ędilict. action. Sed quid si aliquem sublimaui à terra, qui caput fregit ad lapidem, & sanguis exiuit an procedat iste Ritus, Dic quod non, Bald. in l. si de interpretatione, ff. de legib.

Ibi *Incusata contumacia*. Nota quòd si non Incusetur non valeret bannum, ita Bald. in l. non sunt liberi, ff. de statu homin.

Sed An Minor qui contumax est possit banniri, Dic quòd si est adultus banniri potest non autem pupillus. Bald. in l. 1. C. de confess. vers. iuxta hoc quæro an adultus.

Ibi *Vel mutilationis membri*. Sed melius esset si dixisset abscissionis, quandoquidem pęna mutilationis membri hodiè in Regno non est in vsu. Quæ autem sit differentia inter mutilare membrum, & abscindere membrum, vide Abb. in dict. capit. cum illorum, de sentent. excommunicat. & quid sit debilitare membrum, vide per Angel. in l. Non solum, ff. de reiuendicat. & est tex. in capit. Accusati, & ibi Glos. & DD. de Accusation. Bart. in l. 2. ff. de public. Iudit. Et Nota quòd statutum loqueus de mutilato habet etiam locum in non habente membrum pęnitus, & sic intelligitur, & capitur hic mutilatio pro abscissione membri, & statutum loquens de exoculante habet locum etiam in cecante, Bald. in l. de quibus, ff. de legib.

Ibi *Secundum Constitutiones, & Capitula Regni*. Vt in tertia parte mobilium, nō autem annotantur bona vt post annum sint fisci, nam in huiusmodi criminibus minimis non habet locum titul. de Requirend. Re. ita Bart. in l. Absentem, ff. de pęnis, & notat Glos. in Constitut. Grandis, in titul. de pęn. contum. in criminal. & ideo in talibus leuibus criminibus cum formantur sententiæ banni non debet dici in banno nec apponi talia verba, scilicet, reliquis verò bonis post anni circulum fisco applicandis.

Nota quòd si quis post bannum comparet 61. die, tamen dicitur infra duos menses se presentare, l. vbi lex, ff. de reg. Iuris, Bart. in l. absentem, ff. de Pęnis, & l. Absentem, C. de accusation. & notatur in d. Constitut. Grandis.

CAP. CLXII.

IBi *Pro quo aliquis intercesserit*. Hoc tenuit Bald. in l. Qui crimen, C. Qui accusar. non poss. iuxta quæst. quando fideiussor non presentauit.

CAP. CLXVI.

IBi *Ad relegationem in quinquennium.* De iure autem communi aliter statutum erat nam si precedebat voluntas viri erat pœna capitis vt l. 1. in fine, ff. extraord. crimin. si verò præcedebat voluntas mulieris erat pœna dimidiæ partis bonorum, in humilibus verò corporis cohertionis cum relegatione, §. ea lege. Institut. De publicis Iuditijs. Sed quid si erat dubium nec constabat voluntatem viri precessisse, vide Alber. & DD. in l. Rapores, C. de Episc. & cleric.

Ibi *Secundum formam Iuris ciuilis*. Et mirum videtur, cùm matri non competat actio nisi tàntum de morte filiæ, & non de alio, vt l. 2. & ibi Glos. & DD. ff. de accusat. Item patri pro iniuria facta filiæ emancipatæ non competit accusatio admodum matris, & collateralis, vt l. 1. §. 1. & ibi Angel. ff. de Iniurjs, quæ leges, permictentes in tali casu parentibus, & consanguineis vindicare, loquuntur quando raptores sunt in flagranti crimine deprehensi, nam tunc iura permictunt illos interficere, l. 1. C. de rapt. virg. & l. Raptores, C. de Episcop. & cleric. Dic ergo quod de iure quando stuprum commictebatur sine violentia, & raptu, & vir non erat deprehensus in flagranti, nullus poterat accusare, nisi pater habens filiam in potestate, & hic videtur error, Tu autem dic secundum formam iuris ciuilis, idest vbi quando essent in flagranti crimine deprehensi, cum

cum Iura illis tunc permittant consanguineos occidere, multò magis tales accusare, & ita intelligo Ritum istum, vel dic si delictum est publicum, vt Institut. De public. Iudit. §. item lex Iulia, ergo pater, & mater possunt accusare, l. De crimine, C. Qui accus. non poss. vel Dic, & melius quòd pro iniuria, cùm sit priuatum delictum, putà iniuria consanguinei, vel affinis, criminaliter possunt accusare, quia censetur iniuria facta omnibus consanguineis, & affinibus l. Lex Cornelia, ff. de Iniurijs, & ibi Bart. & l. 1. §. 2. eod. tit. & l. fin. ff. de priuat. delict. secus si vellent agere ciuiliter, quia tunc non possunt nisi cōtineret iniuriā, & contumeliam etiam ipsius consanguinei, qui vult accusare, ita Bart. in d. l. 2. aliàs l. 1. §. 2. & idem videtur in publicis delictis, quia quando mulieris interest, est de publico Iuditio accusare, l. 2. & ibi per Glos. & Bart. ff. de accusationibus.

Finis Ritus Domini Antonini Platamoni.

ADDI-

ADDICTIONES
SVPER RITV REGNI SICILIAE EXCELLENTIS DOMINI
PETRI PETROLI
VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS.

AD PROHEMIVM.

ADDO quod notat Bald. in vsib. fęudor. in tit. de nou. form. fidel. quòd Ritus iste seruatur in plurimis pro generali consuetudine. Et consuetudo Curiæ est seruanda, Bart. in Auth. offeratur, C. de lit. cōtestat. & facit quod dicit Andr. de Isern. in Constitut. si quis in posterum, quòd illud, quod seruatur in Magna R. C. debet in toto Regno seruari, & hoc etiam, dicitur hic in fine. Et si omitteretur talis obseruantia ordinis, Iuditium redderetur nullum, tamquàm peccans in substantia ità dicit Bald. in l. Nulla, C. de procurat. & quod inordinatè factum est, nullum est, vt l. non dubium, C. de legib. vnde Iudex debet iudicare secundū cōsuetudinem Regni, & secūdum ius commune, vt dicit Constitut. Regni Incip. Non sine, in tit. de obseruat. Iust. & ibi Glos. & Doctor.

CAP. XCVI.

Circa hoc Capitulū se offert illa quæstio, an citatio sit pars Iuditij, de qua vide per DD. in l. 1. C. de Iudit. & quod iuditium incipiat à citatione notat Glos. in Rubr. de in Ius vocand. & ibi DD. & precipuè Ias. & est tex. in §. omnium, & ibi Aret. multa dicens, Institut. de pęn. temer. litig.

Ibi *Quadraginta dierum*. Sed quid de de alijs literis infra quantum tempus debeant presentari, Dic quòd Infra annum, aliàs non valent, capit. plerumque extra de rescript. dummodo quòd iudicia copiam potuit habere, sed quid de secunda A litera non faciente mentionem de prima in isto casu, vide capit. sin autem, & capit. ęterni, eod. tit. Glos. & Bart. in l. 1. ff. de Nundin.

Sed an per actum vnum contrarium videatur quia renuntiare priuilegio, vide Bart. in l. 2. ff. de Decurionib.

CAP. XCVII.

Ibi *Beremptorio elapso non comparet*. B Vide ad materiam notat. per Abb. in capit. Prout. 4. col. extra de dol. & contumac.

Nota, quod citatus ad certum tempus potest comparere etiam post tempus incontinenti tamen, quia semper intelligitur datum parti, post parum plus incōtinenti, Bart. in l. Ab hostibus, §. sed quid, ff. ex quib. caus. maior. 2. col. sed addo quòd contra istam practicam videtur facere Alexan. & DD. in l. Qui Romæ, §. C Callimacus, ff. de verbor. obligat. vbi ditur, quòd si datur terminus ad aliquid faciēdum sufficit quòd incipiat infra talem terminum, nisi significet actum perfectū, secùndum Alex. ibi.

Nota etiam, quòd in preparatorijs iuditiorum non requiritur citatio, ideò stāte statuto de aliquo ordine seruando, ad illum ordinem non est pars citanda, not. Io. Andr. in Addict. ad Speculat. in tit. de Iureiurand. §. 1. & Bald. in l. sed si hac D §. Prætor, ff. de in ius vocand.

CAP. XCVIII.

Ibi *Pendente*. Nota quòd pendentia causæ dicitur à die scientiæ, & etiam ante litem contestatam secundum practicam, sed secùndum iuris dispositionem dici-

dicitur post litem cōtestatam, secundum Gloss. & Bart. & DD. in l. causas, C. de Transact. Intellige ergo sm Practicā aliàs semper elepsis sex mēsibus esset opus citatione quod non est verum. Et aduerte quòd si causa est conclusa elapsis quandocunque sex mensibus, si tamen infra sex menses fiat factum, non est opus citatione, & ita obseruatur, & fuit Iudicatum.

Item dicit Ritus iste quòd debet citari à sex mensibus supra, & ratio est, quia in omni actu, in quo pars lędi potest, est citanda, capit. in omni, extra de Testib. & l. Nam ita Diuus, ff. de Adoption. & l. fin. C. si per vim, vel al. mod. & maximè ad sententiam audiendam, quo casu si nō citatur, sententia est ipso iure nulla, l. Labeo, & l. si vt proponis, C. Quom. & quan. Iud. & debet illa die ferri, quo est facta citatio, & non postea, aliàs sententia est est nulla ipso Iure, vt voluit Bart. in l. aut qui aliter, ff. Quod vi aut clam, & debet ante prolationem sententiæ constare Iudici de citatione per relationem Nuntij, aliàs esset nulla, secundum Bart. in l. Hęc autem, §. 1. ff. Quib. ex caus. in possess. eat. & l. Multum, ff. de condict. & demonstrat. Item debet Iudex facere scribi in actis qualiter fuit pars citata, vel ea presente fuit lata, aliàs esset nulla, vt dicunt DD. in capit. Quoniam contra, de Probat. & d. l. aut qui aliter. Sed an præsumatur pro sentētia, Dic quòd sic, DD. in l. scendum, ff. de verb. obligat. & maximè per D. Ias. Cardin. & Anton. de Butr. in d. capit. Quoniam contra, de Probation. & est tex. in capit. cum inter, extra de re Iudicat.

CAP. CII.

IBi *Depositi*. An depositum habeat executionē paratā, vide Ang. & Alex. in l. ait Prętor, ff. de re Iudicat. & quòd stante statuto quòd instrumentū habeat executionem paratam si est guarentigiatum, & mandetur executioni, an per confessionem partis tàntum possit exequi, vide Alexand. in l. edicto, C. de ędict. Diu. Adrian. toll. col. 6. & idem intelligitur de instrumento liquido, & puro, Aretin. in §. curare, Institut. de Actionib.

CAP. CXII.

IBi *Bona stabilia*. Quæro, quid si non obseruatur forma hìc traddita, an alienatio sit nulla, Dic quòd sic vt voluit Bart. in l. 1. C. de fide Instrument. & iur. hast. fiscal. lib. 10. & in dubio an præsumatur sollemnitas adhibita, & cui Incumbat onus probandi, vide ibidem.

Ibi *Fiat secundum decretum*. Quomodo interponitur secundum decretum, & infra quantum tempus, vide Bart. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & supra in capit. 101. est statutum tempus 15. dierum.

Ibi *Quadrimestri tempore*. Hoc verum nisi decretum esset nullum, vt dicit Bart. in l. 1. C. de Pręd. Decur. lib. 10. quod decretum debet continere causam expressam, & appositam, vt ibidem, & an si detur pignus plus valens in solutum, vitietur decretum, & datio in solutum, Dic quòd sic, vt per Bart. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit.

CAP. CXIX.

IBi *Si debitum non est liquidum*. Circa hoc dubitari solet, an sufficiat facere liquidationem extremorum post factam executionem, & practicatur quòd sic, Bart. in l. 1. ff. Iudicat. solu. in 2. col. vbi etiam vide an instrumenta quæ merētur executionē si contineant incertam quantitatem an mereantur executionem, declarata, & liquidata prius quantitate. Et nota quòd si est opus citatione, & ommictatur in liquidatione fructuum, & interesse, executio redditur nulla, & quòd in liquidatione debeat pars citari, dixit Bald. in l. si tantum, in fine, C. de execut. rei Iudicat.

CAP. CXXIV.

IBi *Personas approbatæ fidei*. Et hoc nisi debitor sit notoriè locuplex, licèt dicat istam limitationem Roman. non esse in vsu in Curijs nostris, Tu tamen dic in hoc casu quòd vbi debitor esset notoriè locuplex, seu valde Idoneus, tunc qualiscunque fideiussor valeret, etiam si daret famulum suum, qui nihil haberet in patrimonio, hæc est notabilis decisio Bald. in l. Mulier, C. de Iur. dot. quæ est vna ex limitationibus ad Ritum, qui requirit fideiussorem bancalem, nam fallit nisi debitor esset valde idoneus vt supra, & sic non dico, quòd non debeat dare fideiussorem de Iure vt dicit Roman. sed dico quod sufficit qualiscunque fideiussor, vt dicit Bald. in d. l. Mulier.

CAP.

CAP. CXXVIII.

AN allegando solutionem, & petendo fideiussionem, probata intentione actoris, oporteat quòd actor primò probet, Dic secùndum Dyn. in cap. ex captione, de reg. Iur. in 6.

CAP. CXXXV.

ADde quòd spoliato, licèt non longo tempore antea possidebat, datur tamen possessorium recuperandæ, capit. Ad decimas, & ibi Gemin. not. de Restitut. Spoliat. in 6. 2. col.

Ibi *Infra bimestre*. Et sic nota quod si aliquis fuit spoliatus possessione alicuius rei mobilis, vel stabilis, si infra bimestre tempus agit, quod tempus currit à die scientiæ spolij, quòd debet spoliator seu inuasor restituere possessionem spoliato antequam audiatur in defensionibus suis tàm circa possessionem quàm circa proprietatem, etiam si talis exceptio dominij, seu proprietatis esset notoria non audiatur spolians ante restitutionem, cùm indistinctè loquatur Ritus iste, & ita practicatur, & obseruatur, licèt de iure sit secus, vt l. si quis ad se fundum, & ibi per Salyc. & omnes, C. vnde vi.

Sed potest dubitari an habeat locum istud statutum in spolio perpatrato à Iudice, vt quando aliquem mictit in possessionem alicuius rei nō citato possessore, vel ex decreto inualido, & certè practicatur quòd etiam tunc habeat locum, quod tamen intellige verum quando Iudex procedit extraiuditialiter in actis extraiuditialibus, secus autem si Iuditialiter procedit, & in figura Iuditij sententiæ, vel interloquutoriæ quia tunc non habet locum iste Ritus, sed dantur alia remedia possessoria secundum Abb. post Alios in capit. comparente, de Restitut. Spoliat. & tenet Archid. in can. praesentia, 7. q. 1. Ang. in l. Meminerint, C. vnd. vi, l. sequitur, §. si fundus, ff. de vsucap. Ang. in §. quatrupli, Institut. de Action. cap. consultationibus, de offic. delegat. & omnino Felyn. in capit. dilectus 1. col. de Rescript. quia quando Iudex procedit Iuditialiter per viam sententiæ vt supra præsumitur pro sententia tàm quò ad rititudinem, quàm quò ad rectitudinem, nisi contrarium probetur secundum D. Alexand. in l. sciendum, ff. de verbor. obligat. & hoc quando sententia transiuit in rem Iudicatam, vt quia non fuit ap-A pellatum, vbi refert hanc esse communē, Tu tamen vide plenius in d. capit. Quoniam contra, in fine, & ibi per Lanfranc. & Canonist. & vide per Modern. etiam in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re Iudicat.

Nota quod hoc capitulum habet locū etiam in tertium possessorem, cùm etiam cōtra tertium possessorem dentur remedia possessoria.

Ibi *Antequam audiatur aduersarius in defensionibus suis*. Et sic per hoc videB tur excludere appellationem, & nullitatem, cùm sit species defensionis, capit. cum inter, & capit. significauit, de exception. & ibi per Abb. & omnes, & per Bald. in l. Ad peremptorias, vers. quæro vtrum exceptio, C. sentent. rescind. non poss. & per Specul. in tit. de Appellat. 1. parte, §. 2. vers. trigesimo secundo, & ibi per Io. Andr. & Bald. in Addict. & per Philipp. Franc. in Rubr. de Appellat. in quibus locis etiam concludunt, quòd si per statutum denegatur audientia in
C excipiendo, & defendendo vt hic, quòd non auditur appellatio, & vide DD. in l. cum mulier, ff. solut. matrim.

Sed quid si appellatur ante sententiā latam super spolio ab aliquo grauamine, Dic quòd non auditur appellans, ex quo denegat defensiones.

Et An exceptio Iuris impediat restitutionem, cùm de iure Ritus nulla exceptio admictatur, vide Cyn. in capit. Ad decimas, de restitut. Spoliat. in 6. vbi tenet quod sic. Et an exceptio notorietatis, vel
D quæ incontinēti potest probari impediat restitutionem, vide Imol. in cap. 2. de Restitut. Spoliat.

Sed An iste Ritus habeat locum, & seruari debeat in foro Ecclesiastico, & in causis Ecclesiasticis, Dic quòd sic, & ita fuit iudicatum his diebus contra quemdam Reuerendum, cùm concernat ordinem Iuditiarium, capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi Abb. & omnes, De Constitut. vide Bald. in l. data opera, C. Qui accusar. non poss. & ita seruatur quoti-
E die, & practicatur in curijs Ecclesiasticis.

Item Adde quòd habet locum etiam istud statutum in iuribus incorporalibus descendentibus ex re, vt not. Abb. & DD. in capit. Peruenit, de Censib. vt quando denegatur possessio, seu solutio census ratione rei censitæ debitori.

Sed quæro an in incidenti possit appellari, vide Ang. in l. creditor, §. Iussus, ff. de Appellation. qui tenet quòd sic, licèt à dis-

cèt à diffinitiua ftãte ftatuto nõ poffit appellari, fed Bald. in l. vnic. C. fi de moment. poffeff. fuer. appell. tenet quod non.

Sed an fpolium poffit probari p quofcunque teftes, etiam non idoneos, cùm de non idonietate videtur quòd non poffit opponi per Ritum iftum, vide Dominum meum in capit. follicitè 4. col. de Reftitut. Spoliat. Et adde quòd teftes debent effe concordes in tempore, cùm tẽpus fit de fubftantia, Innoc. in capit. Qualiter, & quando 2. col. de Accufat. Quid fi probatio nõ cõcludit, vide Bald. in l. Prætor ait, §. hoc ędictum, ff. de nou. oper. nuntiat.

Sed an huic Ritui poffit renuntiari, vide Bald. in cõf. 445. vol. 4. vbi tenet quòd fic, & allegat capit. 1. extra de Reftitut. Spoliat. cum fimil. & quod pactum de non agendo ad reftitutionem obftat agenti per viam fpolij, Abb. in capit. follicitè, de Reftitut. Spoliat. & vide omnino Alexand. conf. 93. In fine.

Adde quòd fi in hęreditate iacente aliquis ceperit poffeffionẽ rei hęreditariæ, hæres poteft agere interdicto recuperãdæ hæreditatis, fed non competit actio furtis, Angel. in l. hæreditariæ, ff. de furtis, & hæres fortè habebit priuilegium Ritus, & curret tempus à die fcientiæ, & aditæ hæreditatis nam ante aditam hæreditatem non poteft agere, cùm non fit hæres, & non valenti agere non currit præfcriptio, l. fin. C. de annal. except. Et an hæres poffit impedire reftitutionẽ poffeffionis pro fuo intereffe, vide Ant. de Butrig. in capit. in literis, de reftitut. Spoliat. qui dicit quòd fic, vide Felyn. in capit. exceptionem de except. & ibi addo Dominum meum. Sed quid fi defunctus habet precarium, vel conftitutum per fe, & hæredes, vide Bald. Nouell. in tract. de dot. in refponfionibus, fexta parte.

Adde etiam quòd Spoliatus per violẽtiã poteft quemcumque Iudicem quàm primùm adire quamtumcumque incompetentem, tex. eft in l. 1. C. in quib. cauf. colon. lib. 11. fecùndum Io. de Plat. ibi ad finem, licèt Glof. ibi reftringat ad iudicem competentem.

CAP. CXXXVI.

Ibi *Detur vtrique parti terminus*. Quęro, cum omnis terminus fit de iure cõmuni, l. Pendente, C. de tempor. in integr. reftitut. An fi data fit Minori reftitutio, poffit aduerfarius vti illa reftitutione, & termino, Dic quòd fic, fed Minor poteft renuntiare etiam nolente aduerfario, l. fi Iudex, ff. de Minor. Idem tenet Andr. de Ifern. in conftitut. Minorum de Reftitut. Minor. circa finem ita etiam tenet Bart. in d. l. Pendente, & dicit effe verum, fi res effet integra, putà quia aduerfarius fecundum eumdem terminum prefentauit iura fua, vel fecerit citari teftes, quo cafu nõ poteft renũtiare in præiuditium partis, fiuè res fit integra, fiue non, & eft textus qui videtur declarare iftam quæftionem, in l. fi poft mortem §. fin. ff. de Bonor. poffeff cõtr. tabul. & vide quæ dicam infra in caufis criminalibus.

CAP. CXLIV.

Ibi *In Magna Curia Reftitutiones*. An de iure in his caufis dentur reftitutiones, vide Andr. de Ifern. in Conftitut. obfcuritatem de Reftitut. vbi ad rem familiarem ageretur, & ibi quid in Minoribus.

Ibi *Poft Conclufionem caufæ fuper nouis Capitulis*. Nota quod ex noua caufa nouæ dantur reftitutiones, feu dilationes, ita dicit Bart. in l. 1. C. Locat. iuxta illud vulgatum, Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, l. 1. C. de re Iudicat. vt putà caufa impedimenti emergentis fine culpa eius cui datæ funt, per l. rationem, ff. de ferijs, quod impedimentum debet etiam probari per eius iuramentum.

Ibi *Et multò fortius hoc poffet facere Iudex*. Vide Andr. de Ifern. in Conftitut. In pecuniarijs in fin. qui dicit, quòd Iudex in criminalibus poteft cogere teftes eos citando, vt recipiat eos non ante lapfum termini dati parti, & facit quod dicit Bald. in l. presbyteri, C. de Epifc. & cleric. quòd Iudex poft aperturam in caufa criminali poteft recipere teftes, quod fecus eft in ciuili, vt ibidem.

CAP. CXLIX.

Adde, quòd difpofitio huius capituli eft conformis Iuri communi, nam regulariter de iure communi omnia delicta funt priuata, nifi exprefsè dicat aliqua lex quòd fint publica, Bald. eleganter in Rubr. Qui accuf. non poff. in fin. 2. col. & ibi poft enumerat cafus in quibus delicta funt regulariter publica, Canoniftæ

tamen

tamen dicunt omnia delicta esse priuata A can. infames, & ibi Glos. 6. q. 1.

Ibi *Quibus casibus supradictis quilibet de populo, &c.* Ex hoc dubitari potest, cùm ista verba sint sic pregnantia, & indistinctè posita, an quilibet admictatur ad accusandum, nulla considerata habilitate, istam questionem interponit Bald. in Rubr. Qui accus. non poss. vbi concludit quòd ista verba generalia restringuntur ad habiles, adeò vt si quis Impeditur iure naturali, vt insanus, furiosus, B pupillus, & similes, vel iure gentium, aut iure Diuino, non admictitur, secus si esset impeditus iure ciuili, vt ibi vide plenè in vlt. column.

Ibi *Quorum interest*. Adde quod licèt per istum Ritum sit derogatum Iuri communi, dum publicam actionem restringit ad certas personas, quarum interest, tamen quò ad illam personam remanet publica, vt tenet Bald. in Rubr. C. Qui accus. non poss. in fine. Adde quod in casibus istis, vbi quilibet de populo admictitur ad accusandum quòd tunc potest admicti filiusfamilias sine cōsensu patris, vide Alex. in l. Ille à quo, §. si quis filiusfamilias, ff. Ad Senatusc. Trebel

Quæro, in casibus vbi quis non admictitur ad accusandum, an saltim possit implorare officium Iudicis, vt ipse inquirat, & videtur quòd sic per ea quæ allegat Alex. in Addit. ad Bart. in l. 1. C. Qui accus. non poss. & tunc, quia cum Iudex inquirit ex suo officio, non ad petitionem alterius, ipse Iudex tenetur dicere parti qualiter inquirat, an ex suo officio, vel ad petitionem alterius, aliàs ab eo potest appellari, Bald. in l. equidem, 2. col. C. Qui accus. non poss.

Finis Ritus Domini Petri Petroli, V. I. Doctoris.

APOSTILLAE
SVPER ALIQVIBVS CAPITVLIS RITVS REGNI SICILIÆ.
DOMINI D. VINCENTII DE GIGLIO VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS.

CAP. CXII.

VBi *Quindenam.* Adde quid in alimentis, an sit danda quindena, videtur quòd non, quia alimenta res dicuntur, quæ nō patiuntur dilationem, argum. l. fin. ff. de Appell. recipiend. & facit l. 2. ff. de ferijs, Speculat. in tit. de Actor vers. & quid si petat, Bertach. in suo Repert. in verb. alimentorum in causis, & in verb. alimentorum causa dilationem nō recipit, Bart. in d. l. 2. n. 5. vers. ibi sit pro causæ qualitate, iuncto vers. seq. incip. item est aliud exemplum de alimentis, l. 2. ff. de re Iudic. vbi quòd non solùm potest minui dilatio per Iudicem, & arctari, sed in totum tolli ea ratione, quia si expectaret, periret interim quis famæ, vt ibi pet ipsum, cōis tamē resolutio est in d. l. 2. quòd in causa alimentorū dilatio à lege cōcessa non in totum tollitur, cùm Iudex non possit, sed coarctatur, prout per Alex. ibi, nu. 14. & 15. & Ias. ibi nu. 31. & 32. & hoc procedit in alimentis futuris, non' aut pteritis, Franc. Nig. in l. de alimentis, C. de Transact. Aret. cons. 97. in vltim. colum.

CAP. CXXI.

DE ista materia vide Suar. in repetit. l. Post rem Iudicatam, in declarat. Reg. vers. 2. quæro, fol. 672. ff. de re Iud.

CAP. CXXIII.

ADde ad materiā huius capituli Bald. in l. Postulante, nu. 7. & per Ias. in l. si decesserit, ff. Qui satisd. cogant.

CAP. CXXIIII.

ADde, quòd remedium l. 2. C. de rescind. vendit. habet locum in subhastatione, vt per Turzan. lib. cōmun. opinionum 152. vbi ponit etiā magis cōem opinionē, & testatur, & sequitur Cagnol. A in d. l. 2. & etiam Pinell. ibi in 2. p. cap. 20. nu. 25. cum seq. & precipuè nu. 26. & 28. vbi ponit plura circa materiam subhastationis, & de alienatione Iuditiali, quòd non habeat locum, testatur cōiorem Rebuff. in 2. thom. ad ll. Gall. in tract. de resciṅd. cōtract. nu. 41. Pinell. in d. l. 2. p. 1. cap. 4. n. 10. & Eman. Suar. in lib. cōmun. opin. in verb. Adiudicatio. num. 73.

CAP. CXXXIII.

B CAusa vniuersitatis an sit summaria, & appellabilis, & an cōprehendatur sub ista Rubrica seu Ritu, loquēte de causis pupillorū, vide Grām. cons. 76. in terminis similis Ritus Neapol. vbi concludit quòd cōprehēdatur, licèt ibi nō fuerit enumerata, quia ęquiparatur Minori, & pupillo, & vt ibi per eū. Et quòd sit summaria, & inappellabilis fuit decisum per S. R. C. in causa Montis Belli Regni Neapol. cum illis de Fiesco, die 10. Octobris, 2. Indict. 1573.

CAP. CLXXVII.

C AD hanc materiam vide Afflict. & Alios in Constit. statuimus, quæst. 11. & 34. de Offic. Magistr. Iustit. & in Constitut. Honorem, nu. 1. in tit. vt post conclus. & ibi vide, Quid quādo Prorex eum M. R. C. vadit ad Terram Baronis, habētis merum, & mixtum Imperium, ac primas, & secundas causas.

CAP. CXCII.

D ADde, quod eorum, quæ ad hanc materiam voluit Bald. in l. pro debito, quæst. 1. C. de bonis auth. Iud. possid. cōtrarium tenet in l. fin. C. comod. & in l. cū quis, C. de action. & obligat. & in l. in rebus, C. de iur. dotium, de qua materia vide latè per Paul. de Castr. in l. Procuratoris, §. si plures, ff. de Tribut. action. Ias. in l. creditor, la 1. ff. si cert. pet. Pinell. in l. 1. n. 55. in 3. part. C. de Bon. matern.

Finis Ritus Domini Don Vincentij de Giglio V. I. D.

QVÆSTIO

QVAESTIONES
SVPER RITV REGNI SICILIAE DOMINI
MARIANI DE IVLIANO
VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS. CELEBERRIMI.

CAPITVLVM CXII.

QVAESTIO I.

IBi *Qua missa parti, & cõsimlili redacta apud acta*. Ex istis verbis solet illud in controuersiam deduci non leue, scilicet, Quid si caussa, quæ redderet secundum decretum nullum, opponitur, & ea oppositione non obstante, dictum fuerit, procedat exequutio, an eo casu de nullitate secundi decreti principaliter dici possit, B & Boniorn. hic in eodem capitulo dicit, quòd eo casu de nullitate dici nõ potest, allegat Roman. & Capicc. in locis, ibi per eum relatis, secus si fuerint oppositiones reiectę virtute pacti reiectiui, & licèt nullam ipse adducat rationẽ, quare hoc procedat, ea tamen est, quia quando est dictum, procedat exequutio, tunc est plenè cognitum de causa, propter quam secundum decretum interpositum est, & hac ratione mouetur Roman. & Capicc. C ibi, & est decisio Bald. in l. sunt & alię, §. fin. ff. de Public. Alex. conf. 147. lib. 7. In puncto, Bursat. conf. 73. ad fin. latè Bolognet. post Alios in l. Iustè possidet, nu. 50. 51. & 66. ff. de acquirend. possess. A Duenn. Regul. 195. vers. decretum, in 7. limitat. & cum casus iste euenisset, fuit decisum per M. R. C. inter Cæsarem la Quatram, & Marianum de Parisio.

QVAESTIO II.

IBi *Et si debitor succubuerit, eo casu procedatur ad distractionem bonorum effectiuam, & satisfiat creditori de debito, interesse, & expensis iuditialibus*. Ex his quæro an secundum decretum, interpositum vigore sententiæ, quæ exinde fuerit in partem reuocata, sit nullum in totum, tamquam intespositum plus debito, vel remaneat validũ pro ea summa, pro qua est confirmata ipsa sententia, Et prima facie videtur quòd sit nullum in totum, per tex. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de Condict. indebit. & ibi DD. communiter, sed contrarium verius est, nam non retractatur in totum ipsa adiudicatio, sed pro parte tàntum non debita, ita decidit idem Bald. in d. l. sunt & aliæ, in d. §. fin. Alex. d. conf. 147. num. 1. Ruin. conf. 1. nu. 4. lib. 4. quos refert, & sequitur Bursat. d. conf. 73. n. 33.

QVAE-

QVAESTIO III.

SVboritur etiam ex prædictis Alia quæstio. Quid si secundum decretum fuerit interpositum ad petitionem plurium personarum, sed ratione vnius personæ est indebitum, an sit nullum in totum, vel pro parte illius tantum, pro parte verò aliorum valeat, super qua quæstione, & si videatur dici posse esse nullum in totum, cùm decretum ipsum indiuiduum sit, & ob id videtur nullum in totum, cum pro parte fuerit interpositum pro non debito, iuxta textum in dict. leg. si non sortem, §. si centum, Attamen decidit, decretum esse validum, Baldus in leg. Ordo, Codic. de execution. rei Iudicat. quem sequitur Alexand. in dict. leg. Iustè possidet, numer. 27. & in leg. 1. §. si tamen, ff. si certum petatur, Soccinus in dict. leg. Iustè possidet, & ibi Crot. num. 307. in fin. Dec. & Cagnol. in leg. Non amplius, ff. de regul. Iuris, Duenn. in dict. Regul. 195. mouentur per text. in leg. Non idcirco, ff. de Iudit. vbi habetur, quod licèt Iuditium vnius personæ sit Indiuiduum, & in totum annulletur, vt in leg. Iuditio, ff. Famil. Ercifcund. attamen vbi plures sunt personæ, potest quò ad vnum valere, & quò ad alium annullari. Sed in prædictis contingit quoque dubitari. Quid si aliquis pro debito non sibi competente, sed alicui alteri, cuius nomine interposuit secundum decretum, an sit nullum, si non apparet mandatum ab illo tertio habuisse à principio, sed tantum fuerit subsequuta ipsius ratificatio, qui casus in facto tamen euenit pro magnific. Beatrice de Bernardis, quæ tamquam suorum filiorum tutrix egerat pro toto debito, omnibus ipsis filijs competente, & nihilominus vnus ex filijs erat effectus nedum maior. 14. annorum, verùm etiam 15. & hac ex causa fuit petitum, dictum secundum decretum nullum, in qua quidem controuersia ego dicebam validum fuisse ipsum secundum decretum sequuta ratificatione, & adducebam primò id, quòd dicitur in eo, qui vt falsus procurator alicuius egerit, nam si exinde subsequatur domini ratificatio, acta per eum gesta omnia conualidantur, text. est in leg. si Procurator falsus, ff. de

A Condict. cauf. dat. & est magis communis opinio, quam sequitur Glossa, & Doctores in leg. si mater, §. hoc iure, ff. de except. rei Iudicat. & leg. Licet, ff. de Iudit. Imol. & cæteri Doctores in leg. Seia, ff. eodem Prædicta etiam confirmabam, quia acta, & processus ex tacito, & præsumpto mandato aliquando substinentur, quando preter mandatum, factum reperitur, ita Doctores communiter in l. si quis nec propositum, ff. si cert. petat. Alexand. consil. 196. lib. 6. Afflict. De-
B cis. 340. & ita in terminis secundi decreti pronuntiauit Baldus consil. 222. lib. 2. vt ipse ibi testatur, & sequitur Soccin. in dict. leg. Iustè possidet, circa fin. & adducit inter alias rationes, primò, quia est communis opinio, quòd quis potest ratificare factum gestoris, allegat dict. leg. si procurator falsus, secundò, quia per ratificationem subsequutam debitores fuerunt liberati, datio enim in solutum solutio
C est, leg. si ob causam, Cod. de euiction. & licet idem Baldus consil. 496. lib. 1. contrarium videatur consuluisse, attamen primò Respondeo quòd in dict. consf. 222. vt Iudex pronuntiauit, in alio verò consilio, vt Aduocatus consuluit, ergo primam opinionem sequi debemus, presertim quia dum in dict. consf. 496. se fundat, quod ratificatio non operatur liberationem debitoris, est contra communem, de qua testatur Iason. in leg. si cum seruum, & ibi
D etiam Doctores, ff. si cert. pet. & secundum hanc opinionem fuit per Magn. Reg. Cur. pronuntiatum. Sed an talis ratificatio inducatur ex sola scientia ratificare debentis, videtur dicendum quod sic, ex his, quæ congerit Roland. consil. 19. lib. 1. Dominus meus Soccin. Iun. consf. 67. lib. 3. Crauett. consf. 26. numer. 5. Menoch. consf. 92. num. 66. Cephal. consf. 440. num. 26.

E

QVAESTIO IIII.

IBi *Si vero se opposuerit precedente subhastatione bonorum, superfedeatur in distractione bonorum prædictorum vsque ad sententiam ferendam inclusiue in causa oppositoria.* Ex istis verbis Rursus illud quoque dubitari contingit scilicet, Quid si secundum decretum fuerit interpositum lata ipsa sententia in causa oppositoria post annum à die inter-

interpositionis primi decreti, licèt infra instantiam exequutionis dictæ sententiæ, An sit nullum, videtur quòd sic primo loco sit dicendum ex eiusdem Ritus dispositione in capit. 185. vbi habetur quod effectus primi decreti durat per annum tàntum, & non vltra, Contrarium tamen verius esse arbitror stante dispositione huiusmodi Capituli, ea ratione, quia quando primum decretum interponitur vigore instrumenti habentis exequutionem, dicitur vera exequutio, & ea, quam exequutionem vocamus, dicitur præceptum de exequendo, secùndum Bald. in l.consentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. Cumia super Rit. Capit. X C. num. 35. vbi dicit, quod licèt seruetur, quòd scribatur exequutio, & deinde fiat primum decretum, tamen etiam sine exequutione precedente poterit cædula primi decreti transmitti, quia tunc eam absoluendo Iudex, mandatum exequutiuum facere censetur, & dicendo Iudex, procedat exequutio, dicitur pronuntiasse, procedat primum decretum, ideoque vt hæc tollatur controuersia, debet regulari, & interponi pariter secundum decretum infra eamdem instantiam exequutionis sententiæ, cùm secùndum dicatur exequutio primi.

QVAESTIO V.

IBi *Reseruato nihilominus debitori ad redimendum bona stabilia quadrimestri tempore*. Ex his contingit etiam dubitari, An facto deposito per debitorem infra dictum quadrimestre, dominium bonorum adiudicatorum retransferatur ipso iure in debitorem, vel requiratur retrotraditio, Alex. tenet, quòd requiratur retrotraditio, in cons. 10. lib. 1. & plures Alij relati per Tiraquell. in tit. de retract. conuent. §. 1. Glos. 7. num. 12. Ruin. cons. 32. num. 14. lib. 1. Cagnol. in l. 2. C. de Pact. inter empt. & vendit. num. 133. Crauett. cons. 12. & cons. 201. Contrarium tenet Paul. de Castr. in l. si cum venderet, ff. de Pignorat. action. cuius opinionem plures sequuntur, relati ab eodem Tiraquell. d. Glos. 7. num. 6. Surd. consil. 52. num. 22 & ait opinionem Paul. de Castr. esse communem, & sequitur Socc. Iun. consil. 129. num. 1. & 2. Et licèt apud Doctores ea tradatur super hac quæstione distinctio, scilicèt, quòd aut pactum de retrouendendo conceptum est per verba directa, aut per verba obliqua, primo casu etiam oblato prætio non retransfertur dominium. ipso iure, nisi interueniente traditione, quam opinionem, sunt qui dicunt frequentiori sententia receptam esse, & qui dictam opinionem communem esse testantur: si verò per verba obliqua, & sic secundo casu, recepta sententia est, vt ipso iure retransferatur, vnde Didac. Couarr. variar. resolution. lib. 2. capitul. 8. numer. 2. cum pluribus sequentibus limitat dictam conclusionem etiam quòd per verba obliqua factum fuerit pactum quò ad directum dominium, non autem vtile, in Regno tamen Magn. Reg. Cur. amplexa est opinionem Paul. de Castr. vt testatur Canniz. super Capit. volentes, & ego quoque temporibus meis vidi in praxi ita fuisse seruatum.

QVAESTIO VI.

RVrsus ad intellectum eiusdem Capituli Alia suboritur dubitatio, An quadrimestre tempus, concessum debitori principali, censeatur quoque assignatum Tertio pro suo interesse comparenti, & videtur quod sic, prout notatur per Natt. consil. 457. in princip. lib. Secundo Alexander consil. 45. lib. Quinto, dicit quòd ad conseruationem Iuris sui Tertius pro suo interesse comparens infra eumdem terminum potest redimere bona alienata.

QVAESTIO VII.

VIdi quoque non semel dubitari, An hoc quadrimestre tempus currere incipiat à die libeationis, vel à die captæ possessionis, Blasc. Lancea in quodam suo consilio dicit quòd currit à die captæ possessionis, quod principaliter suadet, quia per secundum decretum quis non efficitur dominus, sed Glos. in §. fina. Institut. de offic. Iudic. & Ritus in fin. huius capituli dicit, quòd per talem alienationem fuit effectus dominus, idem tenet Guid. Pap. Decis. 22. qui licèt dicat

dicat de consuetudine illius regionis seruari, quod currit à die liberationis, fundat tamen de Iure debere currere à die captæ possessionis, & secundum istam Blasci opinionẽ in Regno semper seruatum est, licèt aduersus dictam opinionem dubium facere videatur clausula illa, salno, &c. quæ in ipso decreto apponi solet, insuper clausula constituti, ac etiam clausula illa, dans, & concedens, &c. & etiã euictionis promissio, per quæ trãsfertur vera possessio, ac verum dominiũ secundum Bart. in l. vẽditoris post princ. ff. de verb. obligat. & in l. Ratio, in princ. ff. de action. empt. & de Constituto, tenet Bart. in l. ab emptione, circa princ. ff. de Pact. Alex. cons. 14. in fine lib. 1. Dec. cons. 56. nu. 41. & de clausula, dãs, & transferens, &c. quæ verba cùm censeantur à parte apposita, & factum Iudicis factum partis censeatur, censetur trãslatum dominium, vide Bart. in l. exceptio, ff. de action. empt. & in l. fin. 1. col. vers. & ideo, ff. de condict. ob caus. & vltra per Glos. in d. §. fin. Institut. de offic. Iudic. quæ loquitur in primo, & secundo decreto, sed in datione insolutum tenet contrarium, Alex. in l. si finita. §. Iulianus, ff. de damn. infect. Dec. cons. 518. nu. 2. Decian. cons. 21. nu. 13. lib. 2. Sed prædictis obstant ea, quæ dicuntur per Tur. de consu. 3. p. in 19. limitat.

CAPITVL. CXII.

QVAESTIO VIII.

QVæritur An Ritus, iste in interpretatione capit. cum varia dum dicit quòd bona nõ dentur ad pingue valens quando est cõcursus creditorum, & bona nõ sunt suffectura ad satisfactionem omnium creditorum si ad pingue valens darentur, quo casu dantur insolutum creditoribus pro mẽsura debiti precedente extimatione, locum habeat stãte pacto ad discursum, & dicendum est quod non, est enim satis dispar ratio, nam pingue valens inducitur per Ritum cum illo moderamine, nisi esset concursus creditorum per pactum ad discursum, nã pars sibi expresse cauit, quòd non adiudicentur parti, prout Ritus disponit, & Ritus suum, & non tuum denegat auxilium, Glos. in l. 1. in ver. empto, C. si aduers. vendit. Bart. in l. omnes populi, in 3. quæst. princip. vers. circa tertium, ff. de Iustit. & iur. & proprius ad terminos nostros Glos. in l. assiduis, vers. licèt

A anteriores, C. Qui potior. in pign. hab. & in §. fuerat, in ver. creditoribus, Instit. de Actionib. vbi ponunt, quòd lex tollens beneficium ipsi hypotecæ, seu eius authoritati fauore secundi creditoris vt putà mulieris in dotis exactione, intelligitur tollere suum beneficium, & quod ipsa lex concessit, idest hypotecam tacitam, & legalem, non autem expressam pacto, & prouidentia partium quæsitam, quam Glossam ad hoc allegat Castrens. in Auth. Decernimus, C. de Ar-

B bitr. Surd. cons. 299. nu. 18. & per d. Glos. consuluit Dec. cons. 20. col. pen. quòd consuetudine Franciæ alienandi fęuda tollitur legalis, & consuetudinaria prohibitio alienationis fęudorum, nõ autem ea, quæ inducitur ex tenore inuestituræ, & hoc facit, quòd Ritus etiam si diceret, quòd non vendantur ad discursum, non intelligeretur de venditione ad discursum pacto contrahentium acquisita.

QVAESTIO IX.

C

SOlet etiam dubitari ad intellectum eiusdem capituli Ritus, An ista dispositio locum habeat quando creditorũ concursus non interuenerit ante factam adiudicationem, sed facta liberatione comparent creditores, & dici posse videtur hoc casu Ritum locum non habere, sed quando concurrunt adiudicationis tempore, & peterent liberationem fieri non posse cum deductione pingue valentis, quod primò in ferri videtur ex

D Ritu, dum dicit quòd non habet locum quando est concursus creditorum, quo casu dentur insolutum creditoribus pro mensura debiti, nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, & sic præsupponit concursum ante insolutum dationem, l. Titius priusquam, vbi Bart. & DD. omnes, ff. de militar. testam. l. in delictis, §. si extraneus, ff. de Noxalib. & clausula, quo casu, apposita dispositioni, seu tempori, denotat ipsius temporis extremitatem, ac restrin-

E git, & limitat dispositionem ad illum tantùm casum, vel tempus, Dec. cons. 63. nu. 2. & cons. 89. nu. 9. & cons. 90. nu. 2. Paris. cons. 86. nu. 34. & cons. 87. nu. 11. lib. 2. Decian. cons. 2. nu. 24. & cons. 64. nu. 8. lib. 2. & cons. 9. nu. 40. lib. 1. Quæ omnia coadiuuari posse videntur, quia secundo creditori facta liberatione est consultum per ius offerendi, lib. 1. vbi DD. communiter, C. si aduers. credit. cum alijs multis. Contrarium tamen di-

cendum

cendum omnino est, & ita in Praxi decisum fuit, cum casus iste euenisset inter Fiscum, & Baronem Ficarræ, aliosque creditores Baronis Villæfrancæ, & ad creditorum intentionem fundandam sufficit, quòd vtrunque concurrat, siquidem concursus creditorum, & quòd bona non essent suffectura ad satisfactionem ipsorum creditorum, si ad pingue valens darentur, vt Ritus ibi, à cuius dispositione recedendum non est, & omnis alia interpretatio inanis est, Corn. consf. 104. in fin. lib. 1. Cephal. consil. 138. num. 20. Nec debemus quærere rationem, Dec. in consil. 563. numer. 7. præsertim quia eius dispositio inducta est pro forma, Glos. in capit. 1. in verb. vacationem, & ibi Baldus column. 2. de Milit. Vassall. qui cont. est, Riminald. consil. 180. numer. 4. adeo quòd neque per æquipollens adimpleri potest, &, ea non obseruata, actus corruit, ex latissimè deductis per Becc. consil. 12. numer. 15. & sequent. & vltra quòd ex Ritu, in omnibus per eum dispositis, inducitur forma in proposito casu, & sic dupplici ex capite dicitur inducta forma, Primò, quia quando statutum aliquod exprimit circa actum conficiendum aliter, quàm à Iure communi est dispositum, tali casu, quia Ritus concedit pingue valens creditori, quando per eum fit adiudicatio bonorum debitori, & de iure communi non nisi precedente legitima extimatione fieri potest adiudicatio, vt in leg. fin. C. de iur. domin. impetr. dicitur tunc pro forma illud inductum, Secundò, quia ipsum pingue valens conceditur per Ritum cum limitatione, quando scilicet non est concursus creditorum, vt per Becc. dict. consil. 12. & quia Ritus finalis causa fuerit ita diponendi, ne creditores remanerent in damno, quod clarè deciditur, quia denegat pingue valens, vbi est concursus creditorum, quæ ratio principaliter attendenda est in quacunque dispositione, & omnem casum comprehendit in quo militat eadem ratio per modum comprehensionis, non autem extensionis, ex clarissimè deductis per Riminald. Iun. consil. 4. cum alijs vulgaribus, vnde sequitur quod eadem dispositio locum habere debet, etiam quod concursus creditorum interueniret post factam liberatio-

A nem, cùm par sit ratio damni ipsorum creditorum vtroque casu, quo minus pingue valens concedi non debeat, & si contraria adduceretur interpretatio eius dispositio esset nimis iniqua, cùm auferret bona ab ipsis creditoribus, ea vni tàntum concedendo, atque etiam in ipsius debitoris præiuditium, qui potest cum dicto pingue valenti in totum, vel in partem satisfacere suis creditoribus, & pro ea parte ab eorum obligatione se eximere, & potius dicen-

B dum est, statutum nihil operari, quàm quòd tertio præiudicare voluerit, secùndum Glos. in leg. fin. §. in computatione, vbi Ias. num. 11. C. de Iur. deliber. & in leg. Properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudit. num. 60. essetquè pariter aperta via fraudibus, contra leg. in fundo, ff. de reiuendicat. posset enim vnus ex creditoribus colludere cum ipso debitore, & non citatis, sed inscijs alijs creditoribus, sibi bona omnia adiudicare, vt alijs sit preclusa

C via recurrendi super ipso pingue valenti, quo casu à sapientibus reprehenderetur, non enim debet statutum interpretari, vt iniquum contineat, sed debet interpretationem congruam, & laudabilem recipere, Soccin. Iun. consf. 9. numer. 7. lib. 1. Becc. dict. consf. 12. num. 45. & 46. & cùm certum quoque sit, statuentes, si de hoc fuissent interrogati, ita respondisse, & ita affirmandum est, secùndum Glos. in l. Tale pactum, §. fin. ff. de Pactis, quam sequitur Paris consf. 98. nu.

D 52. lib. 1. & consf. 6 num. 23. lib. 4. Ias. in leg. Maior, numer. 38. ff. De acquir. hæredit. Et quamuis dictus Ritus dispositionem restrictiuam videatur habere ad tempus liberationis, tamen primò responderi potest, quòd ipse Ritus ita loquatur potius, quia frequentius accidere solet creditores comparere ante liberationem, quàm post, nam lex applicatur ad ea, quæ frequentius accidere solent, Glos. est not. in leg. 1. C. De his, qui ad Ec-

E clesf. confug. Glos. & Angel. in leg. 1. C. de Rapt. virgin. cum simil. Rursus allata Restrictio est respectu causæ, non autem temporis, vt pingue valens negare voluerit, si alij essent creditores, & debitoris bona non essent suffectura ad ipsorum omnium satisfactionem, & hoc demonstrant illa verba Ritus, ibi *Quando est concursus creditorum*, Et ibi *Quo casu*,

Ii & sic

& sic Ritus restringit ad dictum casum supra deductum, non autem ad tempus comparitionis, & vltra considero, quòd, creditoribus consultum esse post liberationem per ius offerendi, nihil operatur, quoniam si hæc ratio attendenda esset, vtique concederetur pingue valens, etiam quòd ante liberationem comparerent creditores, & tamen à Ritu contrarium decisum est, & ea est ratio, quia diuersum est remedium iuris offerendi ab ipsius pingue valentis petitione, illud enim tendit, vt secundus creditor succedat in locum prioris creditoris, neque ex eo dicitur impugnare, aut approbare ius primi creditoris: Remedium autem hoc, quod attinet ad pingue valens impugnat ipsam adiudicationem.

QVAESTIO X.

AN, stante pacto prædicto ad discursum locum habeat remedium l. 2. C. de Rescind. vendit. Et dicendum est quòd non, & id primò probatur per tex. in l. si rem alienam, §. satisfactum, vers. licèt deceptio sit ff. de Pignorat. action. habetur enim ibi, quòd deceptio non procedit in eo, qui deceptus est in cautione, vel pignore sibi constituto in locum alterius cautionis, quem tex. adhoc allegat Roman. Singul. 566. & sic idem sequitur in pacto, cum procedat argumentum de pacto ad statutum, hoc dicit Pantal. de Crem. in dict. l. 2. C. de Rescind. vendit. num. 105. quòd si per statutum daretur modus, & forma in hijs in solutum tionibus, illud seruari deberet, idem Roman. cons. 136. quem refert, & sequitur Portius conclus. 36. lib. 1. limitat. 15. Gabriel in tit. de empt. & vendit. concl. 1. num. 107. & licèt sint qui teneant contrariam opinionem, attamen in Regno passim seruatur prima opinio, de qua neque amplius dubitatur, nec quisquam tentare presumat, & in varietate opinionum, ea seruari debet, quæ vsu recepta est, etiam quòd non esset communis, Paris de puteo in Tract. Sindicat. vers. Iudicare, capit. 3. num. 7. Alciat. Præsumpt. 30. Regul. 2. num. 3. Coras. communi. opin. lib. 2. tit. 9. casu 18. num. 94. & in terminis, de quibus agitur, siquidem enormissimam læsionem allegari non posse, si ex more regionis contrarium seruatur, est Glos. in l. fin circa principium, C. de in integr. Restitut. Capicc. Decis. 159. num. 28. Crauett. consil. 938. num. 8. Prædicta omnia adiuuantur, quia in venditione iuditialiter facta cum decreto Iudicis præcedentibus subhastationibus, non conceditur tale remedium, Angel. in Repetit. l. sciendum, ff. de verbor. obligat. Corn. cons. 56. lib. 3. qui allegat. tex. in l. 1. C. de Præd. Cur. lib. 10. & ibi Bart. Soccin. cons. 57. lib. 4. Grat. cons. 15. lib. 2. Dec. cons. 210. num. 8. magis communem testatur Gabriel. de emption. & vendit. conclus. 1. num. 57. cum seq. receptiorem esse testatur Pinell. super dict. leg. 2. num. 10. Ratio quia iustum prætium dicitur quanti res vendi potest, ita quoque decidit Surd. in consil. suo, facit etiam quia propter contumaciam, & iniuriam debitoris, non soluentis cessat beneficium dict. leg. 2. Anton. Padill. in ead. l. 2. num. 30. C. de Rescind. vendit.

QVAESTIO XI.

IBi *Precedente extimatione, secundum quòd bona ipsa valerent iusto prætio.* Vnde Rursus ex istis verbis colligitur dubitatio, An talis extimatio requiratur, cum pignus datur creditori in solutum, tanquam licitatori; & plus offerenti, & primò dicendum videtur, extimationem debere omnino precedere ad validitatem exequutionis, secundum Afflict. Decis. 358. num. 5. vbi dicit quòd in Consilio retractata fuit exequutio, quia bona non fuerunt extimata, sed creditori assignata, nulla precedente extimatione, per tex. in l. 1. C. si in caus. iudic. & ibi Salyc. Roland. cons. 32. num. 33. volum. 3. & ita videtur expressè dici per hoc Capitul. Contraria tamen opinio verior, & recentior est apud Doctores, ita ex pluribus consuluit Surd. cons. 256. lib. 2. vbi dicit Afflictum loqui ac eius dictum procedere quando in solutum creditori pignus conceditur, non autem quando ei uti plus offerenti venditur, & cùm ipse quæstionem hanc plenissimè ita resoluat, ad eius dicta super hoc recurrendum erit, & etiam quia Ritus loquitur per ablatiuum absolutum, qui conditionem importat, l. à testatore, ff. de condict. & demonstr.

& ea

& ea non leuem formam inducit, Bald. in Authent. Matri, & auiæ, C. Quand. mul. tutel. offic.fung.& debet prius con dictio adimpleri, & constare Iudici, vt dispositio locum habeat, Bald. in l.cum testamento, C. de manumiss. testament. Dec. cons.11.nu.9.& cons.107. & 421.

CAPITVL. CXIV.

QVAESTIO XII.

IN hoc Capitulo enumerantur casus, in quibus locum habere debeat pingue valens, super quo vidi pluries dubitari, & controuerti, an locum habeat in sententia, & videtur Primò dicendum, quòd non, quia non est enuntiata inter casus ibi expressos, vnde censetur exclusa, presertim quia reperitur quidam Apostillator in eodem Capitulo, qui adnotat non habere locum in sententia, & ita seruari, sed in contrarium dixit Dom. Saccurafa super eodem capit. asserens quod idem sit in sententia, iureiurando, & confessione in Iuditio facta, eam adducens rationem, quia habet exequutionem, quod multis quidem rationibus satis concludenter etiam probatur, Primò nanque, & si Ritus expresè non loquatur in sententia, ea tamen comprehendi debet, quia appellatione instrumentorum veniunt Acta, Bart. in l. si fundum, §. neque, ff. de iur. fisc. Doctores in Rubr. de edend. & quòd veniat quoque sententia, vide Capitul. inter dilectos, de fide instrument. Bart. in dict. §. neque, quinimo quando militat. eadem ratio, appellatione instrumentorum venit priuata scriptura, secundum communem, de qua testatur Crauett. de antiquit. tempor. part. prima, num. 245. Mandos. in Additt. ad Roman. cons. 27. Secundò, quia Ritus concedit pingue valens in casibus enumeratis, quia ipsi habent exequutionem, & sic ratione exequutionis, quod patet, quia in eodem capitulo dicitur, quod in casibus vbi ex pacto est dictum, quod fiat exequutio breui manu, ob id dicendum est, quod vbi virtute sententiæ exequutiuè agi potest, tunc locum hobet dispositio Ritus, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & vltra, quòd vbi est eadem ratio,

A non dicitur interpretatio extensiua, sed comprehensiua, & quicquid ex mente, & ratione colligitur, dicitur expresè in statuto, l. Ita nobis pudor, C. de Adulter. Riminald. Iun. cons.40. vbi dicit hoc procedere etiam quòd statutum taxatiuè loquatur, & secundum hanc opinionem bis fuit decisum in causa vertente inter Don Ioannem Agliata, & Antoninum Lombardum, & rursus pro illo de Monreale, contra illos de Landolina, ac etiam pro Fisco, contra he-

B redes de Agliata, & vltimus stilus attendi debet, Bursatt. cons. 36. num. 63. in fin. Simon de Pret. cons.43. num.12.

CAPITVL. CXXI.

QVAESTIO XIII.

SOlet dubitari ex hoc capitulo, si non facta discussione, fiat exequutio, an ea reddatur nulla, & prima facie

C dicendum videtur quòd sic, quia Ritus loquitur condictionaliter per Ablatiuum absolutum, quod condictionem importat, & condictio formam inducit, qua non seruata, actus redditur nullus, Bald. in Auth. Matri, & auiæ, C. Quand. mul. tut. offic. fung. Socc. cons.32. lib.3. col. 1. Afflict. Decis. 358. quod conforme est dispositioni Iuris communis, l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. sic quoque, ff. de reiuendicat. & ibi Ias. qui di-

D cit, quòd peruersio ordinis dicti, §. inducit nullitatem, Felyn. in capit. Quo ad consultationem, de Rescript. Et secundum hanc opinionem ita consuluit Boniorn. cons. 9. lib.4. Allodial. Sed quod ordo illius §. non inducat formam, decidit Bart. in dict. §. in venditione, & Ias. ibi, num.13. dicit esse communem opinionem, sic etiam videtur intelligendus Ritus in eodem casu loquens, & solùm addens, quòd etiam si debitor debitoris

E neget debitum contra formam contractus, procedit contra eum exequutio, & in hoc capite corrigit d. §. sic quoque, in reliquis verò nõ videtur immutatum, & ob id standum est regulæ iuris communis, l. Præcipimus, C. de Appellat. l. Sancimus, C. de testam. & recipit Ritus interpretationem à lege communi in eodem casu loquente, & cui lex noua vult addere, l.2. C. de Noxalib. l.1. §. lex falcidia, & ibi Bart. ff. ad leg. falcid. Alex.

In l. fin. §. in computatione, col. fin. C. de Iure deliberand. nec mouere debent Ablatiui absoluti. nam d. §. in venditione, & d. §. sic quoque loquuntur similiter conditionaliter, & tamen Bart. & DD. communiter, vt dictum est, dicunt non causari nullitatem, hæc refert Ias. in d. § in venditione, & Soccin. in consil. 158. lib. 2. qui dicunt etiam, quòd cùm hoc teneant luminaria vtriusque Iuris, periculosum esset, in iudicando recedere à tali opinione, & ita ex prædictis cõsuluit idem Boniorn. conf. 23. eod. lib. 4. Sed in prædictorum resolutione videndus est Surd. conf. 39. per totum, vbi hanc difficultatem pulchrè examinat, & quòd sit nullum ipso iure, consuluit Mercud. conf. 72. num. 4.

CAPITVL. CXXXI.

QVAESTIO XIV.

NOn semel vidi dubitari ex hoc capitulo, An tale decemnium per solam citationem ad exequutionem faciendam interrumpatur, Cumia super Ritu capit. 37. num. 21. tenet, quòd sic, Boniorn. nil diffinitiuè affirmat, sed Prouinz. in eod. capit. tenet contrarium, & testatur seruari in M. R. C. ex sola citatione non interrumpi, sed per primum decretum receptum, vel per carcerationem, & idem ait Petrus Agliata in Addit. ad eumdem Ritum, quorum opinionem, ac praxim veram, & indubitatam arbitror, quoniam, & si opinio Cumiæ fundari videatur per l. cum notissimi, & l. sicuc, C. de præscript. 30. vel 40. annor. & DD. communiter ibidem ea adducta ratione, quia cum ista præscriptio inducatur sola negligentia creditoris, non petentis absque facto debitoris, ideo per solam citationem ea interrumpitur, Bart. & Angel. in l. 2. §. si rem, ff. Pro emptor. Abb. & Felyn. in capit. Illud, de Præscript. DD. in l. fin. ff. de eo per quem fact. & in præscriptione decemnali introducta à statuto idem decidunt, DD. supra allegati, & Balb. de præscript. part. 4. princ. nu. 10. Sed prædictis non obstantibus contrarium affirmandum esse arbitror, quoniam in hac præscriptionis materia per DD. ea traditur communis resolutio, scilicet, quòd quædam est præscriptio merè fauorabi-

A lis, vt vsucapio, quæ introducta est, in merum fauorem possidentis rem mobilẽ cum titulo, & bona fide, vt ait, Bart. in d. §. si rem, & DD. in d. l. fin. ff. de eo per quem fact. & talis pręscriptio nedum sola citatione intetrumpitur, verum nec etiam per litis contestationem, nisi quòd in effectu, pendente iuditio, currit vsucapio: Altera verò est præscriptio merè odiosa, vt præscriptio 30. vel 40. annorum, quæ introducta est in odium, ac per negligentiam non petentis, nam B creditor amittit omne ius, & actionem petendi debitum, & hoc casu sola citatione interrumpitur, & hi non sunt casus nostri: Quædam est species præscriptionis mixtæ, quæ currit non fauore præscribentis, nec etiam negligentia nõ petentis in quo casu nos versamur, quoniam hæc decemnalis præscriptio à Ritu introductu parum tendit in fauorem debitoris circa modum procedendi, nam tollit, transacto decemnio, viam exequutiuam, ab eo Ritu concessam instru- C mentis publicis, contra text. in l. Minor, 25. annis, ff. de Minorib. qui quidem procedendi modus incipit ab extrema parte Iuditij, l. 1. & ibi Glos. ff. si quis ius dicent. non obtemp. Marant. de ordin. Iudit. part. 6. vlt. act. princip. Parum etiam tendit in fauorem creditoris cùm elapso decennio nedum tollat actionem petendi debitum, sicut aliæ præscriptiones de iure communi, verùm concedit per viam cędulæ condemnatoriæ agere posse creditorem ad exactionem D ipsius debiti, vt considerat Xuares in l. Post rem Iudicatam, sub nu. 3. Cremens. Singul. 141. Et hæc mixta præscriptionis species ex sola citatione non interrumpitur, sed requiritur de Iure litis contestatio, & in Regno receptum est, vt à die, quo receptum est primum decretum, dicatur vera exequutio, Bart. in l. Is qui Reipublicæ, ff. de his, quib. vt indig. Bald. in l. consentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. vel aliter, adimpleta exequutione, dicatur litem esse contesta- E tam, quia cùm in exequutiuis non fiat expressa litis contestatio, & decretum, vel carceratio sunt primi actus, per quos Iudex dicitur merita causæ cognoscere, ob id vim habet litis contestationis, ita in materia præscriptionis ad literam decidit Bart. & Ias. in d. l. fin. & Balb. in d. 4. quæst. vers. quædam est tertia species, Ias. in §. Pendens, Institut. de Actionib. num. 124. Dixerunt Abb. & Felyn. in d. capit.

capit. Illud, de Præscript. Et licet præscriptionem statutariam dicant DD. citatione interrumpi, loquuntur quando, elapso decennio, creditor amplius in petẽdo debitum audiri non potest, & sic tollendo Ius, & actionem debitum petendi, nãtu re eq uiparatur præscriptioni 30. annorum, quæ est merè odiosa, vt supradictum est, ita declarant Abb. & Felyn. in d. capit. Illud, ac DD. oẽs supra allegati, & ex his videtur malè, & extra terminos loqui Cumiam, dicentem sufficere solam citationem, & Boniorn. quicquid super eod. capit. dixerit, potius ad sui memoriam adnotasse, non autem decisiuè aliquid affirmasse dicendum est, nam oporteret, si aliud diceretur, fateri allucinatum, & contra iuris terminos fuisse loquutum, quod cadere non potest apud tantum virum.

CAPITVL. CXL.

QVAESTIO XV.

INter Doctores siculos maxima solet esse disputatio circa hoc capitulum, An scilicet attendatur modus procedendi, vel natura causæ, ex disputatione prædicta videtur necessario inferri, quòd attendi debeat natura ipsius causę, non autem procedendi modus, & ita tenet Io. Aloys. de Septim. super eodem capit. quem ibidem refert Boniorn. idem tenet Petr. de Gregor. in tract. de Iudic. caus. fęudal. quæst. 10. ad fin. & mouentur ex eis verbis eiusdem Capituli, quòd licèt Aduocatus dixerit, quod procedatur summariè, si tamen de sui natura causa est ordinaria nihilominus appellatur: sed contrarium ex eodem Ritu deduci videtur vt in capit. 139. Ibi *Siue ad Magnam Curiam via appellationis, vel alio modo deuolutum fuerit*. Vnde cùm Ritus loquatur absque limitatione aliqua, seu distinctione, natura causæ sic generaliter, & indistinctè debet intelligi, l. de prætio, ff. de public. & non licet nobis aliquid addere ad literam textualem. & multò minus detrahere, Bald. in l. 1. §. fin. ff. de Curat. furios. & in l. Gallus, §. pen. ff. de liber. & posthum. & vbi est casus legis, ibi nulla est dubitatio, l. Ancillæ, C. de furtis, etiam si sit lex municipalis, Corn. cõs. 109. in fin. l b. 1. Dec. cõs. 484. nam Ritus dicit, si proceditur summariè,

A & sic per verbum, quod est agendi, vel patiendi significatiuum, & denotat actũ prout est in fieri, & factum ipsum, non substantiam, vel qualitatem, Bald. & DD. communiter in Rubric. C. de eden. & non dixit, si causa est summaria, l. si seruum, §. Prætor ait, vers. non dixit Prætor, ff. de acquir. hęredit. nam si voluisset priuilegiare naturam causæ, facile erat dicere, nec dixit, quia noluisse censetur, l. vnic. §. sin autem, C. de caduc. toll. capit. Ad audientiam, De deci-
B mis, & ita in legislatore, loquitur Bart. in l. Tale pactum, in princ. ff. de pact. Alex. cons. 48. lib. 4. Et verba Ritus debent diligenter inspici, & eius verbis deseruiri, quod clarius apparet ex alijs verbis in dicto Ritu 139. Ibi *vel ex scripturarum visione*, Ex his enim verbis Ritus infertur, quòd si causa de sui natura est ordinaria, si tamen actor misisset ad effectum, quòd declaretur dominus alicuius rei, & conuentus condemnetur ad restitutionem, & ipse non dissensit in modo
C procedendi, si lata sententia succumbẽs appellaret, quòd non esset admictenda appellatio, & tamen si naturam causæ inspicimus, esset appellabilis, si verò modum procedendi, minime, & nisi prorsus causarum forensium expers dubitaret non admicti, & ob id dicendum est, vt attendere debeamus Ritum, quando nõ fuit processum iuxta naturam causæ, vel quòd causa sui natura esset talis, quòd deberet procedi visioneo scripturarum,
D Nec prædictis obstat, quòd Ritus dicit, licet Aduocatus dixerit quòd procedatur summariè, vt supra dictum est, quia non dicit tex. quòd fuerit processum summariè, sed quia Aduocatus sic dixit, verba autem Auocati, vel partis non immutant rei veritatem, inspicitur enim id, quod est, non quòd fuit dictum, l. confessus, 2. responso, ff. de interrog. action. Ruin. cons. 90. lib. 5. Gramm. Decis. 81. colum. 2. Crauett. consil. 93. & sic ex prædictis deducitur clarissimè, quòd primum Capitulum loquitur de modo, quo
E fuit processum, qui preualet naturæ causæ: secundum verò Capitulum loquitur de verbis Aduocati, & quomodo fuit dictum, quòd procedatur, & in hoc casu preualet natura causæ, non autem quando effectiuè ita fuit processum.

CAP.

CAPITVL. CXLV.

QVAESTIO XVI.

IBi *Presente accusato, vel per contumaciam absente*. Hæc verba à Nostratibus interpretationem semper habuerunt, scilicet presente accusato per carcerationem, vel fideiussionem, vel per contumaciam absente, idest per bannum, ita testatur Blasc. Lanc. in eodem ipso capitulo, quem refert, & sequitur Modern. Cumia hic, fol. mihi 299. 4. not. num. 6. & rursus in capit. 52. num. 10. fol. 333. Idem dicit Hyeronim. Iorland. procurator M. R. C. & summus Practicus in sua Praxi Sindicatus, in titul. de subintrant. fisc. capitul. 30. vers. tertio limita, dicens per patres nostros ita fuisse interpretata dicta verba Ritus, & ita quoque declarat ibi Blasc. quem Cumia non allegat, in Allegat. 38. lib. 4. & in suo tract. de subintrant. fisc. vbi dicit hæc formalia verba, scilicet, Ritus verba, presente accusato, intelliguntur per carcerationem, vel per fideiussionem, vel per contumaciam absente, scilicèt per bannum, & tunc intelligimus nomen Rei receptum esse inter Reos, & accusationem fundatam, & Doctori attestanti de consuetudine loci, in quo conuersatus est, de iure credendum est, secus de consuetudine alterius loci extranei, Natt. cons. 554. num. 26. Alex. cons. 5. num. 7. lib. 3. Dec. cons. 472. num. 16. Roland. cons. 57. num. 27. lib. 4. Cephal. cons. 361. num. 25. Menoch. cons. 54. num. 5. Becc. cons. 67. num. 33. Surd. cons. 74. num. 14. & ita tenet Rizzari Antiquus glossator super Ritu, Pern. cons. 21. in suis consilijs Allodialibus, in princ. & in fin. Quæ quidem interpretatio maxima cùm ratione in praxi sumpta est, namque per simplicem accusationem, Reo non carcerato, vel sub fideiussione ligato, aut interrogato, iuditium non dicitur ceptum, Glos. in l. & quia, ff. de iurisd. omn. Iud. tex. est in §. fin. & ibi Angel. in Authent. vt in med. lit. & propterea Bald. in leg. Adulterij, C. de Adulter. dicit quòd sola accusatio sine aliquo principio fundatiuo non est causa subintractionis, quia nil est quod iuditij formam, vel figuram ha-

A beat, idem Bald. in Auth. Clericos, 2. column. vers. deinde, C. de Episc. & cleric. & in l. 1. §. similique modo, C. de latin. libert. toll. & hac ratione idem Bald. in l. 1. C. Qui accusar. non poss. dicit quòd accusatio per litis contestationem incoata dicitur, nam ante non dicitur nomen Rei receptum inter Reos, & ad hoc confirmandum multa adducit Blasc. in d. suo tractat. de subintrant. fisc. ad quod adduci potest, quia de Iure Ius subintrandi, fisco tunc acquiritur, quando nomen Rei receptum est inter Reos, secundum mentem Bart. & Angel. in l. Libellorum, §. fin. ff. de accusation. in ver. accusare, quod interpretatur, accusationem prosequi, & sic presupponit accusationem fundatam esse, id que clarius deducit Angel. de Aretin. in Tractat. malefic. in ver. & ad quærelam, num. 62. fol. mihi 40. Et quamuis diuersæ fuerint Doctorum opiniones quando nomen Rei dicatur receptum inter Reos, & causam dubitandi eis prestiterint leges de hoc

C variè loquentes, nam tex. in l. Adulteram, C. de Adulter. dicit, quòd post incboatum crimen, & tex. in l. Adulterij accusatione, eod. tit. ait, quòd post accusationem fundatam, & tex. in l. Is qui Reus, ff. de public. Iudit. dicit, quòd quando Reus factus est, attamen receptissimam est apud Doctores, quòd si Reus presens est in Iuditio, per litis contestationem dicitur eius nomen receptum inter Reos, secundum Vila-

D pend. Doctorem hispanum super l. 22. Taur. capit. 44. quem refert, & sequitur Iulius Clarus in sua Pract. criminal. §. fin. quæst. 14. vers. Sed hic incidenter quæro, Marant. de Ordin. Iudit. distinct. 6. num. 51. quæ quidem litis contestatio in criminalibus fit illico, facta interrogatione per Iudicem ipsi Reo, & eius subsequuta responsione, ita Clar. dict. quæst. 14. §. fin. & latius quæst. 45. si verò Reus presens non est, sed proceditur contra

E eum, tamquam absentem in casibus, in quibus de Iure, vel ex dispositione statutorum permissum est posse procedi, tunc si ex parte Rei sunt proposita exceptiones concernentes merita causæ, & Reus est contumax, statim in primo termino contumaciæ dicitur eius nomen receptum inter Reos. Si verò opponantur exceptiones dilatoriæ, siue declaratoriæ, & ipse Iudex

declarat

declarat super ipsis exceptionibus, & illas expressè reijcit, vel eis non obstantibus procedit ad vlteriora, tunc dicitur nomen Rei receptum inter Reos, ita distinguit Barthol. in dict. leg. Is qui Reus, num. 3. quam distinctionem communem esse testatur Alexan. in leg. Mulier, ff. solut. matrim. numer. 6. & Clar. dict. quæst. 14. eodem vers. Sed incidenter quæro circa medium vsque ad finem, quæ omnia apertius applicantur ad priuilegium huic felicissimo Senatui Panormitano concessum super hoc subintrantiæ capite, nam, & si fisco permittatur subintractio, parte desistente, tamen sub conditione concedit, scilice si pars accusatrix in pleno Iuditio, requisitis partibus desisteret, quo sit, vt ex sola accusatione, absque eo, quod pars accusatrix desistat in pleno Iuditio, & requisitis partibus, id est præsentibus, vt capit. Requisiuit, De in Integr. Restitut. & capit. vt super, De appellatio. lib. 6. non sit locus subintrantiæ, & quando per fiscum pretenderetur subintrare, debent per eum probari dictæ qualitates ab ipso priuilegio requisitæ ex congestis per Tiraquell. de Retract. Lign. §. 8. Glos. 7. num. 1. & 2. & vltra eum ita consuluit Domin. meus Bero. conf. 29. numer. 29. lib. 2. Plot. de in lit. Iurand. §. 8. num. 20. Natt. conf. 474. num. 31. latè Surd. consil. 45. num. 14. & cum loquatur per ablatiuum absolutum, quod conditionem Importat, vt leg. à testatore, ff. de Condiction. & demonstration. & conditio non leuem formam Inducat, vt per Bald. in Authent. Matri, & auiæ, Cod. Quand. mul. tutel. offic. fung. cum alijs similibus propterea fisco incumbit onus probandi conditionem impletam fuisse, Corn. consil. 61. lib. 3. Ias. consil. 134. lib. 4. & nedum debet conditio prius existere, verùm etiam debet prius constare Iudici; vt locum habeat dispositio, Bald. in leg. cum testamento, C. de manumiss. testam. Aretin. consil. 32. Dec. consil. 421. & deficiente conditione, perinde est, ac si dispositio facta non fuisset, Domin. meus Soccin. Iun. conf. 83. numer. 6. & conf. 193. lib. 1. & paria sunt nihil fieri, vel sub conditione fieri, quæ non purificatur, Crauett. consil. 15. num. 3. Cœphal. conf. 183.

A num. 51. Riminald. Iun. consil. 192. num. 22. In fine, & numer. 23. & plenum iuditium dicitur cum adsit Iudex, actor, & Reus, presente magistro notario, Capit. Forus, De verbor. significat. & capit. Quoniam contra, de Probation. & ea ratione Rex se mouisse censetur ad ita disponendum, vt partibus requisitis in pleno Iuditio Remissio fieri debeat, vt constare possit si pars accusatrix admitteret cessionem, & ipsius accusatoris adesse desistentiam, potest enim Reus

B non acquiescere cessioni, sed instare, vt accusator suam prosequatur accusationem, vt possit accusatorem ipsum de calumnia postea puniri facere, & ad expensas condemnari, iuxta tex. in l. eum, quem temere, De Iuditijs: Potest quoque eamdem suam cessionem reuocare, antequam fuerit acceptata, Bolognett. post Dec. in l. Postquam liti, num. 20. 24. & 25. C. de Pactis, idem Surd. conf. 151. num. 95.

C & secundum hanc opinionem fuit pro visum in prosequutione à fisco tentata contra Angelam Xibecca, prosequutam de nece Don Asdrubalis de Luna, & etiam in prosequutione tentata contra Don Nicolaum de Bononia, & Octauium de Iuliano filium meum, de nece illius condam de Visazza, fuerunt enim hæc omnia allegata, & licèt non fuerit expressè decisum, attamen filius meus fuit remissus ad sanctum officium, & Don Nico-

D laus fuit statim, tentato huiusmodi articulo, excarceratus.

CAPITVL. CXLIX.

QVAESTIO XVII.

Hoc Capitulum, quò ad Nefandum, licèt fuerit correptum per eumdem Regem Alphon-

E sum capit. 430. & decretum est in prædicto crimine procedi non posse per viam inquisitionis, vel denuntiationis, sed solùm per accusationem, & quòd debeat accusator se subscribere ad pœnam talionis, hodiè tamen per vltimam Pragmaticam innouatum est, & proceditur per viam inquisitionis, ita mandante Regia Maiestate, Vnde quæritur an dictum capitulum Ritus obsit Prælatis

latis contra clericos inquirere volentibus crimina, in quibus fiscus non possit principaliter agere contra laicos, & prima facie dicendum videtur, quod sic, quia in parlamentis interuenire solent Prælati, & quòd propterea debent seruari per clericos, Ferr. in Consuetud. Bur. in titul. de feud. §. 10. cart. mihi fol. 108. Cassan. in Consuetud. Burgund. in titul. de dio. apor. age. Rubric. 4. Tiraquell. Glos. 6. in leg. connub. num. 170. Sed contrarium affirmandum est, sacris enim canonibus cautum est, Episcopos Adulteria, & Alia crimina inquirere posse, capitul. 1. De offic. ordinar. capit. Si quid vero, 86. Distinct. capit. super his, capit. Inquisitionis, §. 3. capit. Qualiter, & quando, & capit. ad corrigendas, extra de Accusationib. Dec. post Alios, in Rubr. de Iudit. Hij canones seruari debent in foro Ecclesiastico, & inter clericos, non Regiæ Constitutioues, vt habetur in capit. Quæ in Ecclesiarum, & in capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de Constitution. & in capit. Clerici, De Iudit. capit. Bene quidem, & capit. Imperator, 96. Distinct. & habetur in capitul. 1. De nou. oper. nuntiat. Neque Prælatorum interuentus in Parlamentis quicquam facit, quoniam non procedit in his, quæ Prælati non possunt, constituere, quia esset contra canones, Abb. & Barbat. in cap. penult. column. 4. numer. 7. de Iudit. Cassan. in loco præallegat, qui allegat Glos. in capit. fin. De Hæret. & potest allegari leg. Formam, C. de offic. Præfect. Prætor, vbi probatur, quod non possunt ipsi Prælati statuere contra canones summorum Pontificum, & actus exercentium à potestate regulatur, Bald. in l. fin. §. in computatione, C. de Iur. deliberand. Barbat. in Rubric. C. Qui admict, colum. 3. Dec. in dict. capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 10. clarius Rip. in lib. 1. Respons. capit. 1. num. 12. nec mirum.

QVAESTIO XVIII.

Difficultas suboriri quoque solet ex eiusdem Ritus dispositione, An in nece exteri possit fiscus principaliter agere, matrem, fratrem, aut consanguineos non habentis, & difficul-

A tas oriri videtur, quia Ritus non excipit absolutè casum necis exteri, sed casu quo occisus non habet consanguineos, qui eius iniuriam per Iustitiam vindicent, illa enim verba, *Casu quo*, includunt conditionem, Soccin. consil. 21. column. 2. lib. 3. & conditio inducit formam, & non leuem sollemnitatem, Bald. in Authen. Matri, auiæ C. Quand. mult. tutel. offic. fung. pot. & restringunt talia verba dispositionem, Dec. cons. 314. B Alexandrin. consil. 31. num. 3. & sumitur argumentum à contrario sensu à conditione, leg. 1. §. huius rei, ff. De offic. eius Accedit ratio, quia non erat cur magis admictatur quilibet ad accusandum de nece exteri non ex proposito, cùm de nece Regnicolæ non admicterentur, nisi ne delicta remanerent impunita, prout remaneret homicidium exteri, si quilibet non admicteretur ad accusandum, & fiscus videtur de populo, cùm non habeat C consanguineos, qui accusent, quæ ratio cùm cesset in Regnicolis, sic videtur cessare in extero habente consanguineos in Regno, leg. Adigere, §. quamuis, ff. de Iur. patr. leg. à Titio, ff. de verbor. obligat. leg. Illud, ff. Ad leg. Aquil. Sed prædictis non obstantibus contrarium dicendum omnino est, quod deducitur ex capit. Reg. Alfons. 359. vbi excipitur hic casus sub his verbis, *vel in personam exteri etiam casualiter commissi, & perpetrati*, nec D limitat, si habet consanguineos, vt in capit. 369. Regnum supplicat, & Rex concedit, quòd Ritus seruetur, in quanto non contrariano li presenti capitoli, & ob id, vbi datur contrarietas inter Ritum, & dicta capitula eodem die data, standum est capitulis, sed in capit. excipit absolutè de nece exteri sine illa limitatione, scilicet, si habeat consanguineos, ergo sic absolutè debet intelligi, leg. de Prætio, ff. de publician. leg. 1. ff. de legat. E præstand. cum alijs similibus, & sic etiam si habeat consanguineos in Regno, fiscus agit principaliter, sic etiam videmus, quod Ritus in declaratione capituli, Optantes, permictit concordiam partibus vsque ad aperturam, & post aperturam si pars cedit, fiscus subintrat, secus est per Capit. 366. quod sequitur dict. capit. 369. quia licet se concordare vsque ad conclusionem.

Item

Item Ritus non excipit homicidium Si-
culi ex proposito, & dict. capit. 359. ex-
cipit, & illud seruatur, quia fiscus agit
principaliter. Rursus, possunt Ritus, &
dict. capit. concordari, intelligendo Ri-
tum prout verba sonant, videlicet, verè
& realiter, sicut in l. cum fratrem, & in l.
sororem, C. de his quib. vt indig. &
in his, qui non vindicant, sed vindicare
possunt, non verificantur verba Ritus,
nec eius dispositio locum habet, l. 4. §.
totiens, ff. de damn. infect. l. Hos accu-
sare, §. omnibus, de Accusation. nã non
dixit Ritus, qui vindicare possunt, sed
qui vindicent, l. si seruum, §. Prætor ait,
ibi *Non dixit Prætor*, ff. de acquir. hæ-
redit. aliud enim est vindicare, & aliud
posse vindicare, & quia verbum, vindi-
cat, debet intelligi, cùm effectu, l. 1. §.
hæc verba, ff. Quod quisque Iuris, l. pen.
§. docere, ff. Ne quis eum qui in Ius vo-
cat. est vi exim. & ita concordantur Ri-
tus, & capit. 359. quia si non habet con-
sanguineos, qui accusent, fiscus prosequi-
tur secùndum vtrumque Ius; si verò com-
paret consanguineus, & accusator, cla-
rum est quòd, cessat inquisitio, existente
accusatore, Bart. & Alij in l. si publico,
& in l. si maritus, §. si ante extraneus,
De Adulter. Bald. in l. 1. ad fin. C. de
furt. & in l. ędita, num. 89. C. de edend.
& hæc interpretatio admictenda est, quia
minus læditur, & corrigitur Ius commu-
ne, l. Precipimus, C. de appellat. Abb. in
capit. cum dilectus, de consuet. Dec.
conf. 451. num. 8.

CAPITVL. CLXI.

QVAESTIO XIX.

IBi *Si velit in se iuditium Rei assumere, ei facultatem concedimus, & impartimur*. Ex istis verbis alias dicebatur,
fideiussori de presentando Reum infra
certum tempus, aliàs de soluendo, si ipse
conuentus non se presentat, competere
quindenam ad se opponendum, & vide-
tur ad hoc tex. in l. ex persona, ff. de fide-
iussorib. & in l. Sancimus, C. eod. tit. &
in l. si cum, ff. si quis cautionib. à quo tex.
sumpta videtur ipsius Ritus dispositio,
tex. est etiam in l. omnis, ff. de except.
Parif. conf. 121. num. 8. & seq. lib. 1. &
etiam eas excipere, & opponere potest,
quibus principalis est exclusus, nam exci-
pit de pecunia non numerata, quamuis
principalis debitum agnoscat confitendo

A esse numeratam, Bald. in l. tam manda-
tori, col. vltim. Marf. in Rubr. de fi-
deiuss. num. 268. qui dicunt fideiussorem
excipere posse contractũ esse vsurarium,
quamuis principalis confiteatur esse verũ
idem dicunt Abb. & Alij in capit. cum
inter, de Exception. Becc. conf. 45. nu.
46. Sed conclusio prædicta non videtur
procedere quotiescũque quis est fideius-
sor cum clausula, vt Bancus, Pern. conf.
223. lib. 2. consil. Allodial. Surd. conf. 20.
& ita fuit bis decisum pro Chellino Ler-
B caro contra Andream lo Mellino fideius-
sorem de soluendo in certum tempus, &
terminum quemdam dicto de Lercaro,
& cum non presentaret infra dictam ter-
minum, petebat sibi concedi quindenam,
in qua causa ego sustinebam partes dicti
de lo Mellino, cuius intentionem infra-
scriptis rationibus fundabam, Dicebam
enim primò dictum Andream fideiusso-
rem omnino censeri, & propterea ei cõ-
petere deberi quindenam, sicuti compe-
tebat principali, non obstante disposi-
C tione dicti Capit. Ritus, quo decretum
est, ipsum posse principalis iuditium as-
sumere, tum etiam ex dispositione d. l. si
cum, & ibi not. per DD. communiter,
& in l. Sancimus, C. de fideiussorib. per
quem Iudicari debuit fideiussor, & fun-
dari videtur ex dictis verbis Ritus, qui
promictentem presentare aliquem in Iu-
ditio infra certum terminum, vocat fide-
iussorem, quamuis dicat esse principalem,
nec mirum, quia verbum fideiussor dup-
pliciter sumitur, tam pro eo, qui Alte-
D rius obligationi accedit, quàm pro eo qui
pro Alio principaliter se obligat, ita Ca-
strens. conf. 331. quem sequitur Laurent.
de Pin. conf. 71. nu. 2. Simon de Prætis
conf. 153. nu. 33. & ex his videtur cessare
fundamentum Surdi, & Aliorum hoc ca-
su, siquidem, quòd cùm ipse Andreas sit
obligatus cum clausula, vt Bancus, & sic
effectus conreus, non possit iura princi-
palis deducere, namque dictus de lo Mel-
lino dici non poterat conreus, cùm non
detur Alius principaliter cum eo in soli-
E dum obligatus ad ipsum Reum presentã-
dum, sed solus ipse Andreas se obligauit
ad eam presentationem faciendam, Alex.
conf. 32. col. pen. lib. 4. vbi dicit, quòd in
hoc non reperijt contradictorem, Iaf.
conf. 58. num. 4. lib. 3. Decian. conf. 72.
num. 6. lib. 2. Natt. conf. 345. num. 3. lib.
2. Et in Praxi semper seruatum est, quòd
tali fideiussori concedi solet quindena, vt
testatur Philip. de Patern. super eod. cap.
Ritus, & mouetur ipse ratione tex. in l. si

quis Reum, ff. de Custod. Reor. & quod hoc procedit etiã dato quòd in solidum se obligauerit, ita decidit Cephal. cons. 218. num.20. lib.3. Idque etiam deducitur authoritate Anton. Lanc. super eadẽ clausula, vt Bancus, namque ibi super illis verbis *Omni exceptione, & appellatione remotis*, Adnotauit primò ea debere intelligi de friuolis exceptionibus, tamen subdit, non obstare, quòd fideiussor cum clausula, vt Bancus, & Iuramento, videatur quòd prius debeat adimplere in forma specifica, per tex. in l. Debitores, A ff. de iureiurand. quia Iuramentum, dicit, non obligat fideiussores, si dolo, vel errore se obligauerint, vel aliquam exceptionem habuerint, ex quibus necessariò in ferri videtur ipsum sentisse concedendam quindenam, nam quòd ex dolo, vel errore se obligassent, aut aliam exceptionem proponere potuissent, ostendit ex hoc, non posse vti, nisi concedatur quindena, tamquam necessarium antecedens, quia terminus quindenæ ab ipso Ritu statutus est ad proponendas exceptiones.

Finis Ritus Domini Mariani de Iuliano, V. I. Doctoris.

ADDI-

ADDICTIONES SVPER RITV REGNI SICILIAE INCERTI AVTHORIS RECOLLECTAE PER DOMINVM MARCELLVM CONVERSANO VTRIVSQVE IVRIS DOCTOREM.

IN PROHEMIO.

AN Clericus gaudeat prouisione istius Ritus, Dicas quòd sic, Secùndum Bald. in leg. De quibus, ff. de legibus, & forma hic data est seruanda, ibidem.

CAP. XCVI.

ADde de tali citatione ad literas tex. in cap. Prudentiam, circa principium, & in cap. Literæ, de offic. deleg. can. si Episcopus, 18. distinct. l. consentaneum, vbi Glos. Bart. & omnes, C. Quomod. & quand. Iud. Speculat. in titul. De citat. §. decreta, in princ. vbi habes formam qualiter debeat fieri hæc citatio ad literas, vide ibi.

Nota, quod de Iure communi rescriptum potest presentari dum durat vita concedentis, Bart. in l. Falsum, C. de diuers. rescript.

CAP. XCVII.

IBi *Peremptorio*. Nota quòd citatio debet esse peremptoria, vt dicatur contumax, ad hoc vt possit fieri missio, & quando citatio dicatur peremptoria,

A vide Speculat. in titul. de contum. §. 1. & quòd non dicitur contumax, nisi sit incusata contumacia, l. properandum, §. si quidem, vbi DD. C. de iudit.

Ibi *Si realiter agitur*. Quæ autem sit actio realis, & quæ personalis, vide in §. omnium, Institut. de Actionib. & cap. Quoniam frequenter, vt lit. not. contest. in §. in alijs l. si quis exceptionis, §. pen. C. de Præscript. 30. vel 40. annor. vbi Bart. Salyc. Bald. & omnes, & in l. con-
B sentaneum, C. Quomod. & quand. Iud. Specul. in tit. De contum. §. sequitur videre, Alex. in l. Contraria, ff. de re Iudic.

Ibi *Summariè*. Scilicet per vnum testem, secundum Paul. de Castr. in l. 2. C. vbi in rem act. & Specul. in §. preall. Bart. in l. si quis alij, §. si vel partes, ff. de liber. agnoscend.

Ibi *Refectis expensis*. Super hoc verbo intellige Ritum istũ secundum Bald. in Singul. suis, in verb. Missio, qui dicit,
C quòd in absente ex rationabili causa, quando reuocatur missio, non tenetur ad expensas. Et quæ expensæ sint istæ, dicit Angel. in Authent. de Litigios. §. oẽm verò, col. 11. vers. ibi, quos propter litẽ, ꝗ reficientur nõ solũ expẽsæ Aduocatorum, & Procuratorum, verùm etiã

Notariorum, & itineris. An istæ expensæ possint peti post annum, vel contra hæredem, videtur quòd non, per l. 1. §. fin. vbi Glos. & DD. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Sed contrarium Dic, quia debentur ex statuto, ideo peti possunt vsque ad 30. annos, vide Caualc. Decis. 16. num. 18. & 19. p. 1.

Ibi *Ius commune seruetur*. Scilicet vt Reus post annum non audiatur in possessione, sed in proprietate, sed, si infra annum comparet, auditur, etiam in possessione, & eam recuperat, solutis expensis, secus si sit missio pro quantitate in re aliqua, quia tunc semper auditur, etiam post annum, non solùm in proprietate, sed etiam in possessione, & eam recuperat, solutis expensis, secùndum Glos. Castr. & omnes in l. 2. C. vbi in rem act. & in l. si quis emptionis, §. pen. C. de Præscript. 30. vel 40. annor. & in cap. Quoniam frequenter, vt lit. non contest. Sed prædicta procedunt Reo contumace ante litem contestatam, si autem fieret hæc missio lite contestata Reo absente, tunc preiudicat quò ad proprietatem, & quò ad possessionem, Glos. & DD. in dict. l. 2. C. vbi in rem act. & in d. l. consentaneum, C. quomod. & quand. Iud. & Canonist. in cap. Quoniam frequenter, vt lit. non contest. & vide l. cum proponas, & in Auth. ei qui curat, C. de bon. auth. Iud. possid.

CAP. CXCIX.

IBi *Executiua*. Adde quòd contrarium est de iure communi, quòd non incipitur ab extrema parte iuditij, scilicet ab executione, sed proceditur ordinariè, parte citata, oblato libello, & litè contestata, tex. est in l. 1. C. de exec. rei iudicat. & in l. Minor 25. annis, cui per fideicommissum, ff. de Minorib. Fallit in testamento, l. fin. & ibi not. DD. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Fallit. etiã in deposito, l. si quis vel pecunias, C. de posit.

CAP. CI.

ISte Ritus cũ sit correctorius Iuris cõmunis, An habeat locum in forente, Dic quod non, Soccin. cons. 120. vol. 1. Corn. cons. 31. colum. 1. & seq. vol. 3. & quòd non habeat locum, dixit Bou. de statut. in verb. præscript. Glos. 19. num. 158. thom. 17. fol. mihi 187.

A Ibi *Creditor*. Quid si comparet pro curator pro creditore, an oporteat habere speciale mandatum, videtur quòd sic, quatenus petat debitorem carcerari, ita tenet Socc. cons. 120. colum. 3. vol. 1. Sed an cessionarius possit petere executionem, vide Cassan. super Consuetud. Burgund. §. 6. Rubr. 11. verb. conte le prin. num. 8. fol. 142. Et an debitor possit audiri excipiendo contra cessionem, vide Alex. cons. 95. vol. 2. col. 3. Socc. cons. 4. vol. 1.

B Ibi *Instrumentum*. An sufficiat fides Notarij de Instrumento, vide Corn. cõs. 73. vol. 2. Quid, si confectum est instrumentum in loco, vbi viget hoc statutum, & exponatur in loco vbi nõ viget, an habeat ibi executionem paratam, vide Alex. in l. à Diuo Pio, §. Sententiam Romæ, nu. 12. ff. de re Iudicat.

Ibi *Publicum*. Nota, quod aliud est Instrumentum publicum, & aliud priuatum: Publicum est, quod manu publicæ personæ, publicam authoritatem habentis, est confectum, vt per Notarium, C seu Tabellionem, capit. 2. & capit. inter dilectos, de fide Instrumenr. Et eodem modo si scriberetur apud Acta publiea, l. Gesta, C. de re Iudicat. Et qualiter dicatut in publica forma redactum, vide plenè per Speculat. in tit. de fide Instrument. §. nunc dicendum restat, & generaliter omnem scripturam dici publicam, cui de Iure, vel speciali consuetudine creditur, secùndum Specul. ibi Priuatum Instrumentum est, quod à quo-D cunque scribitur, & istud non probat pro scribente, l. Non exemplo, & l. Nõ exemplis, C. de probation. tamen contra Scribentem plenè probat, l. Publia Mæuia, §. fin. ff. Deposit. Bart. & omnes in l. Admonendi, ff. de Iureiurand. Et de Alijs Speciebus publicorum, & priuatorum, vide tex. in l. si quis ex argentarijs, & l. Quædam, §. nummularios, ff. de edend. & in istis priuatis non habet locum hæc quæstio, sed in publicis. Quid E si creditor ostenderet obligationem non per publicum instrumentum, sed per 5. testes, an, debitore contumace, erit ponendus creditor in possessione bonorum debitoris, vide Hypolit. Singul. 157.

Ibi *Expressam*. Nota, quòd illud etiam dicitur expressum, quod per coniecturas comprehenditur, & mente percipitur, l. licet, & ibi Bart. ff. de leg. 1. & idem Bart. in l. Pretor ait, ff. de oper. nou. nuntiat. & in l. Ad probationem, C. de Probation. & de obligatione subintellecta,

cta, vide Galles. In form. camer. vers. secunda consideratio, num. 12. thom. 6. p. 2. fol. 359. Quid si aliquis comparet cum instrumenao, in quo quis fatetur se debitorem, nec est promissio expressa, an habeat locum executio, Bald. tenet quòd sic in l. Contractum, in 4. col. C. de fide Instrument. sed contrarium tenet Dec. in capit. Translato, de Constitut. Curt. Iun. cons. 159. num. 2. Sed quid de tacita reconductione, an in ea locum habeat executio, vide Galles. in form. cam. vers. secunda consideratio, num. 18. thom. 6. part. 2. fol. 360. & Gutter. de Contract. iurat. cap. 49. num. 13. thom. 6. part. 2. fol. 94. & Caualc. Decis. 44. num. 82. & 83. part. 1. Et quomodo debeat Intelligi ista expressio in casu istius Capituli, vide Bart. & DD. in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. & nota quòd requiritur, quòd Instrumentum possit legi, aliàs non habet executionem paratam, Corn. cons. 143. vol. 1. Quid, si Instrumentum continet confessionem pecuniæ mutuo receptæ, vel ratione depositi, an habeat executionem paratam, vide Hypolit. Singul. 135. vbi tenet quòd non.

Nota, quòd intrinseca exceptio benè potest opponi, non obstante isto statuto, secùndum DD. post Bart. in l 1. ff. si cert. petat. Nota etiam secùndum Marsil. Singul. 168. quòd si Actor petens executionem instrumenti habuerit aliquam dilationem ad liquidandum, quòd durante tali dilatione Reus peterit similiter approbare, & allegare contra ipsam liquidationem, de quo vide infra capit. 119.

An hoc capitulum habeat locum contra Tertium, qui non est descriptus in Instrumento, vide Bart. in l. 1. & Alex. in Addit. ad eum, ff. Quand. ex fact. tutor.

Et An executio Instrumenti possit fieri die feriata, vide Bald. in l. Ait Prætor, §. si debitores, ff. Quæ in fraud. credit. & Alex. cons. 170. vol. 4. Paul. de Castr. in l. pen. ff. de ferijs, & Bart. in l. omnes, C. de ferijs, adde Guid. Pap. Decis. 215. & Canonist. in capit. fin. de Iudit. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæst. 30.

Ibi *Iudice competente*. Quia si fieret executio coram iudice incompetente, non valeret, vt extra de foro competent. & in titul. si à non competent. iudic. nã de iure Actor debet sequi forum Rei, & sic in foro Rei debet causari executio, l. 2. C. de Iurisd. omn. iud. & l. in criminali, & ibi Bald. eod. tit. & l. fin. C. vbi in rem act.

A Ibi *In possessione bonorum*. Intellige per primum decretum, cuius formam habes per Speculati in titul. de primo, & secùndo deceto, §. 1. & per Bart. & Omnes in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. Infect.

Ibi *Causa Reipublicæ*. Quando quis dicatur abesse causa Reipublicæ, vide Glos. & ibi DD. in l. cum quidã, in princ. in verb. aberat, ff. de acquirend. hæredit. Glos. & Ias. in §. Rursus, Institut. de Actionib. Et nota, quòd, licèt quis sit

B absens causa Reipublicæ, non potest cõtra eum fieri missio, prout dicit Abb. in capit. vt debitus, in 6. col. vers. tertius effectus, tex. est in l. Ignorare, C. de Restitut. Minor. Sed vide Glos. in l. eumdẽ, in verb. fungantur, ff. de Legat. vbi dicit, quòd semper fit missio contra talem absentem.

Ibi *Prout de Iure fuerit procedatur*. Scilicet per viam Restitutionis in integrũ infra quadriennium à die restitutionis, l. 1. Quib. ex caus. maior. & §. Rursus, in-

C stitut. de Actionib.

CAP. CII.

IBi *Ab annis decem*. An huic decennio, & pręscriptioni possit renũtiari p partes, Dic quod non, ita dixit Bald. in l. Pacisci, de Pactis. Et vide etiam Io. Aloys. de Septim. hìc, Sed in contrarium vide Machel. Patroc. 54. & 55. vbi de communi.

D

CAP. CIII.

AN hoc capitulum requirat partis citationem, vide quæ voluit Foller. super Bulla, in verb. tamquam res iudicata, num. 40. qui se concordat cum obseruantia, M. R. C. & vide Boniorn. hìc, qui vult, citata parte, licèt dicat quòd vsus sit in contrarium. Et An hæc probatio, quæ requiritur hìc, possit fieri per Iuramentum, Dic quòd non, ita voluit Ias. in §. quatrupli in 6. col. Institut. De

E Actionib. ex quo appellatione probationis non venit Iuramentum. Et An ista probatio debeat precedere, Dic quòd sic, vt per Alexan. cons. 115. Incip. visis scripturis, vol. 7. & Fan. de Pignorib. cart. 123. vers. tertio, Afflict. Decis. 355. num. 3. vsque ad finem.

Ibi *Quicunque hæredes*. Qui dicantur propriè hæredes, & qui non, vt non comprehendantur in statuto, vide Crass. de Success. §. hæreditas, per plures quæstiones

nes. Et procedit executio pro hæredibus contra hæredes, vide Craff. vbi supra, quæst·12.nu.13. & 4.& Caffan. super cõsuetud. Burgund. Rubr. 11.§.fol.428.

CAP. CIV.

IBi *Restitui*. Videtur quòd non possit hoc petere fideiussor, sed contra dicunt notata per DD. in l. 1. ff. cert. petat. & Aret. in l. si fideiussor, de leg. 1. quia ipse debitor est, & conueniunt verba Ritus, & maximè in odium creditoris bis petentis, & de ista fideiussione, vide infra, cap.129. aliàs 130.

Ibi *Si de debito apparuerit*. Vide tex. ad hoc, in l. vnic. C. de superexactorib. lib.10.

CAP. CX.

IBi *In forma publica*. Nota, quòd si partes fecerunt concordiam, vel promissionem coram Iudice, habet talis cõcordia executionem paratam, sicut sententia, Ancharan. in capit. contingit, De Arbitr. & capit. fin. de maioritat. & obedient. Barbat. & Felyn. in capit. si quando, de offic. delegat & vide Paul. de Castr. in l. Item quia, col.2. ff. de Pactis.

CAP. CXI.

NOta, quòd ficta stipulatio dotis habet viam executiuam, vt post Multos tradit Carroc. de excuss. bonor q. 6. p.2. num.6.vbi de communi opinione testatur, & num. 5. refert. plures contrarium tenentes.

Et Nota, quòd quando in instrumento est specificè promissum factum, in quo ex mora succedit obligatio ad interesse, quòd etiam pro interesse instrumentum habebit executionem paratam, vt, post Alios quos refert, testatur esse communem opinionem Carroc. vbi supra, nu.9. quem vide.

CAP. CXII.

IBi *Quadrimestri tempore*. Quid si infra quadrimestre debitor soluat partẽ debiti, & creditor accipiat, an videatur recessum ab adiudicatione, vide Alex. cõs. 110. vol.5. & Surd. cons. 52. nu.2.& 13. & cons.104.nu.10& 14. & cons. 107.n.4. & Caualc. Decis.16. nu.38. & Decis.30. nu.121.vers.probatur ex alia com.part.2. secus si creditor recipiat post terminum, quia tunc videtur recedere ab adiudicatione, & possit cogi ad recipiendum aliã partem, Bald. cons.108. lib.5. & quòd in

A primo casu videatur recessum ab adiudicatione, vide Crauett. cons.106. num.2.

Nota, quòd in Curia Præturæ numquam currit terminus ad redimendum, nisi à die, quo fuit liberatio insinuata, nã currit à die intimationis, vt in terminis dixit Plot.de In litem Iurand.§.15. nu.8. Nota etiam ex Plot. vbi supra, quòd si à liberatione fuerit appellatum, quadrimestre non currit, nisi fuerit decisum super appellatione, vel ipsa fuerit deserta. Sed contrarium dixit Crauett. cons.66.si

B à principio est frustratoria,&calumniosa.

Ibi *Pretium condecens*. Hoc est precedente æstimatione, iuxta Bald. in l.fin.in fine, C. de Iur.domin. Impetr. Nota in materia, quòd redimens tenetur omnia redimere, nec poterit partem, ita in terminis Anton. Sol. super Decret. subaud. in titul. de form. obser. in pign. Glos. 8. Et quomodo offerre debet, & qualis debeat esse isto casu oblatio, vide Anton. Sol. vbi supra.

Ibi *Ad pingue valens*. Quæro, An de-

C beatur pingue valens quando agitur vigore sententiæ, & Dic quòd sic, quando agitur vigore sententiæ, si debitum, pro quò descendit executio, procedat ex instrumento, & licèt dici possit, quòd executio non sit fundata vigore contractus, sed sententiæ, tamen relatum est in referente, cùm in ipsa sentententia fiat mentio de contractu ipso, iuxta not.in Auth. si quis in aliquo, C.de edẽd. tanto magis, quia Ritus iste est fauorabilis, quoniã de iure cõi non poterat cogi accipere spe-

D ciem pro quantitate vnde Ritus hìc releuat in hoc debitorẽ, vt soluat vnum pro alio, Item habet terminũ ad redimendũ, & grauatur nihilominus in alio,quia creditori debetur pingue valens, vnde ratio, & fauor, qui militat in debito descendẽte ex instrumento, militat etiam in debito descendente ex sententia, meritò ergo debet militare eadem Iuris dispositio, iuxta text. vulgat. in l.Illud ff.Ad leg. Aquil.& istã opinionẽ sentire videtur Thesaur. Decis. Pedamont.153. nu.3. qui vi-

E dendus est in materia, nam benè facit ad intelligentiã Ritus nostri,qui absque difficultate includit necessario casum illum, quando agitur vigore sententiæ.

Alia etiam ratio reddi potest, quia Ritus ipse non enumerat casus, pro quibus debetur pingue valẽs, sed pro quibus potest procedi via executiua, ex quo de iure cõi regulariter instrumenta nõ habent executionẽ paratã, Ideo Alfons. Rex supr pra in cap.102. enumerat casus,in quibus

potest

potest procedi via executiua, & limitat Alios casus, qui de iure cõi habẽt executionem paratam, vt non possit pro illis procedi via executiua, sed reliquit in sua Iuris dispositione, verum quia dubitabatur de modo procedendi via executiua, tradito per cap. 101. ad tollendam difficultatem Rex ipse Alfonsus in capit. 110. & 111. fecit interpretationem ad capit. Cum varia, & in hoc capit. 112. habetur, quòd quaudo proceditur via executiua (in casibus, in quibus via executiua procedi potest,) & est lata sententia, & sit locus distrationi, quòd debetur creditori pingue valens, & licèt postea subsequatur aliud capit. 114. cum dictione illa, *Item prædicta locum habere volumus*, Cõtinuatiua, tamen non refertur ad pingue valens, idest, vt tantũ in illis casibus enumeratis debeatur pingue valens, sed ad casus, in quibus possit de Iure Ritus procedi via executiua, quoniam antea in capit. 102. non erant omnes isti casus enumerati, & sic verum est dicere, quòd pingue valens debeatur in omni casu, quo quocunque iure proceditur via executiua, tàm de iure Ritus, quàm de iure communi, quando est locus distractioni bonorum ratione supra assignata, ad cuius cõfirmationem allego Scacc. de Iudic. caus. ciuil. capit. 96. num. 29. quicquid dixerit nu. 33. & 36.

Rursus Alia ratione suadetur ista conclusio, Nam in vẽditione pignorum sunt seruanda statuta loci, vbi venduntur, cùm ergo ex dispositione Ritus capit. 102. disponatur, quòd vendatur creditori cum pingue valenti, sequitur ergo, quòd licèt non agatur via executiua ex casibus enumeratis per Ritum, sed tantum ex sẽtentia, tamẽ pingue valens ex dispositione pignoris debetur, per ea, quæ dixit Bald. in l. ordo, in 2. col. vers. non sunt, C. de execution. rei Iudicat. Et quòd isto casu debeatur pingue valens, in terminis dixit Saccurasa, & Marianus Agliata senior super isto Ritu, qui testatur ita seruari in M. R. C. & ita ego vidi decisum in causa pro Alexandro la Torre, & vide quæ dixit Marian. Iulian. in Allegat. pro Don Alonso Sances.

Sed contrarium, quòd non debeatur in isto casu, tradit Io. Aloys. de Septim. hic, qui testatur ita quoque seruari.

Primam opinionem ampliare poteris, vt nõ solùm debeatur pingue valens creditori, vigore sententiæ agenti, sed etiã vigore Iurisiurandi, & confessionis.

Vltra prædicta, poterit prima opinio

A etiam alijs rationibus firmari, quòd isto casu debeatur pingue valens, quia licèt executio procedat vigore sententiæ, tamen, quia sententia fundatur in instrumẽto, dicitur executio procedere ex instrumento, Soccin. cons. 151. num. 10. & 15. lib. 1. Dec. nu. 5. & Cagnol. nu. 15. & 16. in Auth. si quis in aliquo, vbi maximè hoc procedit in instrumentis, quæ habent ex statutis executionem paratam, & ratio est, quia licèt ex sententia inducatur nouatio, attamen non dicitur extinctiua,

B sed accumulatiua, Glos. Ias. & DD. in l. 1. ff. de Iudit. Idem Ias. cons. 16. num. 3. lib. 1. Ronchegall. in l. 3. §. vbi duo, sub num. 134. qui tamen istos non allegat, maximè cùm ista nouatio fiat cùm omnibus qualitatibus, & priuilegijs, Surd. cõs. 269. n. 18. vol. 2. Fan. 2. Membr. 5. part. n. 13. Ias. cõs. 78. nu. 8. & 12. vol. 1. Ronchegall. in d. l. 3. §. vbi duo, nu. 133. Torniell. in Rubr. de verbor. obligat. nu. 60.

Item etiam. Vbi non procederet sententia vigore contractus, tamen, stante

C identitate rationis, debetur, quia ratio finalis militat etiam in sententia, qua fuit inductum, quia aliud pro alio inuito creditore soluitur, vt dicit Cum. in capit. 17. nu. 172. Quæ militat tàm si agatur vigore contractus, quàm sententiæ, ideò per comprehensionem, non extensionem militat in quocunque casu, Crauett. cõs. 183. col. 2. Riminald. Iun. cons. 4. nu. 13. quia, quod comprehenditur sub ratione, dicitur comprehensum in statuti dispositione, ac si oculatim sub ea legeretur,

D Burs. cons. 164. num. 19. vol. 1. Decian. cons. 66. num. 28. lib. 3. & cons. 21. nu. 59. lib. 1. & cons. 43. nu. 20. lib. 2.

Rursus ea ratione potest confirmari, quia statutum, loquens in contractu, procedit etiam in sententia, quia dicitur Instrumentum, ideo aliorum instrumentorum priuilegia dicitur habere, l. Notionem, §. instrumentorum, vbi Bart. & Alciat. ff. de Verb. significat. Corn. cons. 141. nu. 4. lib. 3. Lanfranc. in capit. Quoniam contra, de Probat. Canar. De exe-

E cut. Instrum. quæst. 35. maximè quia hodiè non potest verificari, nisi in sententia, ex quo ex forma contractus non debetur propter pactum ad discursum.

CAP. CXIII.

Ibi *Præcedente æstimatione*. Quæro, an decretum sit nullum, si bona subhastentur, & nullus reperiatur emptor, qui iusto prætio emat, vnde adiudicantur creditori.

creditori, nulla precedente estimatione, & tenerem quòd non, nam ex forma Ritus nulla est necessaria estimatio in casu prædicto, nam Ritus in precedenti capitulo 112. illud solùm expresse disponit, quòd, si non reperitur emptor, vel si reperiatur, non offerat prętium cõdecens, detur in solutum creditori ad pingue valens, nil disponens de ęstimatione facienda, nisi in isto capit. 113. quando est concursus creditorum, tunc enim voluit, quòd non dentur ad pingue valens, & nimirum, quia, cùm dari debent rei ipsius prætium creditoribus omnibus pro mẽsura debiti, propterea oportet vt precedat ęstimatio, vt sciatur Iustum prætium, nam, omissa estimatione, talis discussio inter creditores rectè fieri non poterit, & facilè commicti potest fraus, Iudex enim, vel debitor, aliquo accepto, pro minori prætio venderet, prout considerat Castrens. in l. si quos, C. de rescind. vendit. sed in capit. precedenti quia nullum tertij præiuditium vertitur, ideo de estimatione Ritus nihil dixit, & non est verisimile Ritum illam omisisse, si necessaria fuisset, prout considerat Becc. conf. 95. in his terminis, nu. 17. vers. nam de ęstimatione, & Rot. Florent. Decis. 109. & vbi voluit Ritus ęstimationem precedere ibi dixit, & vbi nõ dixit eam noluisse præsumitur, arg. l. 1. §. sin autem ad deficientis, C. de Caduc. tollend.

Et quatenus diceretur quòd Ritus iste interpretationẽ recipere debet è dispositione iuris cõis, quod falsum est, vt infra ostendam, secundum quam interpretationem ęstimationem ad validitatem decreti requiri, dixit Afflict. Decis. 354. & ibi Vrsill. nu. 1. per tex. in l. 1. C. si in caus. Iudicat. Castr. in d. l. si quos, & Alij quos recenset Becc. vbi supra, nu. 1. & 17. Dico, quòd de iure conclusio ista falsa est, cùm in eo cautum nõ reperiatur in adiudicationibus necessariam esse estimationem, nisi vbi, instante fisco, adiudicatio fiat, & ita procedit tex. in d. l. si quos, pro vt pulchrè considerat Becc. in preallegato cõs. 95. nu. 17. vbi loquitur circa ęstimationem rei adiudicatæ, & respondet in contrarium adductis supra, quibus etiã respondet Surd. conf. 256. dicendo, quòd eorum opinio procedit, quando inter Iustum prætium, & illud, pro quo est facta adiudicatio, esset magnus excessus, tunc enim pręsumi potest in gratiam emptoris viliori prętio vẽditam fuisse, prout in istis terminis declarat Castrens. cõs. 156. lib. 2. & sic oportet quòd appareat de læsione

A in magno excessu, & qui pretendit arguere tale prætium de iniquitate, illud probare tenettur tamquam suæ intentionis fundamentum, l. Actor, C. de Probation. sed quoties adiudicatio facta est precedẽte ęstimatione in subhastatione, prout in casu proposito, & decreto iudicis, ęstimatio Iusta censetur, Bart. conf. 9. nu. 18. & latè Peregrin. de Iure fisc. lib. 6. nu. 8. Et licèt nonnulli in hoc tenuerint cõtrarium, attamen Mascard. de Probationib. concl. 655. nu. 3. distinguendo concor-

B dat opiniones, quòd aut quæritur, quòd Iudicis decretum, & subhastatio faciat præsumptionem tãtum Iuris, adeò quòd onus probandi contrarium transferatur in aduersarium, & tunc procedit prima opinio, aut quæritur, an faciat præsumptionem iuris, & de iure vt pars læsa non possit probare contrarium, & tunc non excluditur ab hac probatione, & in isto casu procedit Aliorum opinio.

Præterea hæc omnia procederent, quando Ritus dicti Capituli 112. idem di-

C sponeret, quod ius commune disponit, sed hoc falsum est, quia statutum semper interpretari debet, vt aliquid vltra ius commune disponere videatur, secùndum magis communeem opinionem, relatam per Surd. conf. 253. nu. 26. & 27. quod eò magis hoc in casu est admictendum, cùm Ritus ipse differentiam constituat, quando in adiudicatione facienda non est con cursus creditorum, & quando concurrerent creditores, quo casu disposuit ęstimationem internenire debere, vt dictum

D est, postquam non est verisimile, quòd Ritus omisisset mẽtionem facere de æstimatione, si necessaria erat in isto casu, sicut in secundo casu exposuit atque expressit, ex quibus concludo, saluo semper meliori Iuditio, ex omissione ęstimationis decretum non annullari.

CAP. CXIV.

IBi *Societatis*. Quomodò fiat executio in contractu societatis, vide notat. per

E Alex. conf. 192. Incip. visis, & ponderaratis, vol. 7. & potest peti certa summa, Alex. conf. 179. col. 2. vol. 2. Sed quid si agatur hypotecaria, an habeat locum Ritus, Dic quòd sic, Ias. in l. si vnua, §. ante omnia, ff. de Pactis.

Ibi *In contractibus dotalibus*. An hoc statutum habeat locum, quòd possit fieri executio constante matrimonio in casibus à iure permissis, Dic quòd sic, pro quo vide Bald. in l. vbi ad huc, C. de iur. dot. quia istud statutum generaliter de

omni

omni instrumento dotis, pro quo etiam vide Bald. in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. action.

CAP. CXVI.

Ibi *Per creditorem*, Vide Bald. Nouell. de dot. part. 12. quæst. 10. cart. 77. Et de ista fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ, vide Bld. consi. 272. vol. 1. Sed Nota quòd hoc capitulum est correctum per Regem Ioannem in capit. 37.

CAP. CXVII.

Adde, quod hoc capitulum est correctoriũ per Regem Ioãnẽ in cap. 37.

CAP. CXXII.

Iste Ritus, quod hæredes contentus gaudeat beneficio inuẽtarij à lege permisso, quomodo hoc procedat, & qualiter intelligatur, vide Angel. consi. 31. Incip. viso laudo, Aret. consi. 147. Dec. cõs. 100. num. 8.

Ibi *Peruenerint*. Nota, quòd hoc verbum intelligitur cum effectu, l. Qui concubinam, §. 2. ff. de legat. 3. Alciat. in l. Peruenisse, ff. verb. significat. Socc. in l. 1. §. veteres, ff. de acquirend. possess.

CAP. CXXXII.

Ibi *Vigore rei iudicatæ post annum*. Sed quæro, à quo die incipiat annus, quãdo profertur sententia obscura, quæ postea declaratur, an à die declarationis, vel à die latæ sententiæ, vide quæ dixi de appellatione in verb. appellatio.

CAP. CXXXIII.

Ibi *Breuiores*. Adde, quòd de iure breuiores causæ aliquando dicuntur duorum aureorum, aliquando 50. librarum, aliquando decem aureorum, vt per Glos. Bart. & Salyc. in Auth. Breuiores, C. de Sentent. ex breuiloq. recitand. & ibi omnes concludunt, attenta causa & consideratis personis, de quibus vide DD. in l. Admonendi, ff. de Iureiurand.

Ibi *Ad litis ingressum*. Quæ autem sint exceptiones, quæ impediunt litis ingressum, vide Bart. & DD. in l. Fratris, C. de Trãsact. & sunt omnes exceptiones, quæ sunt litium finis, vt exceptio transactionis, rei iudicatæ, iurisiurandi, & præscriptionis, vt ibi per DD. & præcipuè per Ias.

Ibi *Ecclesiarum*. Nota, quòd causæ Ecclesiarum, & istarum personarum debent decidi secundum Ius canonicum, & in foro ciuili, ita Anton. de Butr. & Imol. in cap. clerici, de Iudic. Felyn. in cap. 2. de Testib. & An Articuli emergentes, &

A incidentes in istis causis sint summarijs, & habeant idem priuilegium, vide aliqua per Bart. in l. solent, ff. de aliment. & cibar. legat. num. 16. & quid, si in causa summaria procedatur ordinariè, an valebit processus, Dic quòd sic, ita tenet Arno. Solq. 8. Felyn. in cap. cum dilecta, 14. col. de Rescript. Roman. consi. 133. & quid, si Princeps cõmittat causam, quòd procedatur de bono, & æquo, an causa erit summaria, vide Angel. Aret. Institut. de Actionib. §. In bonæ fidei, col. pen. in fine,

B Et quotuplex dicatur causa summaria, vide Paul de Castr. in l. Iudices, C. de Iudit.

CAP. CXXXV.

Sed an hoc capitulum habeat locum in spolio iudicis, distingue, quòd aut Iudex processit extraiuditialiter, non citato possessore, & tunc habet locum, aut processit iuditialiter per viam sententiæ, seu interloquutoriæ, & tunc non habet locum hoc statutum huius Ritus, sed dantur alia remedia, secundum Abb. post A-

C hos in capit. conquerente, de Restitut. Spoliat. Glos. in can. Præsentibus, 7. q. 1. pro quo facit, quia quando Iudex procedit iuditialiter per viam sententiæ, præsumitur pro ipsa sententia, tàm quò ad rectitudinem, quàm quò ad rititudinem, nisi contrarium probetur, secundum Alex. in l. sciendum, ff. de verb. obligation.

Item hoc capitulum habet locum cõtra tertium possessorem, cum etiam contra tertium possessorem detur alia remedia possessoria conditione ex can. Rein-

D tegranda, 3. q. 1. & cap. cum ad sedem, de Restitut. Spoliat. vbi plenè Abb. & omnes in capit. Bone memoriæ, de appellat.

Sed An debeat seruari iste Ritus in foro Ecclesiastico, Dic quòd sic, cùm concernat ordinem iuditiarum, capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi DD. de Constitut. & ita seruatur, & practicatur quotidie in causis Ecclesiasticis.

Ibi *Agitur*. An hoc verbum importet, litis contestationem in causis, vbi lis contestatur, vide tex. & ibi DD. in l. Am-

E plius non peti, ff. Rem rat. haber.

Ibi *Constito*. Et sic Ritus iste videtur esse conformis iuri communi, quia priuilegium spolij est postquam constat, Dec. in cap. consultationibus, in 3. not. de offic. delegat.

An libellus ineptus noceat in causa spolij, si tamẽ spolium fuerit probatum, examinat Bald. consi. 84., vers. libelli oblatio, lib. 1. & an in libello debeat apponi locus, & tempus, vide Bart. in l. 1. §. interdictũ,

ff.vt in possess. Arno.comment.39. Pract. Papiens. inform.libell. spoliat. possess. & Bald. cōs.217. vol.2.& Afflict Decis.250. Alex. conf. 6. in 3. vol. Felyn. in cap.1. De lit. contestat. nu.9. vers. fallit tertiò, vide Ias. in l. ędita, nu.22. C. de edend. Guid. Pap. Singul.161.

Quid quando agitur de antiquo, an admictatur exceptio dominij, Dic quòd nō, quod videtur limitari pluribus modis, vt per Alex. in l. Naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. possess. & in spolio antiquo quæ sint probanda, vide Alex.cons.cons.133.vol.1.

Sed an Tertius admictatur in causa spolij, etiam Dic quòd sic, etiam ad opponendum quamcunque exceptionem, vt per Alex. in d. §. nihil commune, nu. 33. & Abb. in capit. in literis, de Restitut. spoliat. Felyn. in capit. super eo, de offic. delegat.

Et qualiter sit probanda possessio ex parte actoris, vide Bart. in l.fin. in 1.col. C. vnd. vi,& DD. in capit. cum ad sedē, de Restitut. Spoliat. Et an ista probatio debeat esse plena, vide Bart. in l.1. C. Quor. bonor.& ibi Alex. in Apostill.

Ibi *Antequā audiatur in defensionibus.* An tollantur exceptiones notoriæ, vide Abb.in conf.44. lib.1. DD. in Constitut. Regni, Præses Prouintiæ, in titul. vt Iustitiar. hab. cert. admin. lib.1. Et quid si exceptio oriatur ex libello actoris, an admictatur, vide Alex. cons.2.vol.7.& quid si cōstet visione oculorum, an debeat audiri, videtur quòd sic, Bald. in l. pen. C. Ad leg. Aquil. Alex.cons.185.vol.2. Barbat.in capit. si diligenti, in 32.not. de for. compet. Et An possit opponi exceptio declinatoria fori, vide Socc. in l.2. ff.de except.in 3.not.& Bald.in l. 1. C.si à non compet. Iudic. & l. Reo, de Accusat. & An Nullitas impediat, vide Notat. per Corn.in cons.140. vol.4.in 1.col.& DD. in capit. Licet cum quis, de Restitut. Spoliat.&quid de nullitate ex defectu citationis, vide Dec.cons.8. & quid si conuentus dicit se vltimo loco spoliatum, an debeat audiri, dicerem, quòd, si euidenter constaret de secundo spolio, auditur, aut nō cōstat aperte, & non auditur, facit notab. distinctio per Corn. cōs.20. vol.2. Incip. in casu presenti, in fine cons. Dec. cons.38.vide Angel.in l.& ideo, in 6.col. vers. secundo quæro, ff. Act. rer. amot.

Ibi *Aduersarius.* Quis dicatur aduersarius, vide Felin.& DD.in cap.1. de Iudit. & eundem Dec. in l.1. C.de edend.& in l.2.§.si quis, ff. Quod quisque iur.

Sed quot modis dicatur, quis spoliare, vide Gem. in cap. sciāt cūcti de elect.in 6.

Bi *Bimestre.* Vsque ad quod tempus bimestre perpetuetur, Dic vsque ad aliud bimestre, vt post Tiraq. & Alios tenet Intrigl. Singul. 76. lib. 1.

CAP. CXXXVI.

IBi *Via appellationis.* Et sic nota, quod in causis summarijs admictitur appellatio, & ita est de iure, l. & in maioribus, C. de appellation. & ibi Salyc. Fallit tamen in M. R. C. propter eius preheminentiam, vt infra capit. 139.

CAP. CXXXVII.

NOta quòd tales exceptiones, quę impediunt litis ingressum, debent allegari, & proponi ante litis contestationē, l. pen.& fin. C. de exception. aliàs reseruantur ad finem causæ vt hic.

CAP. CXXXVIII.

IBi *Supplicari.* Quid sit supplicatio,& in quo differat ab appellatione, vide Glos. & DD.in capit. ex literis, in verb. supplicari, de in integr. Restitut. & per Ias.in l. si quis aduersus, C.de Præcib. Imperat. offer. vbi ponit quinque differentias,& per eundē in Auth.Quæ supplicatio, C. eod. tit. vbi videas plures differentias. Et an detur Restitutio in integrū, vide Rol.cons.68. num.31.cum seqq.lib.3.

CAP. CXLI.

IBi *A tēpore scientiæ.* Nota quòd ignoranti non currit tempus, l.1. ff.de Iur. & fact. ignor.& l.Bonorū, C. Qui admict.

Ibi *Procuratoris.* Et sic habes hìc, quòd quis non potest per procuratorem accusare, sed ipse personaliter accusare debet, & in libello intitulari, quod intellige verū in delictis, in quibus venit imponenda pęna à relegatione supra, vt mortis, deportationis,& mēbri mutilationis, l.pen. §. ad crimen, ff. de publi. Iudit. & in l. 1. Ne quis per al. caus. appell. vbi Bart. & oēs post Glos. Hoc tamen limita, Primò nō habere locū quòad allegandū causam absentiæ, nā tunc admictitur procurator, d. §. ad crimē, vbi Bart. & in cap. veniēs, de Accusat. vbi oēs canon. in quibus locis habes quæ sint istę causæ absentię, quę allegari possunt p procuratorē. Secundò limita, nisi sit persona Illustris, tàm actor, quàm accusatus, quia potest comparere per procuratorē, l.fin. C.de Iniur. Et quę dicātur personę Illustres, vide in l.1. C. de off. Cōs. & ibi Glos. Tertiò limita in dño

defen-

defendente seruum suum, l. si cui, §. pen. ff. de Accusat. & l. si seruus, C. eod. Quartò limita in patre defendēte filium. Et de procuratore vide Hypolit. in cons. 60. nu. 23. Et prædicta procedunt vt non possit interuenire procurator in criminalibus vbi venit imponenda pœna corporalis, secus si veniret pęna pecuniaria.

Quid si Reus esset carceratus, vel fideiussione ligatus, Dic quod tūc potest pro eo omni tēpore interuenire procurator, vt per Bart. in d. §. ad crimen, de quibus vide plenè per Angel. in Tratact. Malef. in verb. vnum procuratorem.

Ibi *Semiplenè*. Quæ autem sint illa inditia, seu semiplenæ probationes, quæ sufficiunt ad tormenta, Dic vt per Bart. in l. Admonendi, & ibi per Ias. ff. de Iur. Iurand. vbi hoc dictum multis modis limitat, & hoc quādo deponit super facto, secus quando super aliquo iuditio, quodlibet enim iuditium debet probari per duos testes, l. fin. C. Famil. hercifcund. & ibi Glos.

Sed nunquid fuga faciat inditium ad torturam, videtur quòd sic, si fuerit ante accusationem, maximè in officiali fugiente tempore sindicatus, quod tamen limita secundum Bart. & DD. in d. l. Admonendi, & in l. Frater, ff. de Quæstion. vt nisi postea sponte compareat, nam tunc non facit inditium ad torturam, de quo etiam per Bart. in l. si quis, §. 1. ff. de ędilict. ędict. Si autem post accusationem aufugisset, tunc præsumitur mętu accusationis, & non facit inditium ad torturā, Doct. omnes in d l. Admonendi, & vide Angel. de Malefic. in verb. fama publica.

De Minis autem, & alijs inditijs, per quę deuenitur ad torturam, vide Gandin. in Rubr. de indit. indubit.

Ibi *Torturis*. Nota, quòd Tortura adhibetur tantū in causis capitalibus, & vbi venit pęna abscissionis membri, non in alijs causis, & hanc interpretationē semper habuit hoc capitulum, per not. per DD. in l. de Minore, §. tormenta, ff. de Quæstionib.

Nota quòd cautus iudex nō debet statim proposita aliqua accusatione capi facere reum, vel citari, nisi habita aliquali informatione, Hyppolit. de Marsil. in l. de vnoquoque, nu. 150. ff. de re iudicat.

Ibi *Vel Prestat*. Nota, quòd ista alternatiua est in potestate iudicis secundum delicti, & personæ qualitatē, dixit Capic. decis. 154. vbi ponit pract. huius capituli.

CAP. CXLV.

IBi *Presente accusato*. Quomodo intelligatur, vide Perdicar. hic, qui nihil allegat, & vide contra suas exceptiones plura, quæ ostendit Ias. in l. 1. in princ. ff. de in ius vocand. & Felyn. in capit. 1. antepen. col. de Iudit. & in capit. Quoniam frequenter, in princ. in fine col. vt Lit. nō contest. vbi etiam quid de presente ad alium finem, vel pro diuersa causa, quibus adde Bald. cons. 90. vol. 5. benè adaptando.

Adde, quòd cessio prodest Reo, etiam si non exprimat omnes qualitates delicti Bald. cons. 378. vol. 4. & ad materiam vide Afflict. & Alios in Constitut. postquā. de Transact. vbi etiam quando est quæsitum ius fisco. Et quæ crimina sint magna & quæ leuia, vide tex. illius Constitut.

Pro intelligentia istius Capituli, & ad quæstiones quotidianas in materia cessionis, & pacis, vide cumulata per Alber. Brun. in tract. de statut. in verb. Pax, & ibi qualiter, & quando, & à quibus possit. Et an cessio maioris hæredum preiucet minori parti, vide Florian. in l. Qui fundum, ff. de seruitut. vrban. prædior. & Modern. in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. obligationib. Aret. in l. pro hærede §. fin. vbi refert communem, ff. de acquir. hæredit. & Io. de Amic. cons. 88. vbi refert magis commun. etiam in terminis statuti, sed cogita, quia loquitur in hæredibus propter indiuiduam qualitatem hæreditariam, cùm representent vnam personā tantum, scilicet offensi, l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligation.

Quid autem sit in filijs, fratribus, & cōsanguineis accusantibus pro primo iure sanguinis, an cessio maioris partis preiudicet, vide decisiones prædictas, & quæ dixit Albert. Brun. vbi supra, & cogita benè, quia quotidianum, & aliàs successit in facto contra Antonellum la Mendula pro nece Baronis Furnari, & fuit prouisum in anno 1523.

CAP. CXLVII.

IBi *Miserabiles*. Quæ sint personæ miserabiles dicit Azo in Sūm. Quand. Imperat inter pupil. & vid. qui dicit, quod sunt senes, infirmi, & qui rebus suis superesse nō possunt, l. in ciuitatibus, in princ. ff. de leg. 1. debiles, pauperes, & omni auxilio destituti, l. Non quicūque, §. sed Aduocatos, ff. de offic. Presid. Andr. & Afflict. in Cōst. statuimus, de off. Magis. Iustit. DD. in l. 1. C. Quād. Imper. inter pupill. & vid.

CAP. CL.

AD materiã huius capituli, Dic quòd ſicut regulariter nō poteſt Reus accuſare ſuum accuſatorem pēdente accuſatione contra ipſum, vt l. Is qui Reus factus, ff. de Public. Iudit. ita, & fortius non debet poſſe excipere de crimine, ſi per executionem conſequitur effectum accuſationis, ita Abb. in capit. 2. col. 8. De ordin. cognit.

CAP. CLIV.

QVid ſi aliquis ſtipuletur aliquã quãtitatem nomine intereſſe, an iudicetur per hoc fieri fraus legi, vide Rom. in l. 4. §. Cato, in 1. not. ff. de Verbor. obligation. & vide etiam Socc. ibi, in 1. & 2. not.

CAP. CLXIII.

IBi *Maiori Tribunali*. Ita eſt de iure communi, nam qui ad maius Tribunal occurrit, fugam non dicitur facere, l. contumacia, §. qui ad maius Tribunal, ff. de re Iudicat.

CAP. CLXIV.

QVid, ſi oriatur inimicitia inter principalem, & fideiuſſorem, an etiam ante tempus poſſit Reum preſentare, & ſe à fideiuſſione eximere, vide tex. in l. Lucius, ff. Mandat. & Io. Andr. ad Speculat. de Iuditijs, §. vniuerſalis.

CAP. CLXV.

IBi *Tribus vicibus*. De iure autem communi niſi bis tantum, Angel. in l. 2. §. qui exigendi, 2. col. de Cuſtod. Reor. vide tamen pro limitatione, & declaratione Alex. in l. ſi finita, in princ. ff. de damn. Infect. & vide omnino tex. in l. ſi duo, §. fin. ff. de Arbitr. & in l. cum querebatur, ff. Iudicat. ſoluend.

Quid ſi fuerit dictum, quandocunque, vide Crem. Singul. 11. & in l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verb. obligation. Angel. cōſ. 278. in 6. col. & Iaſ. in l. 1. col. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.

Ibi *Toties quoties*. Quid de clauſula ſemel, & pluries, vide Bart. in l. Quid ſi tantum, ff. de Arbitr. & ibi Apoſtill. & declara, toties quoties, vt per tex. & DD. in l. ſi duo, §. fin. eod. tit.

A Ibi *Durante inſtantia*. An autem poſt ſententiam, & ſic finita inſtãtia poſſit agi, Iſtud capitulum ſentit quod non, de iure communi erat contrarium, de quo per Bart. in l. ſi quis reus, ff. de Cuſtod. reor. & Alex. in Apoſtill. in l. grecè, §. poſt litem, ff. de fideiuſſ. & per DD. in l. 2. §. fin. ff. Qui ſatiſd. cogant.

CAP. CLXVI.

B QVæ pœna ſit impoſita de iure Conſtitut. Regni raptoribus virginum, & viduarum, vide Conſtitut. Capitalem, cum Conſtitut. ſeq.

Qualiter autem puniatur raptus Monialium, vide Conſtitut. ſi quis rapere, de Rapt. & violent. monial. illat.

Et qualiter puniantur inferentes violentiam Meretricibus, vide Conſtitut. Omnes noſtræ Regionis, & ibi Iſern.

Et quid, ſi aliquis prætio, & nummis mulierem ſubornauit, an dicatur vim intuliſſe, Dicas quòd ſic, ſecùndum Silu. C Nuptial. in titul. eſt nubendum, nu. 4. vide Afflict. Deciſ. 276. nu. 6. Dec. in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit. Hyppol. Sing. 353. circa medium.

CAP. CLXVIII.

IBi *Poſtquam potuerit ſcire*. Hoc eſt poſt publicatum in cauſa, quia tunc ſcire potuit per viſionem teſtium, an habeat iuſtam cauſam litigandi, DD. in l. eum quem temerè, ff. de Iudit. & Inſtitut. de D pœn. temerè litig per tot.

Ibi *Calumnioſè tentauerit*. Calumnioſè tentare dicitur, quando actor nec plenè, nec ſemiplenè probauerit ſuam intentionem, l. Non ignorat, C. Qui accuſar. non poſſ. & l. 1. ff. Rem pupill. ſal.

CAP. CLXIX.

AN in materia huius Capituli poſſit dici de nullitate, vide Alex. conſ. 41. Incip. habita, verſ. quamuis, vol. 2.

E

CAP. CLXXI.

IBi *Terminus*. Nota, quòd iſti termini debent ſcribi, capit. Quoniam contra, De probatio. Gloſ. in Conſtitut. Litè legitimè conteſtata, Sed quid, ſi non apparet ſcriptura, an poſſit probari per teſtes, videtur quòd ſic, & pro communi eſt tex. in l. Teſtium, C. de teſtibus, Abb. in cap. Quoniam prædicti, De probationib.

CAP.

CAP. CLXXII.

AN istę restitutiones dentur post dicta testificata, vide Bart. & DD. in l. 1. §. nuntiatio, ff. de oper. nou. nunt. & istę restitutiones dantur ęquitate suadente, &, ea cessante, cessat restitutio, l. Nec vtilem, & ibi Bart. in princ. ff. ex quib. caus. maior. & an dentur istæ restitutiones in causis summarijs, Dic quod non, vt voluit Capic. Decis. 13. per totā.

CAP. CLXXIX.

ADde in materia reductionis ad arbitrium boni viri coram quo fieri debeat, vide Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 12. per totum.

CAP. CLXXXIII.

AN iste Ritus, & ordo introducendi habeat locum etiam quando introducitur via reductionis ad arbitrium boni viri, vide Salyc. in l. Societatem, §. Arbitrorum, pen. col. ff. pro Soc.

Ibi *Vel non apportauerit literas*. An ista alternatiua resoluatur in continctiuam, ita quòd vtrumque requiratur, vide Abb. in capit. Inter cætera, De Rescript. & in casu istius Ritus stat coniunctiuè, & oportet vtrûque verificari, aliàs appellatio erit deserta, & ita in M. R. C. semper extitit obseruatum, & ego tanquam Aduocatus bis obtinui, per tex. in l. si quis sepulchrum, §. sumptus, ff. de religios. & sumpt. funer. & latè per Isern. in Constitut. Appellationum tempora, Bart. in l. cum antiquioribus, §. in his autem, C. de Iur. deliberand. Clement. 1. de appellat. & in d. Constitut. nu. 25.

CAP. CLXXXIV.

ET quod istud capitulum habeat locum etiam in consistorio S. R. C. dixit Petr. de Gregor. De Iudic. caus. feudal. quæst. 47. num. 2. & 3. Sed contrariū tenuit Apostillator ad eum.

Quid dicendum de causis conclusis coram Iudicibus causarum delegatarum, qui solent esse Iudices M. R. C. sedis criminalis, an transeant in hermodicium, & quòd non transeant in hermodicium, vidi decisum per d. Tribunal causarum delegatarū, die 26. Ianuarij, 10. Indit. 1581. in fauorem Don Ioseph Landolina contra Don Didacum de Silua, quæ interlo-

A quutoria post modum die 28. Aprilis 11. Indit. 1583. fuit per Spectab. Io. Franciscum Rao, tunc fisci patronum, Iudicem in causa datum, confirmata.

CAP. CLXXXV.

QVæro, à quo die incipiat currere iste annus, an à die receptionis cedulæ, an verò à die, quo fuit pronuntiatum super oppositionibus, & quòd à die receptionis, tenuit Dominus de la Ve-
B glia in Allegation. pro Petro Triolo contra Nicolaum de Cannarozzo, sed quòd à die interloquutoriæ, solet decidi, & verè, tamen durante impedimento non solet currere.

CAP. CLXXXVIII.

AN istud capitulum procedat respectu Tertij, reuidere volentis, & sic an audiatur non facta restitutione, videtur quòd non, ex quo textus dicit, *Non*
C *aliter supplicans admittatur, &c.* Et sic videtur innuere, quòd Tertius reuidet, sed hæc videtur bona distinctio, an Tertius experiatur eadem actione, & ijsdem iuribus, aut alia actione diuersa, vt primo casu non audiatur, secundo verò sic, pro quo vide Mastrill. Decis. 99.

Quæro, An reuisio peti possit contra tres sententias conformes, Dic quòd sic, vide Boniorn. in Rubr. C. Ne lic. tert. prouoc. vbi Addidi.

An audiatur ante pecuniæ solutionem,
D si elegerit super bonis satisfieri, putà interponendo primum decretum, vide Io. Aloys. de Septim. hic, & Petrū de Greg. De Iudic. caus. feudal. quæst. 51. Et quod isto casu audiatur, obseruatur in practica, & ita fuit Decisū pro Barone Gudurani. Sed vide Mastrill. d. Decis. 99.

CAP. CLXXXIX.

IN materia istius Capituli, An vxori debeatur interusurium dotis non solu-
E tæ, vide Afflict. Decis. 284. Arno. Dial. 29. Ias. in §. fuerat, Institut. de Actionib. num. 19. & ibi quid si mulier sit diues, & quid si pauper, & inops, & vide Gabell. Millel. 435. part. 1. quia loquitur in statuto taxante. Et istud statutum intelligi debet in casu, quo de iure communi talia interusuria deberentur, etiam si simpliciter loqueretur Socc. sen. cons. 136. nu. 6. lib. 1.

CAP.

CAP. CXCIIII.

QVid, si sunt elapsi decem anni an possit cogi per viam iniunctionis ad ratificari faciendam, videtur quòd non, quia qua ratione nõ potest post decenniũ fieri executio pro debito principali, eadẽ ratione pro accessorijs, quod decenniũ currit à tempore, quo potuisset, & debuisset fieri ratificatio.

Quid enim, si qui debebant ratificare erant Minores, cogita quia Ritus simpliciter loquitur non de tempore prefinito, hoc puto verum, quòd etiam post decennium teneatur, & possit carcerari, vt dixit Chircus hic.

Sed an hoc capitulum Ritus circa hoc tempus debeat declarari per aliud capitulum de executione instrumenti, mihi videtur dubitatio aut vana, aut leuis, quia Ritus in illo capitulo nil disponit de modo procedendi, sed illud determinatur per alias partes Ritus, quia si est infra decennium proceditur via executiua, & fit preceptum, siuè iniunctio iuxta Ritũ loquentem de executione instrumentorum, si instrumentum est tale, quod habeat executionem paratam, & fit de casibus, si verò post decennium proceditur per viam cedulæ condemnatoriæ, iuxta capitulum de hoc loquens, & ego practicari pro Barone Deliæ contra Baronem Camaratæ. Idem si non esset instrumentum, sed confiteretur simpliciter, procederetur executiuè, si autem qualificatè,

A per viam cædulæ, & si nullum horum esset, & non posset promissio probari per testes, ageretur summariè, si comprehenderetur in capit. 133. Incip. per prius causas summarias, aliàs ordinariè, & data sententia infra annum proceditur executiuè, & post annum per viam cedulæ, & currit decennium à die, quo cogi potest propter capitulum Ritus 111. quod dicit, *A tempore, quo debiti petitio competit*, Et per l. si cum dotem, ff. solut. matrim. & Auth. offeratur. C. de lit. contestat.

B Quid si promissor Rathi conuenitur non solum ex contractu promissionis, sed etiam ex cessione iurium, vel alijs scripturis iunctis, an audiantur defensiones, Dico quòd sic, quia Ritus odiosus in hoc, non habet locum in casu isto, DD. in l. 3. in princ. ff. de verbor. obligation. Bald. in l. 2. C. de exception. rei Iudicat. & ita habui in facto in causa Bernardini, Pro hac opinione est optima decisio Bald. in l. per diuersas, quæst. 13. C. Mandat. sed est aduertendum, quod ipse intelligit,

C quòd illa verba, *Aut promissionem adimpleat, aut carceretur*, Important reiectionem oppositionum, & defensionum, etiam non stante pacto, sed non puto mẽtem Ritus esse hanc, sed tantum velle tollere ea, quæ habentur in capit. Gemma, de sponsalib. cum simulib. & potest dare formam cohertionis, non quòd non posset se ex alijs capitulis defendere, maximè cùm Ritus habeat locum etiam vbi non esset instrumentum, aut executio parata vt supra dixi.

Finis Ritus Incerti Authoris.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM QVAE QVIDEM IN HOC OPERE SVPER RITV REGNI SICILIÆ CONTINENTVR.

A.

B.

C.

Cessio-

Contu-

Crimen

D.

infra

F.

Hæres

I.

Rr

facta

Inditium

Ius

Iuris

S f   Percoll.

per

N.

O.

Orphano-

P.

Pęna

Q.

Restitutio

Ritus

S.

Subhasta-

T.

V.

Viduæ

F I N I S.



PANORMI, M. DC. XIV.

Apud Angelum Orlandi, & Decium Cyrillum. Via D. Francisci Sub signo Sanctissimi Nominis IESV.

EXPENSIS PETRI ORLANDI.